


EPITOME

JURIS

51.351





de
de
de
de

de
de
de
de


Champnonnat,

Avecist

Juge-Sucre

Friburgi

de Multe.



Resplendi

EPITOME JURIS ET LEGUM ROMANARUM, FREQUENTIORIS USUS, JUXTA SERIEM DIGESTORUM, *Cum brevissimis additionibus, & notis, tam ex Pragmaticis, quam ex usu Forensi selectis.* ACCREDIT INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Auctore

ANDREA BARRIGA D. DE MONTVALON.
in supremâ Aquensi Curiâ Senator Honorario.

Vris
V-Aug-ij Chambonneau
Cardinici Rec Nov in
Missaute tribunali Supplici judicis
TOLOSÆ,

Apud J. DUPLEIX, Bibliopolam, sub signo
Bibliæ Aureæ.

M. DCC. LXXXVI.

CUM PERMISSIO.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

ILLUSTRISSIMO
ET EMINENTISSIMO DOMINO
DE LAMOIGNON,
SUMMO GALLIÆ CANCELLARIO.

Tantum in benignitate tuâ fiducia meum extollit animum, ILLISTRISIME ET MAGISTRATUM REGNI PRINCEPS DIGNISSIME, ut vel exiguum lucubrationum mearum fructum tibi offerre non dubitaverim, eumquè tanti Nominis patrocinio vallatum in lucem fidenter exhibuerim. Quem enim plus decet hæc juris romani compendiosa collectio, quam juris nostri Rectorem supremum? Quem alterum à me eligendum, quam cui ex honorifico & speciali beneficio obstrictus est animus? Accipiat igitur sereno vultu, humiliè quæso, Magnitudo tua istud quan-

tulumcumque grati animi monumentum
& pignus , tot & tantis tibi causis de-
bitum , neque offendatur si quid irrep-
serit oculis minus dignum. Unum ad
me spectat , ne unquam ex animo dis-
cedat benevolentiae tuæ memoria , con-
tinuaque sit mea ad Divinum Numen
deprecatione , ut Galliam egregio &
dignissimo Justiciæ Patrono felicitati pu-
blicæ concessio , ad multos annos frui
annuat : hæc ardua sunt vota ,

VIR ILLUSTRISSIME,

Tui humillimi & obedientissimi
servi ,

BARRIGA MONTVALON.

LECTORI.

Ecce tibi Romanarum Legum Epitome, quasi pars altera Gallicarum Constitutionum epitomes nuper typis mandatae, cuius titulus est, *Précis des Ordonnances, Edits, Déclarations, &c.* eundem in usum, eadem de causâ edita, neque enim minus romani quam gallici juris sententias in promptu habere quotidianus indiget usus; dum ex romano jure nostra pendet jurisprudentia, præsertim quoties quæstio de quam agitur non fuit à jure nostro definita.

Cur autem ejusdem operis pars altera non ejusdem sit idiomatis hæc causa fuit, quod romanum jus si gallico sermone foret exhibitum viribus simul & amænitate deficeret, non equidem ullo linguæ nostræ vitio quæ non minus quam latina ubertate suâ nititur: nam & similiter si regiæ constitutiones nostræ latinè fuissent expositæ, minoris forent perspicuitatis & concinnitatis; quibus adde quod generalis invalidit consuetudo in forensibus scriptis cuiusvè nationis, non aliter romanorum leges referri quam ipsorum romanorum sermone.

Alia subest quæstio ex nimiâ hujus opusculi tenuitate & eximiâ juris romani voluminum amplitudine contrâ tituli nostri fidem; quasi nimis pollicetur tam brevis expositio, pro cuius solutione attendendum est me ex eo jure detraхisse quidquid morum & temporum diversitate

concidit atque absolevit, quidquid ad Romanos Magistratus, Judices, & Decuriones spectat, quidquid Dominorum, Servorum, Libertinorum, quidquid ad adoptionum, repudiorum, judiciorum, actionum, & formularum jura pertinet aliaque hujusmodi plurima quorum nimis accuratâ perscrutatione præstantissimus ac mirandus Stephani Daois index penè inutilis efficitur, complures quoque titulos tanquam supervacuos, vel aliis complexos, & de Institutionibus & Novellis, quæcumquæ in cæteris legibus repertiuntur, prætermisi.

Tot prætermissionum beneficio; legumque selectarum compendiosâ electione, hoc brevissimum opus ferè à titulo pollicita solvet, idoneamque totius romani juris cognitionem dabit ad usum manualem fori, in cuius gratiam quædam breviter notavi, tum ex constitutonibus gallicis quoties ab eis jūs romanum mutatur, tum ex clarioribus pragmaticis, tum etiam ex his quæ usus plus quam quinquagenarius protulit quoties à lege periculum erroris esset.

Multi &c innumeri sunt quibus hoc licet tenuerit opusculum utile sit, nec amplius indigent quam præcipuas juris regulas noscere, sive agendo, sive negotiando, disponendo, administrando, consulendo, & præsertim mores, & conscientias componendo, ita ut ferè nulla sit hominum conditio cui non profitetur juris vel levis notitia, quapropter ipsius amplitudinem compendio stringere laboravi, ut quos involuta prolixitas molestaque difficultas deter-

reret , his grata prodeisset brevitas , eosdemque compendiosa facilitas invitaret.

Unum maximè vereor ne quis forensibus ministeriis addictus , naturali deceptus segnitie fatis operæ juri romano tribuisse existimet cum istud per volutarit opusculum , cuius contrà præcipuuſ usus esse debet ipsius juris amorem & studium in eis excitare ipsiusque famem potius irritare quam explere ; id enim unum præcipue volui , diffusa & separata in tot voluminibus & titulis colligendo , nempè perscrutacionum tempus breviare , legesque potius indicare quam exponere , cum enim periculose sit peritioribus de jure respondere , nisi totâ lege perspectâ , quanto plus periculose esset in nostro Epitome subjectas quæstiones enucleare , vel dirimere judicando , quod absit.

Abusus ergo operis esset non usus , textum legis non inquirere & justitiæ Ministris sufficere quod cæteris sufficiens fit , quamdiu iudicandi munere non funguntur.

Hæc timendo diu & diu in meū meorumque usum hanc legum epitomen servavi , nec minus hodiè abusus imminet , evenit tamen ut epitome juris galici epitomen romani juris secum quasi traxerit , multum & maximè movit quoque utilitas eorum qui arcana juris perscrutari non possunt nec indigent. Gratia fit Summi Numinis ne quod sic utilitatis causâ emissum est , id detimento verti unquam patiatur.

Conscribens ergo librum , ut mihi videtur , uti-

lissimum , faciam quoad possibile erit doctrinam manifestam , enarrans legalia latinorum voce , apponam dicendorum narrationi etiam legum verba si necesse erit , ut dicendorum simul & legendorum usum habentes , integritatem indigenibus & utilitatem præbeamus . l . 1 , § . 1 & 2 , de excusat .

Additiones & notas italicâ formâ distinctas habes .



SELECTORUM TITULORUM,

ORDO ALPHABETICUS.

A

- D**E Abigeis. 472.
de Acceptilatione. 458.
de Accusat. & inscr. 476.
de Acquir. vel amitt. poss. 396.
de Acquir. vel omitt. hered. 302.
de Acquir. rer. domin. 391.
de Actionib. empti. 171.
de Actione rer. amot. 249.
Ad exhibendum. 101.
de Adim. vel transf. leg. 343.
Ad I. aquil. 91.
Ad I. corn. de sicar. 486.
Ad I. falcid. 358.
Ad I. jul. de adult. 481.
Ad I. jul. majest. 481.
Ad I. jul. peculat. 493.
Ad I. jul. de vi publ. 485.
de Admin. & peric. tut. 257.
de Admin. rer. ad civ. pert. 516.
Ad municip. 509.
de Adopt. & emanc. 10.
Ad S. C. Tertyll. 377.
Ad S. C. Trebell. 362.
Ad S. C. Turpill. 494.
Ad S. C. Velleyan. 137.
de Ædilit. edicto. 200.
de Æstim. act. 185.
de Agn. & alend. lib. 249.
de Aleator. 103.
de Alien. jud. mut. 48.
de Alim. & cib. leg. 340.

- de Annuis legat. 332.
de Appell. & relat. 502.
de Aqua & aq. pluv. 382.
de Aqua quot. 418.
de Arb. cædend. 421.
Arbor. furt. cæsar. 466.

B

- De Bonis damnat. 501.
de Bonor. possess. 366.
de Bon. poss. cont. tab. 367.

C

- De Cadav. punit. 502.
de Calumniat. 34.
de Captiv. & postl. 507.
de Carbon. edic. 370.
de Castr. pecul. 508.
de Censib. 520.
de Cessione honor. 407.
de Cloacis. 419.
de Collat. honor. 367.
Commodati. 121.
Communi divid. 99.
Commun. præd. 88.
de Compensat. 141.
de Concuss. 472.
de Condict. causâdatâ. 113.
de Condict. furt. 119.
de Condict. indeb. 115.
de Condict. ob turp. 114.
de Condict. sine causâ. 118.
de Condict. tritic. 119.
de Condit. & dem. 351.
de Condit. instit. 297.
de Confessis. 406.
de Const. princip. 6.
de Contr. empt. 157.

X

de Curat. bon. dando. 409.
de Curat. furios. 278.
de Custod. & exh. reor. 480.

D

De Damno inf. 380.
de Decurion. 511.
Depositii. 143.
de Distr. pignor. 195.
de Div. reg. jur. 523.
de Div. temp. præscr. 426.
de Divis. rer. 12.
de Divort. & repud. 244.
de Doli mali & met. 429.
de Dolo malo. 38.
de Donat. 385.
de Don. inter vir. & ux. 240.
de Dote præl. 335.
de Duob. reis const. 442.

E

De Edendo. 18.
de Effract. & exp. 474.
de Eo qui pro tut. 274.
de Eo quod cert. 121.
de Evictionib. 203.
Ex quibus causis. 45.
de Except. rei vend. 206.
de Except. rei jud. 424.
de Except. & præscr. 423.
de Excusat. tut. 266.
de Exercit. act. 125.
de Extraord. cogn. 518.

F

Famil. ercisc. 98.
de Feriis & dil. 17.
de Fide inst. 218.
de Fidej. & mand. 444.
de Fidej. & nom. 275.
Finium regund. 97.
de Flum. & ne qu. 415.
de Fundo dot. 239.
de Fundo inst. 337.

de Furtis. 461.

Furti adv. naut. 466.

G

De Glande leg. 422.
de Gradib. & affin. 373.

H

De Hered. instit. 290.
de Heredit. petit. 62.
de Heredit. vel act. vend. 176.
de His quæ in test. del. 289.
de His quæ poenæ causā. 345.
de His quæ pro non scr. 346.
de His quæ ut indign. 348.
de His qui effud. 95.
de His qui not. infam. 27.
de His qui sui vel al. 10.

I

De Impensis in res dot. 246.
de Incend. ruinā nauf. 467.
de In diem addict. 164.
de In integr. restit. 34.
de Injur. & fam. 468.
de Injusto rup. & irr. 287.
de In jus voc. 15.
de In litem jur. 112.
de Inoff. test. 57.
In qu. caus. pign. 191.
de In rem verso. 136.
de Inspic. ventre. 252.
de Instit. act. 129.
de Instr. vel instr. leg. 337.
de Interdictis. 413.
de Interr. in jure fac. 102.
de Itin. act. priv. 418.
Judicat. solvi. 459.
de Judiciis. 52.
de Jure codicill. 309.
de Jure delib. 298.
de Jure dot. 233.

De jure hyst. Cod.
lib. 14, taf. 66-

- de Jure fisci. 505.
 de Jurejur. 109.
 de Juris & facti ign. 224.
 de Jurisdict. 14.
 de Justitiâ & jure. 1.
- L
- De Legationib. 516.
 de Leg. & fid. 1^o. & 2^o. 311.
 de Leg. & fid. 3^o. 324.
 de Lege commis. 165.
 de Lege corn. de fals. 490.
 de Lege jul. de ann. 492.
 de Lege jul. repet. 492.
 de L. pomp. de parric. 489.
 de L. Rhod. de jactu. 128.
 de Legibus sen. 3.
 de Legit. tut. 254.
 de Liber. causâ. 391.
 de Liberat. leg. 242.
 de Liber. & post. 285.
 de Liber. exhib. 422.
 de Litigiosis. 431.
 Locati cond. 176.
- M
- De Magistr. conv. 276.
 Mandati. 147.
 de Minorib. 40.
 de Mort. causâ don. 390.
 de Mortuo infer. 107.
 de Muner. & hon. 511.
- N
- Nautæ caup. stab. 50.
 de Naut. fœn. 215.
 de Negot. gestis. 32.
 Ne qu. in loco publ. 413.
 de Novat. & deleg. 449.
 de Noxalib. act. 96.
 de Nundinis. 518.
- O
- De Obligat & act. 432.
 de Obseq. par. & patr. 371.
 de Off. Assessor. 14.
- de Off. ejus cui mand. 13.
 de Off. Præsid. 13.
 de Off. prætor. 12.
 de Off. procons. 12.
 de Operib. pub. 517.
 de Oper. novi nunt. 379.
 de Optione leg. 335.
 de Origine jur. 3.
- P
- De Pactis. 19.
 de Pact. dotal. 236.
 de Peculio. 134.
 de Pecuniâ const. 121.
 de Per & com. rei vend.
 169.
 de Pignor. act. 124.
 de Pignor. & hypot. 186.
 de Poenis. 497.
 de Pollicit. 518.
 de Postul. 25.
 de Præscr. verb. 186.
 de Prævaric. 473.
 de Precario. 420.
 de Privat. delict. 460.
 de Privil. credit. 408.
 Pro socio. 152.
 de Probationib. 216.
 de Procurat. & def. 29.
 de Proxenet. 519.
 de Public. & vect. 384.
 de Public. in rem act. 68.
 de Public. judic. 476.
- Q
- Quæ in fraud. cred. 410.
 Quæ res pign. 191.
 de Quæstionib. 495.
 Quando dies leg. 364.
 Quando dies ususfr. 75.
 Quemadm. serv. am. 89.
 Quib. mod. pign. 197.
 Quib. mod. ususfr. 75.
 Qui pet. tut. 256.

Qui pot. in pign. 191.
 Qui satisd. cog. 16.
 Qui test. fac. poss. 280.
 Quod cuius univ. 31.
 Quod cum eo qui. 131.
 Quod jussu. 136.
 Quod met. causâ. 36.
 Quod quisqu. jur. 15.
 Quod vi aut clam. 419.

R

Rat. rem hab. 459.
 de Re judic. 403.
 de Re milit. 508.
 de Reb. cred. 107.
 de Reb. dub. 344.
 de Reb. eor. qu. 277.
 de Receptator. 473.
 de Recept. qui arb. 48.
 de Reguliâ cat. 346.
 de Reg. jur. 523.
 de Rei vindic. 65.
 de Relig. & sumpt. 105.
 de Requir. vel abs. 494.
 de Rer. permut. 185.
 de Resc. vendit. 167.
 de Ritu nupt. 227.

S

De Senator. 12.
 de S. C. Maced. 131.
 de Separat. 409.
 de Sepulchro viol. 472.
 de Servitut. 79.
 de Serv. rust. præd. 85.
 de Serv. urb. præd. 83.
 de Servo corr. 103.
 Si ager vestig. 68.
 Si mensur fals. 105.
 Si quadr. paup. 90. 90.
 Si quis al. test. 309.
 Si quis jus dic. 15.
 Si servit. vind. 88.
 Si tab. test. 373.

de Solutionib. & lib. 451.
 Soluto matr. 244.
 de Sponfalib. 226.
 de Statu hom. 7.
 Stellionatus. 475.
 de Suis & legit. 374.
 de Susp. tutor. 264.

T

De Termino moto. 475.
 Testam. qu. aper. 307.
 de Testam. tut. 253.
 de Testam. milit. 300.
 de Testibus. 220.
 de Tigno juncto. 465.
 de Transact. 23.
 de Tribut. act. 130.
 de Tritico vin. 336.
 de Tutelæ & rat. 272.
 de Tutelis. 252.
 de Tutorib. & cur. 254.

V

De Vacat. & excus. 513.
 Uib pup. educ. 270.
 de Ventre in poss. 369.
 de Verbor. oblig. 437.
 de Verbor. signif. 520.
 de Veteranis. 509.
 Vi honor. rapt. 466.
 de Vi & de vi arm. 416.
 de Via publ. & si qu. 414.
 Undè liberi. 373.
 Undè vir & ux. 374.
 de Usu & habit. 77.
 de Usu & ususfr. 333.
 de Usufr. accresc. 75.
 de Usufr. ear. rer. 77.
 de Usufr. & quemad. 70.
 Usufr. quom. 79.
 de Usuris & fruct. 207.
 de Usurp. & usuc. 400.
 Utii possid. 417.
 de Vulg. & pupill. 293.

EPITOME
JURIS
ET LEGUM ROMANARUM
FREQUENTIORIS USUS,
JUXTA SERIEM DIGESTORUM.

LIBER I.

TIT. I. *De Justitiâ & Jure.*

1. JUSTITIA est constans & perpetua voluntas ius
suum cuique tribuendi. *l. 1, hujus tituli.*
JURISPRUDENTIA est divinarum atque humana-
rum rerum notitia, justi atque injusti scientia. *§. 1,*
instit. de just. & jure.
2. Jus est ars boni & æqui, *l. 1, h. t.* à justitiâ appell-
atum. *ibid.*
Collectum ex naturalibus præcis aut gentium,
aut civilibus. *l. 1, §. 2, h. t.*
3. JUS NATURALE est quod natura omnia animalia
docuit, *l. 1, §. 3, h. t.*
Hinc descendit maris atque foeminae conjunctio,
hinc liberorum procreatio, hinc educatio. *ibid.*
Ex eo homines omnes æquales sunt, *l. 32, de rego*
jur. & omnes liberi nascuntur, *l. 4, h. t.* vide 443.

A

2 Lib. I. Tit. I.

- Civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest,
l. 8 de cap. min. vide 30.
Naturalem enim rationem allegare pro lege sufficit.
Goth. in l. 13, §. 7, de excusat.
4. JUS GENTIUM est quod naturalis ratio constituit, *l. 9, h. t.* solis hominibus inter se commune, *l. 1, in f. h. t.* quasi quo jure omnes gentes utuntur. *ibid.*
Ex hoc jure introducta bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, obligationes institutæ, *l. 5, h. t.* & omnes penè contractus, *§. 2, instit. de jure natur.* captivitatem secutæ, & servitutes. *ibid.*
5. JUS CIVILE efficimus cum aliquid addimus vel detrahimus juri communi, *l. 6, h. t.*
Jus proprium civitatis est, *l. 9, h. t.*
6. Jus aut publicum est aut privatum, *l. 1, §. 2, h. t.* constat aut ex scripto aut sine scripto, *l. 6, §. 1, h. t.* vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, *l. 1, de statu hom.*
7. Jura constitui oportet in his quæ ut plurimum accidunt non quæ ex inopinato, *l. 3, de legib.* nec quæ semel aut bis existunt, *l. 6, eod. t.*
Ea enim quæ raro accidunt non computantur, *l. 64, de regul. jur.* vide 16, 2677, nequè leges ita scribi possunt, ut omnes casus comprehendantur, *l. 10, de legib.*
Jura enim non in singulas personas, sed generaliter constituuntur, *l. 8, eod. tit.*
8. Jus singulare est quod contrà tenorem rationis propter aliquam utilitatem introductum est, *l. 16, eod. tit.* vide 39.
Quod contrà rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentiam, *l. 183, de reg. jur.* *l. 14, de legib.* nec quæ propter necessitatem, *l. 122, de reg. jur.*
Quod enim non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet, *l. 39, de legib.* vide 29, 30.
9. Multa jure civili contra rationem disputandi, pro

De Justitia & Jure.

communi utilitate recepta sunt, l. 51, §. ult. ad l.
a quil.

Nec omnium quæ à majoribus constituta sunt ratio
reddi potest, l. 20, de legib. rationem enim eorum
inquirendo, quæ certa sunt subvertuntur, l. 21, de
legib.

10. Nemo jus publicum remittere potest cautionibus,
(cautelis) nec mutare formam antiquitatis constitu-
tam, l. 5, §. 7, de adm. tut. vide 132, 1488.

11. Juris præcepta sunt hæc, honestè vivere, alterum
non laedere, suum cuique tribuere, l. 10, §. 1, h. t.

TIT. II. De Origine Juris.

13. Leges à Græcis civitatibus petitæ, & in tabulas
eboreas perscriptæ, appellatæ sunt LEGES 12 TABU-
LARUM, l. 2, §. 4, h. t.

Ex his coepit fluere jus civile, & actiones compositæ
sunt. ibid. §. 6, vide 15.

TIT. III. De Legibus, Senatusconsultis & longa consuetudine.

Cod. I, 14, 16 VIII, 53. Novel. 1132

14. LEX est commune præceptum, l. 1, h. t. sive jus
quod expressus consensus populi fecit. Cujac, h. t.

15. Constare non potest JUS, nisi sit aliquis juris peri-
tus per quem possit quotidiæ in melius produci, l. 2,
§. 13, de orig. juris.

Exinde orta est potestas Regia & Magistratum,
ibid. & §. 14.

16. Quod raro fit non observant legislatores, sed quod
fit plerùmque, & respiciunt & medentur, novel. 94,
cap. 2, vide 7, 2677.

17. Salus populi suprema lex esto. Hæc prima & præ-
cipua lex 12 Tabularum. Fab. ration. in l. 31, depos.
vide 21.

18. Legis virtus est imperare, vetare, permittere, pu-
nire, l. 7, h. t.

4 Lib. I. Tit. III.

Omnes secundum leges vivant, etiamsi ad divinam, seu Principis domum pertineant. *l. 10, cod. h. t.*

19. Leges ab omnibus intelligi debent. *l. 9, cod. h. t.*

Quid enim sic proprium est legum sicut claritas? *novel. 107, cap. 1, in princ.*

Scire verò leges non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem. *l. 17, h. t.*

Ideò in fraude legis facit qui, salvis legis verbis, sententiam ejus circumvenit, *l. 29, h. t.* cùm non verbis, sed ipsis rebus leges impositæ sint, *l. 2, cod. comm. de legat. inf.*

Nec oportet jus civile calumniari, neque verba captari, sed quâ mente quid diceretur animadvertere. *l. 19 ad exhib.*

In legem enim committit qui, verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, nec poenas legis evitabit qui fœvâ prærogativâ verborum se fraudulenter excusat. *l. 5, cod. h. t.*

Quia etsi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legislatoris aliud vult. *l. 13, §. 2, de excusat. vide 9.*

20. Ubi lex non distinguit, nec distinguendum est. *Goth. in l. 8, de publ. in rem act.*

21. Cùm in aliqua causa legum aut senatusconsultorum sententia manifesta est, ita jus dici debet. *l. 12, h. t.*

Nec EXEMPLIS, sed legibus judicandum est. *l. 13, cod. de Sent. vide 2149.*

Non tamen videtur contra constitutiones pronuntiassè, si existimavit *Judex* causam per eas non juvari. *l. 32, de re judic.*

In ambiguitatibus verò quæ ex lege profiscuntur, rerum perpetuò similiter judicatarum vim legis obtinet autoritas. *l. 38, h. t. vide 27, 30.*

Item. Benignius leges interpretandæ sunt quod voluntas earum conservetur, *l. 18, h. t.* & accipienda significatio quæ vitio careat, *l. 19, h. t.* Interpretatio autem certa non est mutanda, *l. 23, h. t.*

Lex Reipublicæ utilis interpretatione adjuvanda est, *l. 46, de condit. & dem. vide 17.*

Item. Ea quæ communiter omnibus prosunt, iis

quæ specialiter quibusdam utilia sunt præponuntur, novel. 39, cap. 1, etiam Principi, l. un. §. 14, cod. de cad. tollend. vide 2547.

22. Placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiae æQUITATISQUE quam stricti juris rationem, l. 8, cod. de jud. vide 2199, 2663.

Modò res à lege palam non sit definita, Goth. in d. l. 8, vide 21.

Quod quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est, l. 12, §. 1, qui & à quib. man.

Tunc enim à solo Principe mollienda lex est, quod etiam sibi Parlamenta vindicant, Goth. in d. §. 1, vide 27.

Nec leges mutari debent, nisi evidens sit utilitas, l. 2, de const. princ.

Æquitas verò civilis interdum naturali æQUITATI præfertur, l. 31, depos. vide 30.

Verùm in quæstionib. de bono & æquo plerūque sub auctoritate juris perniciösè erratur, l. 91, §. 3, de verb. obligat.

23. Quod legibus omissum est, non omittetur religione —
judicantis, l. 13, de testib.

Supplet enim Prætor quod legi deest, l. II, de præscr. verb. vide 1035, & quæ defunct Advocatis, tot. tit. cod. ut quæ defunt, vide 162.

24. Ad similia leges trahuntur si eadem sit utilitas, vel interpretatio, l. 13, h. t. vide 39.

Et semper hoc legibus inesse creditur, l. 27, h. t.

25. Leges futuris dant formam negotiis, nec ad facta præterita revocantur, l. 7, cod. h. t.

Item. Cùm lex in præteritum indulget, in futurum vetat. l. 22, h. t.

Lex prior ad posteriorem trahitur, & contrà, l. 26 & 28, h. t. 38, nisi contrariae sint. d. l. 28.

26. Irritum est quidquid lege prohibente factum est, l. 5, cod. h. t. quamvis specialiter dictum non sit inutile esse debere. ibid.

27. Leges condere & interpretari solo dignum Imperio est, l. ult. §. 2, cod. h. t. vide 22, 2548.

Optima tamen antiquarum legum interpres CONSUETUDO. l. 27, h. t.

A iii

- Nec ambigitur Senatum jus facere posse. *l. 9, h. t.*
 Perpetuam enim firmitatem SENATUSCONSUL-TUM habet, *l. un. cod. de Senat.* vide 21.
28. Incivile est judicare vel respondere nisi totâ lege perspectâ, *l. 24, h. t.*
29. More & consuetudine inductum, legem imitatur, *l. 32, h. t.* & pro lege custoditur. *l. 32, §. 1, h. t.*
l. 3, cod. quæ sit longa.
 Nec minus quam scripta jura servatur, *l. 35, h. t.*
 Imò magnæ auctoritatis, quasi necesse non fuerit scripto comprehendi, *l. 36, h. t.*
- Non tamen adeò ut vincat rationem aut legem, *l. 2, cod. qu. sit longa cons.* Intellige ne specialis consuetudo generalem legem abroget. *Goth. ibid.* vide 8.
- Leges verò tacito consensu omnium per desuetudinem abrogantur, *l. 32, in f. h. t.*
30. Consuetudo firmatur ex rebus judicatis, *l. 34, h. t.*
l. 1, cod. qu. sit longa eons. vide 21.
- Naturalis verò ratio auctoritate Senatus commutari non potest. *l. 2, de usfr. ear. rer.* vide 3.
31. Quæ sunt moris & consuetudinis supplentur. ut 318.
32. Consuetudo vim habet servitutis, *l. 1, cod. de ser-vit.*, vide 452.
33. Pro utilitate hominum introducta contra ipsorum commodum produci nulla juris ratio patitur, *l. 25, h. t.*

TIT. IV. De Constitutionibus Principum.

Cod. I. 14, 15, 23. Novel. 66, 113,
 114, 152.

38. CONSTITUTIONES Principum nec ignorare, nec dissimulare permittitur, *l. 12, cod. de jur. & facti ign.*
 Tempore posteriores potiores sunt, *l. ult. h. t.* vide 25.
39. Personales ad exemplum non trahuntur. *l. 1, §. 2, h. t.* vide 8.
 Et sub eâ conditione proferuntur, si preces veritate nitantur, *l. ult. cod. de divers. descr.*

De Constitutionibus Principum. 7

Mendax precator careat penitus impetratis , & si nimia mentientis inveniatur improbitas , etiam severitati subjaceat judicantis , l. 5 , cod. si contra jus.

Ubi verò causâ cognitâ Princeps fententiam dixerit , lex erit & omnibus similibus , l. ult. cod. de legib. vide 24.

40. Rescripta Principum ad jus pertinentia perennia sunt , l. 2 , cod. de divers. rescr.

Secùs ex jure Canonico & Gallico. Goth. ibid. omnia enim rescripta justitiae sunt annalia nisi impetrantur litteræ subannalitatis. Ranch. in quæst. 135 , Gu. Pap.

41. Nihil tam peculiare est imperialis Majestatis quam humanitas , per quam solam Dei servatur imitatio , l. ult. in f. cod. de don. int. vir.

Nihilque tam proprium est Imperii quam legibus vivere , l. 3 , cod. de testam.

Cùm digna vox sit majestate regnantis , legibus illigatum se Principem confiteri , l. 4 , cod. de legib. quibus ipse solus esse videtur , l. 23 , de legat. 3º. l. 31 , de legib.

42. Originalia rescripta & manu principis subscripta non exempla eorum insinuentur , l. 3 , cod. de divers. rescr.

43. Supplicare causâ pendente non licet , l. 2 , cod. ut lite pend. vide 2544.

TIT. V. *De statu hominum.*

Cod. III , 22. VII , 24.

46. Causa status præjudicialis est , l. 42 , de nox action.

Differtur in tempus pubertatis , l. 1 , de carbon. vide 1897.

47. Capite deminutus delictis non exuitur , l. 2 , §. 3. de cap. min.

Et naturaliter manet obligatus , ibid. §. 2 , vide 3.

48. DIFFAMARI statum si adversa pars perseverat , Praeses Provinciæ ab injuriâ temperari præcipiat , prilis vocitatâ parte ut contradictionem faceret , l. 5 , cod. de ingen. manum.

Idem erit si jus vel obligationem in bonis alterius sibi competere quis afferat, Goth. in d. l. 5.

Nemo tamen invitus agere vel accusare cogitur. *l. un. cod. ut nemo invit. vide 2194.*

Nec favore libertatis inducta ad cetera facilè prostrahuntur: cùm multa contra juris rigorem pro libertate sunt constituta, l. 24, §. 10. de fideic. libert. vide 1985.

49. De statu defunctorum post quinquennium quærere non licet. *l. 1, & ult. ne de stat. def. vide 63.*

Nisi ut honestior vindicetur, *l. 3, eod. tit. §. 2,* ne quidem fisci nomine, *l. 1. eod. tit.*

Nequè intrà quinquennium si præjudicium futurum sit ante quinquennium mortuo, veluti si ingenuus pronuntiatus est, *d. l. 1, §. 3.*

Quod non extenditur ad emancipationes, *l. 5, cod. eod. tit. vide 63.*

50. Septimo mense nasci perfectum partum propter auctoritatem Hipocratis receptum est, *l. 22, h. t. vide 1326.*

Quapropter si ex justis nuptiis septimo mense natus est, justum filium esse dicitur, *d. l. 12, id est si 182, die natus est, l. 3, §. 12, de suis & legit.*

Vel si intra decem menses post mortem mariti, *l. ult. cod. de posth. non autem si posteà, ibid. §. 1, novel. 39, §. 2.*

Qui in utero est intelligitur in rerum naturâ esse, *l. 26, h. t. quoties de commodis ipsius agitur, l. 7, h. t.*

Aliis verò non prodest nisi natus, *l. 231, de verb. signif.*

Qui autem mortui nascuntur, nequè nati, nequè procreati videntur, *l. 129. de verb. signif.*

51. Contra formam humani generis nati pro liberis non habentur. *l. 14, h. t. vide 1512.*

Licet parentibus profint, nec enim est quod eis imputetur. *l. 135, de verb. signif.*

52. Conditio FEMINARUM in multis deterior, *l. 9, h. t. majorque dignitas in sexu virili, l. 1, de Senat. vide 53.*

Dignitatem habent à marito nisi cum alio inferioris.

dignitatis secundo nupserint, l. 8, de senat. l. 13.
cod. de dignit. l. ult. cod. de incol. retinebunt tamen
beneficio Principis, l. ult. de senat.

Filiæ verò dignitatem habent à patre non à matre.
l. 10 de senat.

Patris enim originem unusquisque sequitur, l. 39,
cod. de Decurionib. vide 53.

Item. Fœminæ non possunt pro aliis postulare, l. 1,
§. 5 de postul. pro parentibus verò agere eis permit-
titur causâ cognitâ, l. 41 de procur.

Item. Moribus impediuntur ne judices sint, l. 12, §.
2 de judic. vide 328. vel arbitrium suscipiant, l. ult.
cod. de recept. arbit. vide 296. vel alienam defensio-
nem, vide 180.

Non quia non habeant judicium, sed quia receptum
est ut civilibus officiis non fungantur, l. 12, §. 2 de
judic. vide 1340. nec publicis, l. 2 de reg. jur.
vide 2395, 1408. de testimonio dicendo, vide 1211.
de accusationibus 2395. de tutelâ suscipienda, 1340.

Præcipuum munus fœminarum est accipere & tueri
conceptum, l. 14, §. 1 de cœdilit. edict. l. 2 de in-
dict. viduit.

Neque nuptiæ, neque natales faciunt matrem fa-
milias, sed boni mores. l. 46, §. 1 de verb. signif.

53. Cùm legitimæ nuptiæ factæ sunt, patrem liberî
sequuntur, l. 19, h. t. vide 1326. id est quoad hono-
res. Goth. ibid.

Liberi enim patris non matris familiam sequuntur,
l. 196, in f. de verb. signif. vide 52.

Cùm Mulier familiæ suæ caput & finis est. l. 165,
§. ult. eod. tit.

54. Vulgo quæsti matrem sequuntur, l. 19, h. t. illa
enim semper est certa, l. 5, de in jus voc.

Hi sunt qui aut patrem non demonstrant, aut quem
habere non licet, l. 23, h. t.

Naturales liberi per subsequens matrimonium legi-
timi efficiuntur, l. 10, cod. de natur. lib. & bene-
ficio Principis, novel. 89, cap. 10.

Nec obstat si pater aliam acceperit uxorem, modo
sine prole mortua sit, nov. 12, cap. 4.

Lib. I. Tit. V.

55. Naturales filii à legitimis pasci debent ut decet eos secundum substantiae mensuram, novel. 89, c. 12, §. 6.

Fallit si ex complexibus nefariis, aut incestis, aut damnatis processerint, ib. cap. 15, naturalium enim nomine digni non sunt, ibid.

Olim naturales ex testamento succedebant & ab intestato accipiebant duas uncias, ibid. cap. 12, §. 6, sed apud nos incapaces indistincte sunt. Bonif. tom. 5, pag. 118, præterquam ut alimenta recipient.

TIT. VI. *De his qui sui vel alieni juris sunt.*

56. Sui juris sunt hi qui non alieno jure subjecti sunt, l. 1, h. t.

Proinde patres familias dicuntur etiam impuberes, l. 4, h. t. & familiam habent & domicilium, l. 195, §. 2, de verb. signif.

Filiis familias verò non eò minus cives Romani sunt, l. 4, h. t. & obligantur, & conveniuntur, l. 39, de oblig. & act. vide 2186, 778.

Indò in publicis causis filius familias pro patre familias habetur, veluti ut magistratum gerat, ut tutor detur, l. 9, h. t. vide 1359.

Non tamen ut nuptias contrahat, licet nuptiarum publica causa sit. Goth. ibid. vide 1241.

57. In potestate sunt liberi ex justis nuptiis procreati, l. 3, h. t.

Nepotes quoque, pronepotes & deinceps in potestate sunt Avi, l. 4, h. t.

Episcopalis autem dignitas solvit jus patriæ potestatis, auth. sed Episcopalis, cod. de Episc. vide 64.

Item. Si pater civitatem vel libertatem amiserit, l. 7, h. t.

Item. Emancipatio, l. 31, de adopt. vide 61.

TIT. VII. *De adoptionibus & emancipationibus.*

Cod. VIII. 47, 48. Novel. 74, cap. 3.

60. *ADOPTIO* est legis actio quā qui mihi filius non est ad vicem filii redigitur, Cujac. h. t.

De adoptionibus & emancipationibus. 11

61. EMANCIPATIO à patriâ potestate liberat, *l. 31, h. t.*

Quocumque loco fieri potest, *l. 36, h. t.*

Etiam apud alterius Provinciæ Proconsulem. *l. 36, §. 1, h. t. l. 15 in f. de man. vind.*

62. Potest avus vel solum filium, vel solum nepotem, vel utrumque emancipare, *l. 28, h. t.*

Sed filius patrem cogere non potest, ut à potestate ejus liberetur, *l. 31, h. t.*

Nisi leno pater peccandi necessitatem imposuerit, *l. 12, cod. de Episc. aud. l. 6, cod. de spect.*

Vel si filium contra pietatem afficiebat, *l. ult. si & par. qu. man.*

Filius in patriam potestatem non iterū redigitur invitus, *l. ult. de his qui sui vel al. præterquam atrocityate convicci, vel atroce injuriâ erga parentem, l. un. cod. de ingr. lib.*

Nec emancipatur invitus. *Sent. Pauli, lib. 2, tit. 25, §. 2.*

63. Adversus emancipationem post mortem filii pater movere controversiam prohibetur. *l. 25, h. t. vid. 49.*

64. Jure potestatis non agit pater si diù, *id est, per decem annos, passus sit ut patris familias res filii ageret tutor, l. 1, cod. de patr. pot. & à fortiori si filius ipse egisset, quod obtinuit apud nos potius quam ex novellâ 25, in f. Leonis quæ nullam auctoritatem habet. An testari possit? vide 1492.*

Jure vetere non nisi actu solemini emancipatio perficiebatur, *l. 3, cod. h. t.*

Patricii verò illico patres familias efficiuntur, *l. ult. cod. de consul. & ordinarii Consules, & Præfecti prætoriorum, nov. 81, cap. 1, & Episcopi. cap. ult. vide 57.*

65. Emancipationis præmio dimidiati ususfructus pater accipit vel retinet, *l. 6, §. 3, cod. de bon. qu. lib.*

Nisi specialiter renuntiaverit, *ibid.*

Exceptis fructibus castrensis, vel quasi castrensis peculii. *ibid.*

TIT. VIII. *De divisione rerum & qualitate.*

70. Res aliæ divini juris sunt , aliæ humani , l. 1 , h. t.
Ex humano jure aliæ publicæ , aliæ privatæ . *ibid.*
71. Res Sacræ , & Religiosæ , & Sanctæ in nullius
bonis sunt . l. 6 , §. 2 , h. t. *vide 913 , 2206.*
72. Communes res sunt Aer , Aqua profluens , Mare
& Littus , l. 2 , §. 1 , h. t. *vide 1996 , 1997.* —
Et fluminis ripa , & ipsius navigatio , l. 5 , h. t.
Theatra , stadia &c. universitatis sunt , l. 6 , §. 1 ,
h. t.

Item. Quod in publicum usum positum est , non
licet privato auferre , nec ei qui posuerit . l. 41 , de
acq. rer. dom.

TIT. IX. *De Senatoribus.*

Cod. III , 24. Novel. 62.

75. Senator à senili aetate dictus . *Goth. h. t. vide 2593.*
Senatorum substantiae à præstationibus & omnibus
fördidis muneribus liberæ sunt , l. 4 , cod. de dign.
76. In ordine Senatorum & Imperator ipse numeratur.
l. 8 , cod. de dignit.

TIT. XIV. *De Officio Prætorum.*

Cod. I , 39.

77. Prætor beneficium suum nemini vult esse captio-
sum , l. 8 , de stip. Præt.
Ad Officium ejus pertinet lites diminuere , l. 21 ,
de reb. cred.

Supplet Prætor quod legi deest . l. 11 , de præscr.
verb. vide 23 , 1035.

*In his quæ contrà jus commune conceduntur , de mi-
nimis non curatur. Barth. in l. 4 , de integr. rest.*

TIT. XVI. *De officio Proconsulis & Legati.*

Cod. I , 35.

80. Proconsul extrà fines potestatem non exercet , l. 1 ;
h. t. *vide 99.*

De officio Proconsulis & Legati. 13

Nec Jurisdictionem nisi voluntariam, l. 2, h. t.

Quamvis utatur insignibus. l. 1, h. t.

81. Jus dicit usque in adventum successoris. l. 10, h. t.

82. Tenetur de delicto uxoris. l. 4, §. 2, h. t.

TIT. XVIII. *De officio Praesidis.*

Novel. 161.

85. Omnes Provincias regentes licet Senatores sint
Præsides appellantur. l. 1, h. t.

Proconsulis appellatio specialis est. *Ibid.*

86. Contemni non patiatur qui jus reddit, l. 19, h. t.
vide 101.

Quapropter jubetur Præses ne in ulteriore familiariatem provinciales admittat, *ibid.*

Nam ex conversatione æquali contemptio dignitatis nascitur. *ibid.*

87. Cavetur ne hi qui provinciam regunt, quive circa eos sunt, negotientur, fœnusve exerceant, l. 33, de reb. cred.

Fallit in officialibus eorum si perpetui sint, l. 34,
cod.

TIT. XXI. *De officio ejus cui mandata est jurisdictione.*

Cod. I. 38, 50.

90. Qui mandatam jurisdictionem suscepit proprium nihil habet, l. 1, §. 1, h. t. *vide 327.*

Quamvis Prætor sit, quoties mandantis fungitur, l. 3, h. t.

Nec mandare potest alteri, l. ult. h. t. l. 5, de jurisd.

Quod fallit in legato & in Proconsule, l. 12 & 13,
de off. Procons. & jure nostro in delegatis à Rege.

TIT. XXII. *De officio Adsefforum.*

Cod. I, 51.

95. *Adseffores sunt jurisprudentes qui consilia juvante judicūm, vel qui consiliis suis judices adjuvant.*
Cujac. h. t.

96. Consiliari & adsidere non licet in eodem auditōrio. *l. 5, h. t.*

LIBER II.

TIT. I. *De Jurisdictione.*

Cod. III, 13.

98. *Jurisdiction à jure dicundo.* *Goth. h. t.*

Sine modicā coercitione nullā est, *l. ult. de off. ejus cui.*

Item. Jurisdictione datā, concessa videntur ea sine quibus explicari non posset. *l. 2, h. t.*

99. Extra territorium jus dicenti impunē non paretur, *l. ult. h. t. vide 80.*

Vel si suprà, id est, ultrà jurisdictionem suam velit jus dicere, ibid.

Item. Si de aliis pronuntiavit, nihil egit. *l. 1, cod. si à non compet.*

100. Sufficit ut actoris petitio modum jurisdictionis non excedat, ne in potestate adversarii sit eam ad alium transferre, *l. II, §. 1, h. t.*

Si singulæ quantitates jurisdictionem non excedant, nec coacervatæ, *l. II, h. t.*

Fallit ubi actio communis est, quamvis de parte suā unusquisque litiget, quia & tota res in iudicium venit, & vel uni adjudicari potest. *l. II, §. ult. h. t.*

102. Magistratus jurisdictionem suam defendere potest pœnali iudicio, *l. 1, si quis jus dic. vide 86.*

Modò intra annum, d. l. in f.

Quod quisque juris , &c.

15

102. Inter consentientes , cajusvis judicis est jurisdictio .
l. 1, de Judic. l. 1, cod. h. 1. vide 316.
Secūs si per errorem consenserint. *l. 2, de judic.*
vide 316.

TIT. II. *Quod quisque juris in alterum statuerit , ut ipse eodem jure utatur.*

103. Qui in aliquem novi juris statuit , ipse adversario postulante eodem jure uti debet. *l. 1, §. 1, h. t.*
Item. Qui iniquum jus aduersus aliquem impetravit , eo jure utatur , ibid. §. 2.
Quod obtinet etiam contra hæredes. l. 3, §. 5, h. t.

TIT. III. *Si quis jus dicenti non obtemperaverit.*

104. non potest dolo carere qui imperio Magistratus non paruit , *l. 199, de reg. juris , modo intrà territorium , l. ult. de jurisd. vide 99.*
Vocatusque venire debet. *vide 109.*

TIT. IV. *De in Jus vocando.*

Cod. II , 2. Novel 96., §. 1.

107. *In jus vocare est ad Magistratum vocare juris suū experiundi causā. Cujac. X. observ. 10, ex l. 1, h. t.*
108. In jus vocari non debet qui uxorem duxit , aut ea quæ nubit , *l. 2, h. t.*

Nec judex , dum rem cognoscit , nec qui apud Prætorem , caufam agit , *Ibid.*

Nec qui funus ducit. *Ibid. l. 4, §. 2, si quis caut. vel cadaver prosequitur , l. 3, h. t.*

Nec ille cui reverentia præstanda est , sine jussu Prætoris , *l. 4, §. 1, & l. 13, h. t.*

Nec qui jam in jus vocatus est ad alium judicem , ob easdem causas , *l. ult. in f. cod. h. t.*

Etsi is qui domi est interdum vocari in jus potest , tamen de DOMO suā nemo extrahi debet , *l. 21, h. 1. domus enim tutissimum cuique refugium est , l. 18,*
l. 4.

Domus autem est ubi quisque sedes & tabulas habet, l. 203, de verb. signif.

109. In jus vocatus venire debet ut sciatur an de hac jurisdictione sit, l. 2, si quis in jus, l. 5, de jud.

Alioquin in multa damnabitur, d. l. 2, §. 1, vide 104.

Rusticitati verò aliquando parcendum, d. §. 1, l. 7, §. 4, de jurisd. vid. 1186, 1226.

Idem. Si nihil interstit actoris non venisse, l. 2, si quis in jus. in f. l. 8, si qu. caut. in jud.

Æquitate quoquè subvenitur ei qui citatus non responderat, modò paratus sit confessim & judge adhuc pro tribunalí sedente licet jam pronuntiatum sit, l. 7, de in integr.

Et ei qui valetudine, tempestate, vi fluminis sistere non potest, l. 2, §. 3, si quis caut.

Vel funere domestico impeditus. l. 4, §. 2, eod. vide 108.

TIT. VIII. Qui satisfare cogantur.

112. Qui SATISDAT contumeliam subit, l. 17, in f. de test. tut.

Item, Si non sit acceptus qui se obtulit, ut 2237.

113. Satisfare coguntur omnes quorum juramento, vel nudæ promissione non creditur. Goth. h. t.

Fallit in necessariis personis, veluti parente, patrōno; earum enim qualiscumque fidejussor accipitur, l. 1, in jus. vœ. pro locuplete, l. 3, eod. vide 1654.

Item fallit in liberis, uxore, vel nuru. l. 2, §. 2, h. t.

114. Possessores immobilium rerum satisfare non compelluntur, l. 15, h. t. vide 2234.

In re verò mobili, depositum pro cautione est. l. 7, §. 2, h. t. vide 2234.

115. De novo cavendum est si fidejussor stipulatori haeres extiterit, vel contraria, l. 8, §. 3, h. t.

Vel si magna inopia accidit, l. 10, inf. h. t. vel cau- tum esse desiit. l. 4, de præt. stipul.

Vel ex novâ causâ, putâ quod fidejussor decesserit, l. 4, ut in posses.

Non autem ex eo quod egenum fidejussorem dederit,
l. 3, §. 3, ut in posses.

120. Erga legatarios satisfationem *quorum legatorum* sic accipimus, si petenti satisfationem heres paratus sit, nec offerre tenetur, *l. 2, §. 1, quor. legat. vide 1654.*

TIT. XII. De feriis & dilationibus.

Cod. III, 11 & 12. Nov. 115, cap. 2.

120. Feriae dilationes sunt omnium litium. Cujac. in cod. h. t.

Omnis judices venerabili die solis quiescant, *l. 3, cod. h. t.*

Feriæ solemnes dilationum temporibus connumerantur. *l. 3, cod. de dilat.*

121. Tempus meslium & vindemiarum attenditur, quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt, *l. 1, h. t. l. 2, cod. h. t.*

Fallit si ex voluntate partium. l. 6, h. t.

Vel si res peritura sit tempore, vel actio peremptura, *l. 1, §. 2, & l. 3, h. t.*

Et in criminalibus si atrox sit injuria, *l. 3, h. t. vide 123.*

Vel ut tutores aut curatores dentur, excusentur, admoneantur, *l. 2, h. t.*

Vel si de alendis liberis, parentibus, patronis agatur, *l. 2, h. t.*

Emancipare ac manumittere licet, etiam in die dominico, *l. 2, cod. h. t.*

122. Restituitur qui non potuit agere propter ferias extra ordinem indictas, non verò propter solemnes. *l. 26, §. 7, ex qu. caus. maj.*

123. Custodiæ, id est, carcerati audiri & feriatis diebus possunt, *l. 12, de publ. Jud. vide 2393.*

In quæstionibus latronum, nec Paschæ dies excipiuntur, cum facilimè & in hoc Summi Numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. *l. pen. cod. h. t.*

124. Nullus iudex autoritate suâ ferias condat, l. 4, cod. h. t.

Nec dies dilationis datæ, nec dies in quem sistere oportet computantur in DILATATIONE. l. 1, si qu. caut. vide 2647.

T I T. XIII. *De edendo.*

Cod. II. ~~l. 2~~ ~~l. 3~~ 13

125. Edere actionem est dictare vel tradere libellum, vel codicem proferre, l. 6, §. 7, h. t. vel copiam describendi facere, l. 1, §. 1, h. t.

Ita ut species futuræ litis demonstretur, l. 3, cod. h. t.

Ut proindè sciat reus utrùm cedere an contendere velit, l. 1, h. t.

Non autem iterùm postulanti, edi Prætor jubet, nisi ex causâ cognitâ, l. 6, §. ult. h. t.

~~126.~~ Reus non tenetur rationes edere, nisi ex causâ & officio judicis, l. 1 & 8, cod. h. t. vide 581.

Implorare tamen potest rationes creditoris ut fides veri constare possit, l. 5, cod. h. t. licet publicas, si nomine publico pecunia petatur, l. 6, h. t.

Verùm dicere cogitur utrùm pro possessore an pro herede possideat. l. 11, cod. de petit. hered. vide 2016

127. Codices rationum ita eduntur, ut sola pars ad instruendum necessaria inspiciatur & describatur, l. 10, §. 2, h. t. vide 129.

Nec obstat edere non videri qui stipulationem totam non edit, l. 1, §. 4, h. t.

Item. Eduntur cum die & consule, quia accepta & data non alias possunt apparere. l. 1, §. 2, h. t.

128. Instrumentum quod alteri profit non adversus seipsum, sed adversus alium quemdam producere recte peti potest, l. ult. cod. de fidē instr.

Sumptibus ejus qui petit, *ibid.* & in eodem judicio in quo causa agitur, *ibid.*

Modò ipse nihil damni sensurus sit, *ibid.*

Nec in eas personas in quas invitus quis testimonium non dicit. *Ibid.* vide 1209.

129. Rationes debitoris cuius bona possessa sunt, dantur

ei quem major pars creditorum elegit , l. 15 , de reb. auct. jud. vide 1606 . 2226 .

Cæteris verò aliquid ex his describere permittitur ex causâ , d. l. 15 , vide 127 .

Non autem amplius quām bis. ibid.

De tabulis exhibendis, vide 1607 . ad exhibendum , 580 .

T I T. XIV. *De Pactis.*

Cod. II , 3.

130. Pactum est duorum pluriumve in idem placitum consensus , l. 1 , §. 2 , h. t. l. 3 , de pollicit. Dabo ut des , pactum est ; do ut des , contraactus est , Cujac. 11 , observ. 15 .

Convenitur & inter absentes vel re , vel per epistolam , vel per nuntium , l. 2 , h. t. vide 2183 .

Etiam tacitè. l. 2 , h. t. Ex tempore & diuturna taciturnitate inducitur taciti pacti exceptio , Goth. in l. 69 , de jure dot. vide 1684 .

Etiam in favorem alterius , l. 2 , cod. h. t.

Unde & mutus pacisci potest , l. 4 , §. 1 , h. t. & surdus , l. 48 , de oblig. & act. non verò si simul surdus & mutus sit , vide 1490 , 1905 .

131. Ait Prætor pacta conventa quæ neque dolo malo , neque adversus leges facta erunt , servabo , l. 7 , §. 7 , h. t. privatorum enim conventio juri publico non derogat , l. 45 , de reg. jur. vide 10 , 132 .

Item. Nequè contra bonos mores , l. 6 , cod. h. t. vel turpi causâ , l. 27 , §. 4 , h. t. vide 670 , 2006 .

Nequè contra bonam fidem , l. 1 , §. 7 , depos. vide 975 . cum grave sit fidem fallere , l. 1 , de pecun. const. vide 2189 .

Quid enim tam congruum est fidei humanæ quām ea quæ inter nos placuerunt servare ? l. 1 , h. t. etiam inter parentes & liberos , ut 2190 .

Proinđe legem contraactus dat , in his quæ bonæ fidei contraria non sunt , l. 23 , de reg. jur. l. 52 , de verbis. oblig. l. 1 , §. 6 , depos.

Dolo malo pactum sit , cum circumscribendi causâ

aliud agitur, aliud agi simulatur. *l. 7, §. 9, h. t. vide 237.*

132. Nulla pactio effici potest ne dolus præstetur, *l. 27, §. 3, h. t. l. 23, de reg. jur. vide 246, 2167.*

Item: Ne jus publicum servetur, *l. 38, h. t. vide 10.*

Aut forma juris fiscalis, *l. 42, h. t. vide 2488.*

Aut publica coercitio tollatur, *l. 5, de paet. dot.*

133. Cùm nulla subest CAUSA propter conventionem, nulla obligatio constituitur, *l. 7, §. 4, h. t. vide 193, 145.*

Nec nuda pactio obligationem parit, sed tantum exceptionem, *d. §. 4, l. 10, cod. h. t.*

Item. Dominia rerum non transferuntur nudis paetis, *l. 20, cod. h. t. id est, quæ traditione destituuntur, Goth. ibid. vide 2000.*

134. De successione viventis & ignorantis pacisci illicitum est, *l. ult. cod. h. t.*

Contra bonos mores est stipulatio de successione futurâ, licet sub conditione si ad hæreditatem vocentur, *l. 4, cod. de inut. stip.*

Idem si heredem me non feceris tantum dare spondes? *l. 61, de verb. oblig. l. 34, cod. de transact.*

Improbis enim est ille qui sollicitus est de vivi hæreditate, *l. 2, §. 2, de vulg. & pup. vide 1807.*

Cùm hujusmodi pactiones odioſæ sint & plenæ triflissimi & periculosi eventūs, *l. ult. cod. h. t. vide 2677.*

Secùs de successione defuncti, quapropter licitum est pacisci de fideicommisso conditionali, l. 1, cod. h. t. vide 137, 1684.

Undè possunt fratres à fideicommisso se invicem liberare per transactionem, *l. 16, cod. h. t.*

135. Paeta in rem omnibus prosunt quibus interest, *l. 21, in f. h. t. undè & fidejussoribus, ibid.*

Pacta PERSONALIA ad alium non pertinent quamvis, heredem *l. 21, §. 1, h. t. vide 2223, 2187.*

Fallit si non ut personalē paetum fiat, sed ut demonstretur cum quo factum est, l. 7, §. 8, h. t.

136. Ea paeta prosunt quæ in ingressu contractus facta

sunt, sive ex continenti ut ex his actio nascatur, l. 7, §. 5, h. t. vide 2227.

Quæ enim ex intervallo, solent tantum parere exceptionem, d. §. ih f. l. 13, cod. h. t.

Item. Pacta novissima servantur, l. 12, cod. h. t.

137. Juri suo etiam futuro renunciare licitum est, l. 46, h. t.

Imò non licet, ut 1660. solve, futuro, id est, actione nondum mota quamvis jam natà, vide 2237, 1108.

Cùm sit regula juris antiqui omnes licentiam habere his quæ pro se introducta sunt renunciare, l. 29, cod. h. t.

Remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus, l. 14, §. 9, de aedil. edit.

Indè fit ut valeat pactum se non usurum fori, militiae, vel sacerdotii prærogativâ, l. 29, cod. h. t.

Secùs de Velleyanō, ut 823, de non revocandis donationibus, 1976. de repudiatione legati ante conditio-
nem, 1660.

138. Obscurum pactum nocet ei in cuius fuit potestate legem apertius conscribere, l. 39, h. t. putà venditori ut 929. stipulanti 2207.

Item. Obscura ex affectione cujusque capiunt interpretationem, l. 168, §. 1, de reg. jur.

Quapropter benignè interpretantur, & secundum id quod credibile est cogitatum, l. 24, de reb. dub. vide 929.

Utque res de quā agitur magis valeat quam pereat, l. 12, eod. vide 2207.

Et juxta sententiam quæ rei gerendæ aptior est, l. 67, de reg. jur. vide 929.

Item. Ut quam tutissimo loco res sit bonâ fide contrata, l. 21, de reb. dub. l. 80, de verb. oblig.

Utque res salva actori sit, l. 172, §. 1, de reg. jur. vide 2207. verba enim cum effectu sunt accipienda, l. 5, §. 2, ne qu. eum qu.

Item. Voluntatem contrahentium potius quam verba spectari placuit, l. 219, de verb. signif. & sententiam ejus qui ambiguum orationem protulit, l. 96,

de reg. jur. non enim utrumque dixit, sed id duntaxat quod voluit, l. 3, *de reb. dub.*

Item. Quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet, l. 114, *de reg. jur.* inveterata enim consuetudo pro lege custoditur, l. 32, §. 1, *de legib. præsertim* contradic̄tio aliquandō judicio firmata, l. 34, eod.

Et humaniorem sententiam, l. 10, *in f. de reb. dub.* in obscuris enim quod minimum est sequimur, l. 9, *de reg. jur.* Vide 2215. & benigniora præferuntur, l. 56 & 168, *de reg. jur.* quod non minus justius est quam tutius, l. 192, *de reg. jur.* l. 3, *de his qu. in test.*

Item. Ubi de obligando quæritur, propensiores esse debemus ad negandum, l. 47, *de obl. & act.* ubi de liberando, ad liberandum faciliores, *ibid.*

Quidquid enim obligationem adstringit nisi palam exprimatur omissum intelligitur, l. 99, *de verb. obl.* vide 1985, 1185, 2507.

Item. In contraetibus semper id sequitur quod actum est, aut si non appareat quod in regione frequentatur, demum autem ad id quod minimum est summa redigenda est, l. 34, *de reg. jur.*

Item. Melius est servire verbis editi, l. 1, §. 20, *de exercit. act.* vide 19, 21.

In judiciis vero id quod utilius est ei qui dixit accipiendo est, l. 66, *de judiciis*, vide 320. in fideicommissis 1673, in institutionibus 1533.

139. Pactum de QUOTALITIS sive de certâ parte quod ex ea lite datum erit, illicitum est, l. 53, h. t.

Idem. Si advocatus emolumenta sibi certae partis cum gravi damno litigatoris poposcit, l. 5, cod. de postul. vide 158.

Item si eventus litium majoris pecuniae præmio contra bonos mores procurator redemerit. l. 7, mandati, vide 184.

140. Qui pro fratre tanquam futuro hærede paciscitur, pro filiis suis pactum fuisse videtur, si poste à ipse suscepere. l. 40, §. ult. h. t. vide 1186, 1821.

141. Debitorum pactionibus creditorum petitio nec tolli nec mutari potest, l. 25, cod. h. t. vide 2661, 2688.
142. Si tibi decem dem & paciscar ut viginti mihi debeat, non nascitur obligatio ultrà decem, re enim non potest obligatio contrahi nisi quatenus datum sit. l. 17, h. t. l. 11, §. 1, de reb. cred. vide 2215, secùs si ut novem debeas. d. §. 1, vide 630.
143. De verborum obligationibus, vide 2200, de paetis dotalibus, 1266.

Tit. XV. *De Transactionibus.* ff. L. 2, L. 15.

Cod. II, 4. Nov. 124, cap. 4.

145. *Transactio est paetio quâ lis vel controversia dirimitur; vel decisio litis consensu partium.* Cujac. h. t.
Fit tantum de re dubiâ & lite incertâ neque finitâ, l. 1, h. t., vel si appellare liceat, l. 7, h. t. vide 685.
Sine causâ neminem transigentem audiet Prætor, l. 8, §. 9, h. t. vide 133, 693.
Nec litem fingere licet ut transactio fiat, l. 8, §. 20, h. t. vide 685. Valet tamen si propter timorem litis, l. 2, cod. h. t.
146. Transigi non potest nisi inspectis cognitisque verbis testamenti, l. 6, h. t.
Nec nisi aliquo dato, vel promisso, vel retento, l. 38, cod. h. t.

147. Nec AQUILIANA stipulatio lites de quibus non est cogitatum dirimit, l. 5, h. t.

Cùm iniquum sit perimi paeto id de quo cogitatum non docetur, l. 9, §. ult, h. t.

Quamvis aquiliana stipulatio omnes obligationes novet & perimat, l. 4, h. t. vide 2292.

Liberalitatem enim captiosam interpretatio prudenter fregit, l. 5, h. t. (vid.) 17^o 1684. *L.* 328.

Item. Transactio non porrigitur ad jus postea quæsumum, licet simile sit, l. 9, h. t. vide 1660.

Nec ultra conventa, d. l. 9, §. 1.

Nec ad codicillos postea repertos, l. 3, §. 1, l. 12, h. t.

- Nec contra ignorantem per fallaciam *contrahentis*,
l. 9, §. 2, h. t. vide 1684.
248. Receptum est ut transactionibus pro modico
 magna amittamus, *l. 8, h. t. & ibid. Goth. vide*
1684, 685.
- Quapropter negant beneficium, l. 2, cod. de rescind.*
vendit. transigenti competere. Goth. in d. l. 8
249. DE CRIMINE capitali transigere & pacisci prohibi-
 tum non est, *l. 18, cod. h. t. vide 2374.*
- Excepto adulterio, *d. l. 18, & l. 10, cod. ad l. jul.*
de adult. Sed hodiè adulterium capitale non est, auth.
sed hodiè cod. eod. vide 2423.
- De publicis criminibus quæ sanguinis poenam non
 ingerunt transigere non licet, *l. 18, cod. h. t.*
- Citrà falsi accusationem, *ibid. vide 2461 (in Gal-*
lia indistinctè) quoniam intelligitur confiteri crimen
qui paciscitur, l. 5 de his qui not. si data pecunia sit,
non si gratis, l. 18, cod. ex qu. caus.
- Item. De non constituendâ accusatione criminis pa-*
cisci non licet, l. 9, cod. de contr. & com. stip.
250. Transaction non minorem auctoritatem habet quam
 rei judicatæ, *l. 20, cod. h. t.*
- Nec rescinditur sub prætextu instrumenti postea re-
 perti, *l. 19 & 29, cod. h. t. vide 2147.*
- Nisi malâ fide substrafti, *d. l. 19.*
- Nec contestatione, *id est, protestatione de dolo, l. 22,*
cod. h. t., intellige si extrajudicialis, Goth. ibid.
- Nec si statim poeniteat, *l. 30, cod. h. t.*
- Nec si res obligata, vel pro parte aliena data sit,
l. 33, cod. h. t.
- Nullus enim erit litium finis, si à transactionibus
 bonâ fide, interpositis cœperit facile discedi, *l. 10,*
cod. h. t. vide 2147, 690.
- Fallit si res jam judicata sit, *l. 23, §. 1 de condic.*
 indeb. vide 685, nec transaction perimit rem judica-
 tam, *l. 7, §. 1, h. t., l. 42, cod. h. t.*
- Vel si ex falsis instrumentis, *l. penult., cod. h. t.*
- Vel metûs causâ, *l. 13, cod. h. t.*
- Vel fallaciâ ergâ ignorantem, qui tunc non tam
 paciscitur quam decipitur, *l. 9, §. 2, h. t.*

151. De DOLO recte transigitur modò specialiter, *l. 4*,
cod. h. t.
152. Non èd quod major in transactione dedit vel re-
 mittit captandæ successionis causā, finita instaurari
 debent, *l. 25*, *cod. h. t.*
153. Etiam transigi potest licet nullum instrumentum
 intercesserit, si de fide contractū confessione partis
 constet, *l. 5*, *cod. h. t.*
154. De re filiorum quos in potestate non habet transi-
 gentem patrem, minimè eis obesse placet. *l. 10*, *h. t.*
Si super alimentis. 1754. à tutore. 1381. à procura-
tore. 867. hæredis dolo. 1684. metūs causā. 236.



LIBER III.

TIT. I. *De Postulando.*

Cod. II, 6, II. *Chamboisay*

155. AD VOCATOS accipere debentur omnes
 qui causis agendis operantur. *l. 1*, *§. 11*, *de*
extr. cognit.

POSTULARE est desiderium suum, vel amici sui
 in jure exponere, vel alterius desiderio contradicere,
l. 1, *§. 2*, *h. t.*

Prohibetur postulare qui annos decem & septem in
 totum non complevit, *ibid. §. 3.*

Quive litteris eruditus non est, *l. 2*, *cod. h. t.*

Et foemina, *l. 1*, *§. 5*, *h. t. vide 52.*

Et cæcus, *d. §. 5*, *vide 328.*

Et damnatus capitali crimine vel calumniæ publici
 judicii, *d. §. 6*, & notatus infamiâ, *d. §. 6*, nisi
 pro se vel quasi tutor aut curator, *d. §. 6 & §. 7.*

Nisi restitutus sit, *d. l. 1*, *inf. h. t.*

Et quibus propter infirmitatem curator dari solet,
l. 4, *h. t.*

Vel qui negotiis suis perpetuo morbo superesse non
 possunt, *l. 5*, *h. t.*

156. Si lucro pecuniâque capiantur, veluti abjecti at-

que degeneres inter vilissimos numerabuntur, l. 6,
§. 5, cod. h. t.

In HONORARIIS Advocatorum ita versari Judex
debet, ut pro modo litis, pro advocati facundiâ,
& fori consuetudine & judicii, aestimationem adhi-
beat, l. 1, §. 10, de extr. cognit.

Dummodo licitum honorarium quantitas non egre-
diatur, *ibid.*, id est, pro singulis causis usque ad cen-
tum aureos, d. l. 1, §. 12, In Gallia decem libras
ex ordinatione Curiæ Parisiensis, Goth. *ibid.* quod non
est in usu apud nos temporum diversitate.

Civilis verò sapientia dishonestanda non est cum in
judicio honor petitur, qui in ingressu offerri debuit,
l. 1, §. 5, de extr. cognit.

Quædam enim tametsi honestè accipientur, inho-
nestè tamen petuntur, d. §. 5.

157. Honoraria reddere non debent advocati, si per
eos non stetit quominus causam agant, l. 38, §. 1,
locati. vide 666, 994.

158. Penitus arceantur à professione advocatorum qui
de certa litis parte sub nomine honorariorum paeti
fuerint, l. 5, cod. h. t. vide 139.

159. Ait Prætor, si nos habebunt advocatione ego dabo.
l. 1, §. 4, h. t.

Idem. Proconsul, l. 9, §. 5, de offic. Proc. vide 166.

Nec quis potest postulare coram eo, nisi per edic-
tum permiserit, *ibid.* §. 2, vel juramentum recep-
tum sit.

160. Agant quod causa desiderat, temperent se ab in-
juriâ, l. 6, §. 1, cod. h. t.

Ut non ultrà quam litium poscit utilitas, in licen-
iam conviciandi prorumpant, *ibid.*

Nullum cum litigatore contractum ineat, *ibid.*, §. 2.

Non aspernanter habeat quod sibi semel officii gra-
tiâ libero arbitrio obstulerit litigator, *ibid.* §. 3.

Nec putet honori suo aliquid esse detractum, cum
ipse necessitatem elegerit standi, l. 6, in f. cod. h. t.

Nemo ex industriâ protrahat iurgium, l. 6, §. 4,
cod. h. t.

161. Ea quæ advocatione præsentibus his quorum causæ

aguntur allegant, perinde habenda sunt ac si ab ipsis proferantur, l. 1, cod. de err. adv.

Nisi p. I me continent, id est, triduo proximo contradicant, l. 3, eod. t.

162. Quae defuntur advocatis partium, judex suppleat, l. un. cod. ut. qu. des. adv.

Quod sciat legibus & juri publico conveniri, ibid.

Non tamen factum, seu negotium, Goth. ibid.

163. Advocatus possessorem defendendo dominium suum non amittit, si postea cognovit rem ad se pertinere, l. 54 de rei vindic.

Dominium enim manet ei qui dominus esse non vult. l. 17, §. 1, de acqu. vel unit. poss.

Fallit si testamentum agnoverit legatarium defendendo, l. ult. de inoff. test.

Præterquam si necessitate officii ut tutor, l. 22, de his qu. ut indig. vide 346, 1397, 1803.

164. Advocatus fisci adversus fiscum agere potest prof. liberis, parentibus, & pupillis quorum tutelam gerit, l. 10, h. t.

165. Qui fuit advocatus contra patrem, adesse pupillo suo potest in eodem negotio, l. ult., h. t.

Etiam adversus fiscum, ibid.

166. Qui monitus à judice patrocinium denegavit, creat foro, nec unquam restituatur, l. 7, cod. h. t.

167. Litigator qui tractavit cum plurimis (quorum fama sit hilarior) & adversario suo tali fraude substraxit paris defensionis copiam, ostendit proculdubio inquam à se item foveri, & auctoritatem judicariam à se delusam experietur, l. 7, cod. h. t.

168. Militant & causarum patroni qui gloriose vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendant, l. 14, cod. de adv. divers. judicior.

TIT. II. De his qui notantur infamia.

Cod. II, 12, X, 57.

170. Infamis est quem Lex, vel Senatusconsultum, vel Decretum Principis, vel Edictum Praetoris ex causa aliquā turpi, notavit ut ignominiosum. Cujac. h. t.

Vel sententia judicij publici causâ, non vero pri-
vati, l. 7 de publ. jud., nisi stellionatus, l. 13, §. ult.
h. t. vide 1045.

171. Interdum judex onerat pudorem sine ignominiâ,
l. 20, h. t.

Item. Et increpatio patris in testamento facta op-
inionem onerat, non infamem reddit, l. 13, cod. ex
quib. caus.

Idem de eo qui nurui suæ curator non se excusat,
l. 17, cod. de excus. tut. vide 1424.

172. Infamia notatur dimissus ab exercitu ignominiae
causâ, l. 1, h. t.

Non autem ex delicto militari, l. 7, cod. de re
milit.

Qui artis Ludicrae pronuntiandive causâ in scænam
prodierit, l. 1, h. t.

Fallit si minoris ætatis sit, l. 21, cod. ex qu. caus.
iuf.

Qui lenocinium fecerit, l. 1, h. t.

Qui de dolo malo & fraude, suo nomine damnat-
us paetusve erit. *ibid.* & calumniæ causâ damnatus,
l. 4, §. 5.

Idem. Si furti, vi bonorum raptorum, injuriarum
damnatus paetusve erit, d. l. 1.

Quæ intrâ tempus luctus filiam in matrimonium
collocaverit, quive eam sciens uxorem duxit, l. 1,
h. t. & ipsa filia, l. 15, cod. ex quib. caus. vide 1247.

Qui bina sponsalia binasque nuptias in eodem tem-
pore constitutas habuerit, d. l. 1, h. t. vide 2428.

Qui à tutelâ remotus sit ex dolo, l. ult., cod. de
susp. tut. vide 1409.

Improbum foenus, & usurarum usuras exigentes,
l. 20, cod. ex qu. caus. inf.

Fidem rumpens societatis, l. ult. eod. vel mandati,
l. 6, §. 6, h. t.

Depositum non restituens, l. 10, cod. depos. vide
857.

Calumniator, si fuerit calumniæ causâ damnatus,
l. 4, §. 4, h. t. vide 2398.

Item. Et prævaricator, d. §. 4, vide 2375.

Et ea de quā pronuntiatum est calumniæ causâ suis-
fe in bonorum possessionem missam ventris nomine ,
l. 15 , & l. 19 , h. t. cùm non prægnans esset vel ex
alio concepisset , l. 16 , h. t.

Et judicii publici causâ damnatus , l. 7 , de publ.
jud. vide 2393.

Et in opus publicum damnati , etiam post impletum
tempus , l. 6 , cod. in qu. caus.

173. Poena gravior ultrà legem imposita existimationem
conservat , l. 13 , §. 7 , h. t.

Duriori enim sententiâ cum eo transactum de exis-
timatione videtur , ibid. & l. 4 , cod. ex qu. caus.

Ictus quoque fustium infamiam non importat , sed
causa propter quam id pati meruit , si ea fuit quæ
infamiam damnato irrogat , l. 22 , h. t.

In cæteris quoque generibus pœnarum eadem forma
statuta est. ibid.

174. Multa damnum famæ non irrogat , l. 1 , cod. de
modo mult.

Nisi alio jure specialiter huic delicto imposita poena
sit infamis , l. 131 , §. 1 , de verb. sign.

Nec cessio bonorum , l. 11 , cod. h. t. vide 2056.
175. Ex die sententiae confirmatae irrogatur infamia ,
l. 6 . §. 1 , h. t. Nec retrò notatur , d. §. 1 , vide
2503.

Vel si omnia provocationis tempora lapsa sunt , d.
§. 1 , tunc enim retrò infamis est , ibid. vide 2531.

176. Crimen vel poena paterna nullam maculam filio
infligere potest , l. 26 , de pæn. vide 2492.

Nec alieni criminis successor constituitur , ibid.

De infamia meretricis , vide 672.

TIT. III. De Procuratoribus & Defensoribus.

Cod. II , 13 , Novel. 71.

179. PROCURATOR postulat pro auctore vel reo , ejus
mandato , Cujac. h. t.

Dominus litis efficitur , l. 23 , cod. h. t. l. 4 , §. 5 ,
de appellat.

30 Lib. III, Tit. III.

Cognitio procuratoris mutandi, Prætoris est, l. 27,
h. t.

180. DEFENSOR est qui postulat pro reo sine mandato,
Cujac. h. t.

Alienam suscipere defensionem virile munus est,
l. 18, cod. h. t.

Invitus nemo rem cogitur defendere, l. 156, de
reg. jur. l. 8, §. 1, h. t.

Procurator autem ad agendum defendere debet,
l. 33, §. 4, h. t.

181. Nemo alienæ litis idoneus defensor sine satisda-
tione intelligitur, l. 46, §. 2, l. 39, §. 1, h. t. vide
2299, 887.

Nisi certum sit ei negotium mandatum esse, l. 65,
h. t.

182. Posteriorem procuratorem dando, priorem prohi-
buisse videtur, l. 31, inf. h. t.

183. Rectè non transigit procurator, nisi decisio litis
ei mandata fuerit, l. 7, cod. de transact. vide 867.

Nec ei rectè solvitur, l. 86, de solut.

184. Eventus litium majoris pecuniae præmio, contra
bonos mores à procuratore redimitur, l. 7, inf. man-
dati, vide 139.

185. Mandati tenetur qui passus est aliquem pro se in-
tervenire, l. 5, §. 2, Mand. vide 864, & qui procu-
ratorem constituit, l. 42, §. 2, h. t., & l. 46, §. 4
& 5.

Vel si procurator sub procuratorem præposuit, vide
744.

Procurator litis, mandati tenetur, l. 46, §. 4, h. t.

Et contrario judicio mandati soluta recuperare de-
bet. ibid. §. 5.

186. Minor 25 annis defensor idoneus non est, l. 51,
h. t.

Nec infamis qui postulare prohibetur, Pauli sent. l. 1,
tit. 2, §. 1. vide 155.

De procuratoribus negotiorum seu mandatoribus. vid.
§65.

T I T. IV. Quod cujuscumque Universitatis nomine vel contrà eam agatur.

Cod. XI , 30.

187. Neque COLLEGIUM , neque hujusmodi corpus habere conceditur , nisi Senatusconsultis atque constitutionibus Principum confirmatum , l. 1 , h. t. , l. 3 , §. 1 , de Colleg.

Nec legata capiunt , nisi singulis legetur , l. 20 , de rebus dub. CIVITATIBUS verò legari potest , l. 122 , & l. 117 de legat. 1º.

Nec hereditatem sine speciali privilegio , l. 8 , cod. de hæred. instit. & impetrato morticinii jure in Gallia. Goth. in l. 1 , cod. de Sacr. Eccles.

Civitates privatorum loco habentur , l. 16 , de verb. signif.

188. Quibus proprium est corpus habere Collegii , proprium est habere res communes , & auctorem sive syndicum , l. 1 , §. 1 , h. t.

Si quid debetur universitati singulis non debetur , l. 7 , §. 1 , h. t. , nec quod debet universitas , singuli debent , d. §. 1.

189. Tres faciunt collegium , l. 85 , de verb. sign.

Verùm stat nomen universitatis licet in unum jus omnium reciderit , l. 7 , §. 2 , h. t.

190. Refertur ad universos quod publicè sit per maiorem partem , l. 160 , §. 1 , de reg. Jur. , l. 19 , ad munic.

In decurionibus (*Officiers Municipaux*) cùm duæ partes adfuerint , l. 4 , h. t. , aut amplius quàm duæ , l. 3 , h. t.

Item. Decurionis patris suffragium filio proderit & filii patri , l. 5 , h. t. vide 330.

191. In municipes non datur actio de dolo , l. 15 ; §. 1 , de dolo.

Quia universi consentire non possunt , l. 1 , §. ult. de acquir. poss.

- Sed datur si quid ad eos pervenit ex dolo eorum qui res administrant, l. 15, §. 1, *de dolo malo*.
392. Illicita collegia dissolvuntur, sed permittitur eis pecunias communes inter se partiri. l. 3, *de colleg.*
393. Actor etiam filius familias dari potest, l. 6, §. 3, *h. t.*
- Si extraneus defendere velit universitatem permittit proconsul. l. 1, *in f. h. t.*
394. Si civitati ususfructus legetur. vide 416.

T I T. V. *De Negotiis gestis.*

Cod. II, 19.

395. Ait Prætor, si quis negotia alterius gesserit judicium dabo, l. 3, *h. t.*
 Non in rem, sed in personam, l. 23, *cod. h. t.*
 Et mulieres negotiorum gestorum agere possunt & conveniri, l. 3, §. 1, *h. t.*
396. Alienæ negotia exacto officio geruntur, l. 21, *cod. Mand.*
 Ideò GESTOR præstat non solum dolum & culpam, l. 11, *h. t.*
 Sed & omnem diligentiam, l. 24, *cod. de usur.*
 Qui verò affectione coactus ne bona distrahanter se obtulerit tenetur tantum de dolo, l. 3, §. 9, *h. t.*
397. Gestor non tenetur de casu, l. 22, *h. t.*; l. 22, *cod. h. t.*
 Nec utilitas gestionis ex eventu cognoscitur, modo utiliter sit cœpta, l. 10, §. 1, *inf. h. t.*
 Fallit si rem non necessariam aggreditur, d. §. 1, vel quod absens non esset solitus facere, l. 11, *h. t.*
 Salvâ tamen lucri & damni pensatione si utrumque fuit, l. 11, *h. t.*
398. Tenetur de non gestis, si contemplatione ejus alius ad hæc non accessit, l. 6, §. 12, *h. t.*; l. 17, §. 3, *commod.*
Item. Si cùm posset, condemnatus non appellasset, l. 31, §. 2, *h. t.*
 Præterquam si paupertas ei non permisit, l. 8, §. 8, *mand.*

Quasi contra bonam fidem omiserit, l. 10, cod. mand.

Item. Inchoata explicanda sunt, & conservanda, quamvis mortuo domino, non verò nova inchoanda, l. 21, §. 2, h. t.

199. Si temporali actione tenetur, etiam post tempus præstare cogitur, l. 19, & l. 8, h. t.

Ubi verò ignorans rem Domini emit, nec poste à cognoscere ipsius esse, usucapiet, l. 19, §. 3, h. t.

200. Qui mandat alteri ut negotium alienum gerat, tenetur de negligentia gestoris, l. 21, §. 3, h. t.

Quod imprudenter eum elegerit, d. §. 3.

201. Non rectè pecunias deponit qui solvere creditoribus sibive potuit, l. 13, h. t. vid. 874.

202. USURAS debet etiam percipiendas, l. 19, §. 4, h. t.

Item. Si à semetipso pecuniā sine usuris debitam exigere debuit, l. 38, h. t.

Et quoties pecunia purgata necessariis sumptibus ei supereft, l. 31, §. 3, h. t., l. 24, cod. de usuris, vide 873.

203. Usuras servat quas ex suā pecuniā percipere potuit, l. 19, §. 4, h. t. vide 907.

Et usuras sumptuum factorum, l. 18, cod. h. t. vide 885.

Modò liberaverit Dominum ex magno incommodo, l. 37, de usur.

204. Ei qui utiliter gessit, præstatur quidquid eo nomine vel abest, vel abfuturum est, l. 2, h. t.

Licet eventus non sit fecitus, l. 10, §. 1, h. t. vide 197.

Cum publicè utile est, absentes à quibuscumque defendi, l. 33, §. 2, de procur.

Quapropter receptum est eos invicem obligari, l. 5, de oblig. & act.

Semel autem probatum à Domino pro utile habetur, l. 9, h. t.

Item. Inter utilia computatur sumptus honestè factus ad honores consequendos, l. 45, h. t.

205. Quod indebitum exegit restituit , si verò indebitum solvit , sibi imputare debet , l. 23 , h. t.
206. Fidejussor negotiorum gestorum *actione* agere potest , nisi donandi animo fidejussit , l. 4 , h. t.
207. Qui negotia mea geslit non mei contemplatione , sed sui lucri causâ , suum potius quam meum negotium geslit , l. 6 , §. 3 , h. t.
- Aget tamen in quantum ego locupletior , *ibid.*
208. Ignorantis & inviti , conditionem meliorem nos facere posse , deteriorem non posse naturalis simul & civilis ratio suasit , l. 39 , h. t. vide 2661.
209. Contra iuniores actione datur in quantum locupletiores facti sunt , l. 2 , cod. h. t.
- Item. Heredi & in heredem competit , l. 3 , §. 7 , h. t.

TIT. VI. *De Calumniatoribus.*

Cod. XI , 46.

210. Agitur hoc titulo de his qui per fraudem litem faciunt ut vexent vel extorqueant , Cujac. h. t. ; alii sunt falsa crimina intendentes. vide 2476.
- Et qui ob negotium faciendum vel non , pecuniam accipiunt , l. 1 , §. 1 , h. t.
211. Amittat actionem is qui dissidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negotii reposuerit , l. 1 , cod. de pœn. jud. qui malè.



LIBER IV.

TIT. I. *De in integrum restitutionibus.*

Cod. II , 22.

215. IN integrum RESTITUTIO est redintegranda rei vel causæ actione , Cujac. h. t.
- Verbo restitutionis omnis utilitas actoris continetur , l. 81 , de verb. signif.
- Prætor enim lapsis vel circumventis subvenit , sive metu (ut 223) sive calliditate (ut 237) sive ætate

(ut 254) sive absentia (ut 276) l. 1, h. t., sive
justo errore (ut 1228) l. 2, h. t.

Causa prius cognita, l. 3, h. t.

Item. Ubi æquitas evidens poscit subveniendum est,
l. 7, h. t.; l. 183, de reg. jur.

Proinde deceptis sine culpâ suâ subvenitur, maximè
si fraus adversarii intervenerit, l. 7, §. 1, h. t.

Non autem scienti, & meritò, quoniam ipse se de-
cepit, l. 1, §. 6, qu. fals. tut. vide 249, 2355.

Item subvenitur si propter minimam rem vel sum-
mam, majori rei vel summae præjudicetur, l. 4, h. t.

216. Ferè in omnibus penalibus judiciis, & ætati, &
imprudentiæ succurritur, l. 108, de reg. jur.

Non verò adversis delictum, ut 270, 2499.

217. Omnis restitutio in integrum est reciproca aut ini-
quissima, si ex uno tantum latere consistat, Goth. in l.
un. cod. de reput. qu. vide 269.

Restitutus enim sicut in damno morari non debet,
ita nec in lucro, l. un., cod. de reput. quæ. cur ita? vide 77.

218. Jus restitutionem petendi transit ad heredes, l. 6,
h. t. vide 230, 268.

Modò intrà tempus restitutionibus datum, l. 2, cod.
de temp. in int., l. un., cod. si adv. dot. id est olim in
quadriennium ex quo 26 anni dies illuxerit, l. ult.,
cod. de temp. in int. rest. in Galliâ intrà decennium.
ordin. anni 1510, art. 46.

Habet heres tantum temporis quantum defuncto
reliquum fuerat, l. 5, §. 2, cod. de temp. in integr.

219. Restitutio plusquam semel non est decernenda,
Pauli sent. 1, 7, §. 3.

In una eademque causâ, l. 3, cod. si scipiùs in int.

Nisi novæ defensiones prætendantur, ibid. & l. 2,
cod. t.

220. Postulatâ in integrum restitutione omnia in suo
statu esse debent donec res finiatur, l. 2, cod. in in-
tegr. rest. post.

221. Præfectus prætorio ex suâ sententiâ in integrum
restitueré potest, quamvis appellari ab eo non possit,
l. 17, de minor.

Quia potentis errorem vel adversarii circumventionem allegatio continet, *ibid.*

De restitutionibus majorum, vide 276. minorum, 254. ob metum, 223. ob dolum, 237.

TIT. II. Quod metus causâ gestum erit.

Cod. II, 20, VII, 67.

223. *METUS est demissio animi propter expectationem futuri mali, Cujac. h. t., sive timor majoris malitatis, l. 5, h. t.*

Ait Prætor, quo l metus causâ gestum erit, ratum non habebo, *l. 1, h. t.*

224. Ad Edictum pertinet tantum metus qui meritò & in homine constantissimo cadat, *l. 6, h. t.*

Vani timoris justa excusatio non est, *l. 184, de reg. jur.*, neque ulla aestimatio, *l. 13, de re jud.*

Item. Metus præsens non suspicio inferendi ejus, *l. 9, h. t.*, non jaestationibus, sed atrocitate facti, *l. 9, cod. de his quæ vi.*

Et injuriâ allatus, non autem si justus sit, putà si ingratus revocationem donationis, timens aliquid promiserit, *l. 21, h. t.*

Nec succurrit ei qui se in necessitate posuit, quia hunc sibi metum ipse infert, *d. l. & ip. glos. vide 215.*

225. Deprehensus in furto vel adulterio, ad Edictum pertinet, quia timuit mortem vel vincula, *l. 7, §. 1, h. t. vide 671, 2173.*

Et qui instrumenta statûs sui interverti timuit, *l. 8, §. 1, h. t.*

Vel si ab eo *timuit* qui eum in carcerem detrusit, *l. 22, h. t.*

Secùs de metu accusationis institutæ vel futuræ, l. 10, cod. de his quæ vi.

226. Qui dat ne stuprum patiatur, in metu majori videntur quam mortis, *l. 8, §. 2, h. t.*

227. Pro affectione parentes magis in liberis terrentur, *l. 8, §. 3, h. t. vide 1478.*

228. Senatoria dignitas ad metum arguendum sola non est idonea, *l. 6, cod. de his qu. vi.*

Nec paterna reverentia, *l. 26, §. 1, de pignor. l. 22, de ritu nupt.*

Nec maritalis. *Goth. in l. 6, cod. de his qu. vi.*

229. Cùm sit hæc actio in rem scripta, *l. 9, §. ult. h. t.*

Non quæritur utrùm is qui convenitur an alias metum fecit, *l. 14, §. 3, l. 16, h. t. l. 5, cod. h. t. vide 2172.*

Sufficit enim ex hac re adversarium lucrum sensisse, *l. 14, §. 3, h. t.*

Nam cùm metus habeat in se ignorantiam, non adstringitur actor ut designet quis ei metum vel vim adhibuit. Ibid.

Qui potuit jus publicum invocare, vel aliquem adire qui vim prohibuisset, hujusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes violentiæ opponere, l. ult. h. t.

230. Hæc actio heredi & successoribus datur quoniam rei persecutionem habet, *l. 16, §. 2, h. t. vide 248, 2310. & in rem scripta, l. 9, §. 8, h. t.*

In heredem autem & cæteros in id quod pervenit ad eos, nam quod turpiter vel scelere quæsitum est ad compendium heredis non debet pertinere, *l. 16, inf. h. t. vide 2310.*

Sed sufficit si vel momento ad eum pervenit, *l. 127, de reg. jur. l. 17, h. t.*

231. Per VIM obligationem factam lex rescindit, *l. 5, ad l. jul. de vi pub. vide 673.*

Cùm nihil consensui tam contrarium sit quamvis & metus, *l. 116, de reg. jur.*

232. Tenetur de casu, qui metum adhibuit, *l. 14, §. 11, h. t.*

Præterquam si peritura res fuisset. *ibid. nisi venditurus eam fuit qui vim passus est. ibid. vide 369.*

233. Quodcumque vi attroci fit, id metu quoque fieri videtur, *l. 1, h. t. vide 2435.*

Non verò si magistratus rectè intulit, scilicet jure licito, *l. 3, §. 1, h. t.*

Secus si per injuriam. ibid.

234. Si quō magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarer, aliquid dedisti vel promisisti, editio non teneor, nisi ipse hanc tibi vim summisi, l. 9, §. 1, h. t.

235. Vis est & tunc quoties quis id quod deberi sibi putat non per judicium reposcit, unde qui non sponte debitoris accepit, jus crediti non habebit, l. 13, h. t. vide 2341.

236. Quod metūs causā gestum erit nullo tempore Prætor ratum habebit, l. 21, §. 1, h. t.

Quamvis transactio, l. 13, cod. de trans.

De metūs exceptione, vide 2172.

TIT. III. De dolo malo.

Cod. II, 21.

237. DOLUS malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipendum, l. 1, §. 2, h. t. vide 131, 2168.

Prætor enim adversus varios & dolosos qui aliis obfuerunt calliditate quādam, subvenit, l. 1, h. t. vide 215, 2655.

Modò magna & evidens fit, l. 7, §. 10, l. 9, §. 5, h. t.

238. CULPA est quod quum à diligente provideri poterit non esset provisum, l. 31, adl. aquil.

Item. Est immiscere se rei ad se non pertinenti, l. 36, de reg. jur. vide 2653. vel ultrà vires. vide 516.

Culpa dolo proxima dolum repræsentat, l. 1, §. 2, si is qui test.

Magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est, l. 626, de verb. signif.

Dissoluta negligentia propè dolum est, l. 29, mandati.

Lata culpa est non intelligere quod omnes intelligunt, l. 213, §. 2, l. 223, de verb. signif. dolo comparatur, l. 1, §. 1, si mens. fals.

239. Dolum ex iudiciis perspicuis probari convenit, l. 6, cod. h. t. legendum, insidiis, cum Cujac., XI, obsery. 11, in f. vide 2397.

- Et consilio & eventu, l. 79, de reg. jur. vide 2077,
2314.
- Scire verò debet actor in quâ re circumscriptus sit,
nec licet in tanto crimine vagari. l. 16, h. t. vide
2394.
240. Cessat edictum quoties actio supereft quâ res servari
possit, l. 1, §. 1, & ult. l. 2, h. t. quamvis ab alio.
l. 4, h. t.
241. Et hic, & in metûs causâ actione, tanti reus
condeinatur quanti actor in litem juraverit, l. 18,
h. t.
- Sed officio Judicis debet taxatione jusjurandum re-
frænari, *ibid.* vide 656.
- Item. Et in id quod actor habere non potuit. l. 78,
de reg. jur.
242. Solus dolus præstatur in contractibus ejus tan-
tum gratiâ initis qui dedit, l. 5, §. 2, *commod.* vide
2189.
- Ubi utriusque gratiâ, dolus & culpa, d. §. 2, vide
724.
243. Si duo dolo malo fecerint, invicem de dolo non
agent, l. 36, h. t. vide 918, 3306, 2170.
244. Nec corrupti aut mutari potest quod rectè tran-
factum est, superveniente delicto, l. 2, *de itin. ac̄t. priv.* vide 2115.
245. Pro possessione dolus est, l. 131, *dereg. jur.* vide
2011.
246. Si convenerit dolum non esse præstandum, contra
bonam fidem contraque bonos mores est, l. 1, §. 7,
depositi. vide 132.
247. Neque incipiendæ actiones de dolo post biennium,
neque ultrâ biennium cœptæ protrahendæ, l. ult. *cod.*
h. t.
- Ex eo die quo asseritur commissus dolus, d. l. ult.
Quid si excipiendo? vide 2167.
248. Hæc actio transit in heredes, ll. 13, 26, h. t. per-
petuò, l. 28, h. t.
- Quatenus ad eos pervenerit, ll. 26, 28, 17, h. t.
vide 230, 2310.
249. Nemo videtur fraudare eos qui sciunt & confe-

- tiunt, l. 145, de reg. jur. vide 2080, 2355.
250. Dolum malum facit qui alienâ jacturâ lucrum quærit, l. 17, §. 4, de instit. act. vide 2674.
- Cùm enim inter nos cognitionem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse. l. 3, de just. & jur.
251. Contra patrem non de dolo, sed in factum propter paternam verecundiam actio datur, l. 5, cod. h. t.
252. In pupillum datur actio de dolo si proximus pubertatis est maximè si locupletior ex hoc factus est, l. 13, §. 1, h. t. vide 270.
253. De exceptione dolii, vide 2167. replicatione, 2170. præsumptione, 2168.

TIT. IV. De Minoribus viginti quinque aunis.

Cod. II, 22. V, 71.

244. Prætor edicit quod cum minore quam viginti quinque annis natu gestum esse dicetur, uti quæque res erit animadvertisse, l. 1, §. 1, h. t.

Itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in eâ causâ versatus sit Prætor interponere se non debet, l. 24, §. 1, h. t. undè non tanquam minor, sed tanquam lœsus.

Ne magno incommodo hujus ætatis homines afficiantur, nemine cum his contrahente, & quodammodo commercio eis interdicetur. *ibid. vide 1473.*

Nec passim, sed causâ cognitâ, si capti, l. 21, §. 3, h. t. vel decepti, l. 44, h. t.

255. Usque ad vigesimum quintum annum completum masculi & fœminæ curatores accipiunt, *Instit. de Curator. vide 1341.*

Non tamen inviti. *instit. eod. §. item præterquam in item. ibid. l. 7, §. 2, h. t. vide 1361, 1370.*

Curator testamento neque à patre rectè datur, sed datum assuetum est confirmati ab eo qui præst. l. 1, *inf. de conf. tut. l. 7, cod. de testam. tut. vide 1350.*

256. In restituendo minore ætas computatur de momento ad momentum, l. 3, §. 3, h. t.

Et hora spectatur quā natus est, ibid. vide 1491.

Dat Princeps veniam ætatis impleto vigesimo anno masculis, & decimo octavo foeminis, ut administrarent, non autem alienandi vel pignerandi facultatem sine decreto; *toto tit. cod. de his qui ven. ætat.*

Nec restituuntur quamvis minus idoneè rem suam administrare videantur. *Ibid.*

257. Minores 25 annis restituuntur, etiamsi per tutores curatoresve suos defensi sunt, *l. ult. de in int. rest. vide 273.* vel per Patrem simul & tutorem, *l. 29, h. t. vide 259, 273.*

Etiam adversus rem publicam, d. l. ult.

Etsi dolo adversarii non probetur, *l. 5, cod. de in int. rest.*

Nulla enim differentia est non interveniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur, *l. 2, de auctor. & conf.*

Modò grande damnum verisetur. *l. 49, h. t. vide 254.*

Non autem videtur circumscriptus esse minor qui usus sit jure communi, *l. ult. cod. de in integ. rest. vel jure publico, l. 116, §. 1, de reg. jur.*

Nec si rem necessariam emerit licet mortalem, *l. 11, §. 4, h. t. vide 2674.*

Non enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas. *ibid.*

258. Restituitur minor adversus aditionem hereditatis minus lucrosæ, *l. 7, §. 5, l. 22, h. t. vide 1589.*

Vel si non adierit lucrosam, *l. 1, cod. si ut omis. vide 260.*

Utroque autem casu stant quæ recte antea facta sunt, *l. 22, h. t.*

Ubi vero ad paratam pecuniam laboribus substituti venerit, repellendus est, *l. 24, §. 2, h. t.*

Item. Si legatum repudiaverit, vel si elegerit detriorem, *l. 7, §. 7, h. t.*

259. Restituitur & adversus rem judicatam, *l. 7, §. 4, h. t. l. 1, cod. si adv. rem judic. & compromissum, l. 34, §. 1, h. t. sive dum agit, sive convenitur, d. §. 4.*

Quamvis defensus à curatore , l. 4 , & l. ult. cod. si
adv. rem jud. vide 257 , 273.

Contrà indefensum verò nullum sit præjudicium ,
d. l. 4 , vide 2040.

A confessione suâ *in jure factâ* restituitur , l. 6 , §. 5 ,
de confess.

Si capita sententiae cohæreant , erit restitutio reciprocâ secùs si non cohæreant , l. 29 §. 1 , h. t. vide
217 , 269.

Item. Restituitur & adversus litis extinctionem ex
culpâ curatoris , modò curator solvendo non sit , l.
13 , §. ult. cod. de judic.

Item. Restituitur ex eo quod ejus intersit litibus &
sumptibus non vexari , l. 6 , h. t.

Et si viētus in licitatione fuit , modò offerat id quod
ex licitatione accedit , l. 35 , h. t.

260. Restituitur & si lucrum omiserit , ll. 7 , §. 6 , 44 ,
h. t. l. 17. §. 3 , de usur. vide 258.

Vel si quid prætermiserit vel ignoraverit , l. penult.
cod. de in int. rest. l. 1 & 2 , cod. si ut omis.

Non autem in executionibus pœnarum , ideoque in
juriarum judicium semel omisum repeti non potest.
l. 37 , h. t. vide 2356.

261. Quamvis ex restitutione judex premium emptori
reddere jussit , pœnitere potest adolescens , l. 41 , h. t.

Nec queri potest qui restitutus est in eam causam in
quâ se ipse emendo constituit d. l. 41.

262. *Item.* Si rem suam vendidit , l. 13 , §. 1 , h. t. vide
269.

Etiam adversus secundum emptorem ignorantem , si
primus emptor solvendo non sit , *ibid.*

263. Minoris interest restitui & ex eo quod majorum
ejus res fuisset , l. 35 , h. t.

Putâ domus in quâ defecit pater , minor crevit , in quâ
majorum imagines aut non videre fixas , aut revulsas
videre satis esset lugubrè , l. 12 , cod. de admin. tut.

Placuit enim prudentioribus affectus rationem in bo
næ fidei judiciis habendam. l. 54 , mand vide. 1843.

264. Restituitur quoque si mutuam pecuniam accepit ,
& captus est , l. 7 , §. 1 , h. t. vel fœnori , l. 2 , cod.

si adv. cred. rest. præterquam si jussu patris, l. 3, §. 4, h. t.

Ubi verò eam dissipavit actio creditoris denegatur, *l. 27, §. 1, h. t. undè restitutionis non indiget. vide 274.*

Quod si ex eâ agenti credidierit, actiones suas cedere jubetur creditori suo. *ibid.*

Si ex eâ pluris quam oporteret prædium emit, reddito pretio venditor recuperabit prædium, ita ut sine alterius damno creditor à juvene suum consequetur. *ibid.*

Cum usuris pretii à venditore, & cum fructibus à juvene quibus locupletior factus est. *ibid.*

265. Restituitur si pecunia ei soluta sit & hanc perdit, *l. 7, §. 2, h. t. vide 269.*

Nisi Prætor decernat solvendam esse, *ibid. l. 25, cod. de admin. tut. vide 1381, 2274.*

Reditus verò, pensiones, & similia recipere potest sine decreto, *d. l. 25.*

Modò collecta non sint ultrà biennium, *l. 25, cod. de adm. tut.*

266. Restituitur si sine causâ debitori suo acceptum tulerit, *l. 27, §. 2, h. t.*

Etiam in sidejussores. ibid.

Idem. Si damnosam novationem fecerit. l. 27, §. 3, h. t.

267. Idem. Si captus sit ab alio minore, veluti si ab eo accepit pecuniam & eam dilapidavit, vel perdidit, *l. 11, §. 6, h. t.*

Inter eos enim melior est causa ejus qui accepit, *d.*

§. 6, sive consumentis nisi locupletior, l. 34, h. t.

268. Succurritur successoribus eorum, et si fint ipsi maiores, *ll. 18. §. ult. 19, h. t. vide 218, 230.*

Multò verò parcīus si adversus amissionem vel repudiationem hereditatis, *l. 24, §. 2, h. t. vide 258.*

269. Restitutio ita facienda est, ut unusquisque in integrum jus suum recipiat, *l. 24, §. 4, h. t. vide 217.*

Præterquam si pecunia data sit perdituro vel consumpturo nec ignoravit, *d. §. 4.*

Sed parcīus in emptione, quia necessè fuit pretium solvi. *ibid.*

Tunc enim quod ad eum pervenit debet restituere, *l. 1, cod. de reput. qu. sicut enim in damno morari*

non debet, ita nec in lucro, *ibid. vide 217, 264.*

Si minor fundum minoris pretii distractum petat, & curatores idoneos habeat vix erit restituendus, nisi omnes expensas ab emptore bonâ fide factas præstiterit, *l. 39, §. 1, h. t.*

Si prædium communem venditum sit, totus contractus rescinditur si emptor à toto velit discedi, *l. 47, §. 1, h. t.* eò quod partem empturus non esset. *ibid. vide 217.*

270. Placet in delictis minorib. non subveniri, *l. 9, §. 2, h. t. vide 2499. scilicet in pœnibus judiciis ubi de culpâ & pœnâ pecuniariâ agitur. vide 216.*

Pupillus quoque ex suo dolo convenitur, si proximus sit pubertati, maximè si locupletior, *l. 13, §. 1, de dolo, doli enim mali capax esse potest. l. 1, §. 15, depos. vide 2318, 2171.*

Et præstat minor si quid dolo ejus factum est, *l. un. in f. cod. de rep. qu. fiunt.*

Indè fit ut non restituatur si falso majorem se probavit, *l. 32, h. t. ll. 2 & 3, cod. si min. se maj. vide 785.*

Errantibus enim non fallentibus minoribus jura subveniunt, *d. l. 2, vide 821.*

Ne sit ætatis excusatio adversis præcepta legum ei qui dum leges invocat contra eas committit, *l. 37, §. 1, in f. h. t.*

Ne quidem in atrocioribus delictis, nisi quatenus miserationis ætatis ad mediocrem poenam produxerit, *d. §. 1, vide 2318, 2499, 2484.*

Cùm malorum mores infirmitas animi non excusat. *l. 1, cod. si advers. del.*

Imò malitia supplet ætatem, *l. 3, cod. si min. se maj.*

Undè Gallorum usu in criminalibus, eis curator non datur contra dispositionem legis 4, *cod. de aut. præst. Goth. ibid.*

Idem si de tute mentitus, vel alia similia admisit quæ non magnam machinationem exigunt, *l. 14, de dolo.*

Infantis verò innocentia consilii tuetur, *l. 12, ad l. corn. de sicar. vide 2445.*

271. Si major factus comprobavit , cessat restitutio ,
l. 3 , §. 1 , h. t. l. 1 & 2 , cod. si maj. fact. vide
2302.

Præterquam si major factus aliquid exegit à debito-
ribus paternis , dum minor hereditati paternæ se mis-
cuerat , l. 3 , §. 2 , h. t. initio inspecto . *ibid.*

Idem. Si alienam adierit hereditatem. *ibid.*

272. Non restituitur minor si statutum tempus restitu-
tionis excessit , l. 7 , cod. h. t. vide 218.

273. Minoribus succurritur in his quæ præsentibus tu-
toribus gesta sunt , etiam in judicio , l. 2 , cod. si tu-
tor vel cur. int. vide 257.

Modò circumventi sint , *ibid.*

Quamvis à curatore jus suum consequi possint , l. 3 ,
eod.

274. Temporales præscriptiones , id est , minores 30 an-
ipso jure non currunt contra minores , l. 5 , cod. in
qu. caus. vide 2157.

Nec restitutio indigent beneficio , melius etenim
intacta eorum jura servare , quam post causam vulne-
ratam remedium querere , *ibid.*

Et generaliter ubi contractus non valet , pro certo
Prætor se interponere non debet , l. 16 , §. 3 , h. t.

275. Item. Non facilè auditur si procurator ejus majo-
ris ætatis sit , nisi mandatu ejus speciali gestum sit ,
l. 23 , h. t.

Nec à procuratore servari res possit , *ibid.*

Si adversus usucaptionem , vide 1400. præscriptionem ,

2157. de jure constitutionem , 1255. fidejussionem , 2239.

**TIT. VI. Ex quibus causis maiores 25 annis
in integrum restituuntur.**

Cod. II , 54.

276. Major 25 annis restituitur si metu vel Reipublicæ
causâ abesset , si cum in vinculis servitute hostiumve
potestate esset , quid de bonis amisit , vel cuius actio-
nis dies excessit , l. 1 , §. 1 , h. t.

Vel si evocatus sit testimonii causâ , l. 26 , §. 1 , h. t.
l. 2 , §. 3 , de judic.

Vel si æger MEDICO possessiones suas contra fidem bonam vendidit , l. 3 , de extr. cogn.

Ea enim patimur accipere quæ sani offerunt pro obsequiis , non ea quæ periclitantes pro salute promittunt , l. 9 , cod. de profess.

Et quoties justa causa esse videtur ut Prætor restituat , ll. 1 , §. 1 , 26. §. 9 , 28 , h. t.

277. Majori non succurritur in lucro faciendo ex alterius damno , putà si propter absentiam usucaptionis tempus completere non potuit , l. 18 , h. t.

Neque enim intelligitur amissum quod ablatum alteri non est , l. 20 , h. t.

Fallit si sine alterius damno , l. 27 , h. t. & ibi glossa putà ut lucrum alteri eripiatur. Faberration. ad l. 18 , h. t. etiamsi non ex bonis quid amissum sit , l. 27 , h. t.

Nec ei qui hereditatem repudiavit , l. 7 , cod. de dolo , vide 1596 , vel repudiatam querere voluerit , l. 4 , cod. de repud. vel abst. vide 258.

Ita quæsitam renuntiando nihil agit. d. l. 4.

278. ABSENTIA metu dicitur si justo timore mortis vel cruciatûs corporis absit , l. 3 , h. t. vide 224.

279. Absentia ejus qui Reipublicæ causâ abest , nequè ei , nequè alii damnoessa esse debet , l. 140 , de reg. jur.

Adversus enim eos succurritur , ne vel obsit vel profit quod evenit , l. 1 , h. t. vide 217 , ne capiantur , nevè capiant , l. 21 , h. t.

Ne cui officium publicum vel damno vel compendio sit , l. 29 , h. t.

Cùm nemini officium quod non sui commodi causâ suscepit , debeat esse damnosum , l. 61 , §. 5 , de furt. vide 548.

Absentia verò debet esse sine dolo , nec juvatur absens si reverti potest , vel si alterius commodi captandi gratiâ abesset. ll. 4 , 36 , h. t. vel sui privati negotii causâ , l. 42 , h. t. vide 2028.

Nec si procuratorem reliquerit per quem defendi potuit , l. 39 , h. t. vide 282.

Nec si quamvis præsens esset , idem damnum passu-

rus esset, l. 44, h. t. veluti si res naturâ suâ interciderit et si restituta esset. l. 24 in f. depos.

Nec negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis. l. 16, h. t.

280. DELEGATUS pro civitate adjuvatur, licet Respublica non sit, l. 26, §. 9; l. 8, h. t. vide 2609. modo non sui commodi, sed coactus, l. 36, h. t.

Et MILES qui discedere signis sine periculo non potest, l. 45, h. t. vide 2561.

Et quotiescumque quis ex necessitate non ex voluntate absfuit, l. 26 inf. h. t. vide 109, veluti ab hostibus captus. l. 14, h. t. l. 5, cod. h. t.

281. ABSENTIA cum quodam laxamento itineris numeratur, neque enim minus abest Reipublicæ causâ qui revertitur, l. 4, de vacat. & excus. vel si infirmitate vel casu impeditus, l. 38, §. 1, h. t.

Daturque modicum tempus ad agendum postquam reversus est, dum hospitium conductit, sarcinulas componit, advacatum querit, l. 15, §. 5, h. t.

Non autem auditur qui differt restitutionem. *ibid.*

282. Vinculis coercetur & ille qui OPPRESSUS est à latronibus, prædonibus, vel potentiore, vide l. 9, h. t.

Et ille qui sine dedecore in publico comparere non potest, l. 10, h. t.

Si vero defendatur, cessat restitutio. l. 3, h. t. vide 279.

283. Ex personâ minoris 25 annis per quem MAJOR contraxit, nullo modo restitui potest, l. 3, §. 11, de Minor.

Quoniam sibi debet imputare cur Minori rem commisit, *ibid.* vide 766, 744.

Secùs si minor suâ sponte negotiis intervenerit, l. 24, de minor.

284. De restitutionibus in genere, vide 215. de metu, 223. de dolo, 237.

TIT. VII. *De alienatione Judicij mutandi causâ factâ.*

Cod. II , 55.

288. Qui rem ALIENAT ut alium adversarium substituat in fraudem , tenetur in factum quanti interest , l. 1 , h. t.

Idem. Si donet , l. II , h. t.

Sivè potentiores , l. I , §. I , h. t. aut alium qui vexaturus sit adversarium , l. 2 , h. t.

Non autem si re vult carere , ne propter eam sèpius litigaret , l. 4 , §. I , in f. h. t.

Nam cogitatio ejus qui lites exsecratur non est vituperanda , *ibid.*

Ne si heredem instituendo , vel si legando alienavit l. 8 , §. 3 , h. t.

Nec si ob valetudinem , aut ætatem , aut occupationes necessarias. l. 4 , §. 3 , h. t.

289. Quando edicto locus est , facultas est convenire vel emptorem , vel venditorem , l. un. cod. h. t.

Non verò post annum. l. 6 , h. t. *utilem.* Cujac. in l. 14 , quod met. caus.

290. Hæc actio non est pœnalis , sed rei persecutionem continet , quare datur HEREDI non autem in heredem , l. 4 , §. ult. h. t. l. 5 & 6 , h. t.

Videtur enim ex delicto dari , l. 7 , h. t.

In quantum interstit alium adversarium non habuisse l. 3 , §. 4 , h. t.

291. Non licet POTENTIORIBUS patrocinium litigantibus præstare , vel actiones in se transferre , toto tit. cod. ne lic. potent.

Sub pœnâ debiti jastræ. l. 2 , eod.

TIT. VIII. *De receptis , qui arbitrium receperunt ut sententiam dicant.*

Cod. II , 56.

- 293 ARBITER est disceptator electus ex compromisso patrium , qui disceptandæ inter eos causæ officium in se recepit. Cujac , h. t.

Non

De recept. qui arbitr.

49

Non verò si consilio suo vel autoritate discuti litem pateretur. *l. 13, paragr. 2, h. t.*

294. COMPROMISSUM judicium imitatur, *l. 14, cod. de judic.* (a)

Et ad similitudinem judiciorum redigitur. *l. 1, h. t.*

295. Non potest compromitti de CRIMINE publico, vel famoso delicto, *l. 32, paragr. 6, h. t.*

Nec de liberali causâ, *ibid. §. 7,* favorabilius enim est maiores Judices habere. *ibid.*

296. Nemo cogitur arbitrium recipere, suscepsum verò implere Prætor jubet, *l. 3, §. 1, l. II, §. 1, h. t.*

Nisi excusat causâ cognitâ, *l. 15, h. t.*

Judex arbitrium suscipere ejus rei de qua JUDEX est, prohibitur lege Juliâ, *l. 9, paragr. 2, h. t.*

Et minor viginti annis, *l. 41, h. t. vide 328.*

Et mulier. *l. ult. cod. h. t. vide 52.*

297. Arbitr̄ non recte statuit, nisi de quâ re & quatenus compromissum est, *l. 32, §. 15 & §. ult. h. t.*

Et in loco ubi compromissum est, *l. 21, §. 10, h. t.*

Neque si fuit compromissum ut certam sententiam dicat, *l. 19, h. t. vide 2039.*

Et nisi in DIE præfinitâ undè necessarium est adjic̄ de die, *l. 32, paragr. ult. l. 33, h. t.*

Si ultrâ diem judicatum est, sententia nulla est. *l. 1, cod. h. t.*

298. Si plures arbitri sint, non potest UNUS sine alio sententiam dicere, *l. 17, §. 2, h. t. vide 2038.*

Sed aut omnes, aut nullus, *d. §. 2.*

Itaque quod duo ex consensu absente tertio judicaverint, nihil valet, *l. 18, h. t.*

Cum potuit præsentia ejus trahere eos in ejus sententiam, *l. 17 in f. h. t.*

Valet autem si adsit, & contra sentiat, *l. 39, de re judic. vide 2038.*

Ubi duo sunt & dissentient, TERTIUS adhibetur. *l. 17, §. 6, h. t.*

299. Sententiâ arbitri stari debet, licet iniqua sit, *l. 22, §. 2, h. t. vide 9, 2042.*

Et sibi imputet qui compromisit, *d. §. 2, secùs apud nos remedio appellationis.*

(a) quæ jūs p̄iū à judicis p̄testando C.

Non tamen parit exceptionem rei judicatae , sed tan-
tum pœnae petitionem , l. 2 , h. t. in stipulationem
deductæ , Goth. ibid.

Quæ major adjici potest quam res de quâ agitur ,
l. 32 , h. t.

Quapropter ab eâ sententiâ non appellatur , l. 1 ,
cod. h. t.

Sed pœna præstatur ab eo qui à placitis arbitri re-
cedit , d. l. 1.

Quamvis unus ex heredibus sententiæ paruerit . l. 5 ,
in f. de verb. oblig.

300. Silentio sententia arbitri roboratur , si intra DE-
CEM dies proximos attestatio missa non fuerit , vel
judici , vel adversario de definitione arbitri non am-
plicandâ , l. 5 , cod. de recept. arbitr.

Tunc enim & fugienti exceptio , & agenti actio
competit. d. l. 5 , apud nos cæteris sententiis æquipa-
ratur. Ordin. mensis augusti 1650.

201. Nulla pœnae causâ acquiruntur fisco ex compro-
missi sententiâ , l. 42 , h. t. vide 2512.

Jure nostro multa temerariæ appellationis exigitur.

302. Sententia ab arbitro MUTARI non potest , l. 19 ,
§. 2 , h. t.

Nec corrigi , quamvis errasset in sententiâ dicendâ.
l. 20 , h. t.

303. In compromissis persona non egreditur. l. 45 , h. t.

304. Compromissum solvit MORTE cujusque ex li-
tigatoribus , l. 49 , §. 2 , h. t.

Præterquam si de heredibus utriusque partis dictum
sit. d. §. 2 , l. 27 , §. 1 , h. t.

De executione sententiæ arbitri. vide 329.

TIT. IX. Nautæ , Caupones , Stabularii ut recepta restituant.

305. NAUTA est qui navem exercet , l. 1 , paragr. 2 ,
h. t. vide 743.

Sive qui navis navigandæ causâ in nave fit. d.
paragr. 2. (Le Capitaine.)

306. Tenetur nauta de omnibus rebus in navem missis ,

etiam si ei non fuerint adsignatæ , l. 1 , paragr. ult. h. t. vide 2335.

Modò immisgas scierit. glossa ibid. in v. allatæ.

Idem. De vestibus & cibariis pro quibus nullam recepit mercedem , l. 4 , §. 2 , l. 1 , §. 6 , h. t.

Hoc enim ipso quod in navem res illatæ sunt, receptæ videntur, & præstat non solum nautarum furtum , sed & vectorum , l. 1 , §. ult. h. t. vide 748 , 2335.

Damnum extrâ navem datum non præstat , licet à nautis datum sit , l. ult. h. t.

Præterquam si jam in littore perierint quas semel recepit , l. 3 , h. t.

Item. Non præstat si prædixerit ut unusquisque res suas servet , neque damnum se præstaturum , & consenserint , l. 7 , h. t.

307. Nauta , & CAUPO , & STABULARIUS custodiæ nomine tenentur , quamvis mercedem non accipiunt pro custodiâ , l. 5 , h. t. vide 2336.

Sicut & fullo , & sarcinator , d. l. 5.

Non tamen si naufragio , vi piratarum , vi majore , vel alio fato sine culpâ res perierit , l. 3 , paragr. I , h. t. vide 2675.

308. Caupones & Stabularii si extrâ negotium receperint , non tenentur. l. 3 , §. 2 , h. t.

Nec si in stabulo , vel cauponâ VIS MAJOR contigerit. d. l. 3 , §. 1.

Nec de facto viatorum. l. un. in f. furti adv. nautis cur ita ? vide 2336.

309. Hæc actio rei persecutionem continet , & in HERODEM & perpetuò datur. l. 3 , §. 4 , h. t.

310. De exercitoria. vide 743 , de institoriâ , 765.



LIBER V.

TIT. I. *De Judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat.*

Cod. III , i. VII , 43.

311. **JUDICES**, sacrosanctis scripturis ante sedem depositis, & Dei præsentia consecrati, lites dirimant, scituri quod non magis judicant quam ipsi judicantur, *l. 14, cod. h. t.*

Siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem DEO inspectore, *ibid.*

Hodie jurant se facturos secundum quod eis visum fuerit justius & melius. auth. hodie jurant, cod. h. t. intellige secundum leges. gloss. Ibid. in v. justius.

312. **JUDICIA** disceptationes sunt que fiunt ex parte actoris & rei apud Judicem, litium finiendorum gratia, Cujac. in cod. h. t.

Initium judiciorum litis contestatio, finis sententia. Cujac. h. t.

313. Lis CONTESTATA dicitur cum Judex causam audire coepit, *l. un. cod. de litis contest. (par le premier reglement ou appointment. ord. 1667 , 14 , 13.).*

Ex ea deterior conditio non fit, sed plerique meior. *l. 86 , & l. 87 , de reg. jur. vide 2261.*

Et actiones salvæ permanent, *l. 139 , de reg. jur.*

Et perpetuantur, & ad heredes transmittuntur, *l. ult. in f. de fidej. & nomin. quamvis poenales. Ibid. vide 349.*

Item. Post litis contestationem nemo ordinariæ sedis DECLINET examen, *l. 4 , cod. de jur. omn. jud. vide 324 , 2574.*

Nec judicem RECUSET, *l. 16 , cod. h. t. intellige de recusatione fori.*

Ubi enim acceptum est semel judicium, ibi & finem accipere deber, *l. 30 , h. t.*

314. Judicium non datur antequām aliquid debeatur, *l. 35, h. t. l. 76, §. 1, de verb. oblig. vide 48.*

315. Major quæstio minorem causam ad se trahit, *l. 54, h. t. nec per eam, majori præjudicium fit, ibid.*

316. Inter CONSETIENTES cujusvis judicis est juridictio, *l. 1, h. t. vide 102.*

Si tribunal præest, vel aliam jurisdictionem habet-
d. l. 1.

Nec privatorum consensus judicem facit eum qui nulli præest judicio, *l. 3, cod. de jurisd.*

Consensisse autem videntur qui sciunt se non esse subjectos jurisdictioni ejus, &c in eum consentiunt. *l. 2, h. t.*

317. Nulli prorsus audientia præbeatur, qui causæ continentiam dividet, *l. 10, cod. h. t.*

318. In BONÆ FIDEI Judiciis, ea quæ sunt moris & consuetudinis debent venire, *l. 31, §. 20, de ædil. edic. vide 2695.*

Et usuræ ex morâ, *l. 32, §. 2, de usur. vide 1147.*

Numquām fortuiti casus, *l. 6, cod. de pign. aet.*

Item. Cūm nondūm dies præstandæ pecuniæ venit, ex causâ cavitur, *l. 41, h. t.*

Et si quid inæqualiter factum esse constiterit, in melius reformabitur, *l. 3, cod. comm. utr. jud. vide 575, modò sententia lata non sit.*

Replicatio dolii bonæ fidei judicium facit, *l. 3, cod. de except. seu prescr.*

Item. Tenetur in solidum qui dolo fecit. *l. 6, quod cum eo qu. vide 2044.*

319. Non quidquid judicis potestati permittitur, id sub- jicitur juris necessitati, *l. 40, h. t.*

Unde quamvis ABSENTES damnare possit, non tam- men omnimodò necesse habet, *l. 1, cod. quom. & qu. jud. vide 2480.*

Imò absens si bonam causam habet, vincet. *l. 71, h. t.*

Expensis litis excipiendis contrâ eum in pœnam con- tumaciæ. *l. 13, §. 2, cod. h. t.*

320. Si quis intentione AMBIGUA vel oratione in li-

bello usus sit, id quod utilius ei est accipiendum est, l. 66, h. t.

Utque res salva sit auctori, l. 172, §. 1, de reg. jur.

Cum omne jus suum in judicium deduxisse videatur, l. ult. cod. de ann. except.

Licet generaliter libellum transfiniserit, & nullius causae mentionem habentem. d. l. ult.

Secus in conventionibus, ut 138.

321. Qui temerè in judicium vocavit, viatica & litis sumptus reddit, l. 79, h. t. victusque in EXPENSIS damnatur, l. 3, §. 6, cod. h. t.

Et aliquando detrimentum præstat. l. 4, cod. de fr. & lit. expens. alioquin Judex de proprio, parti redet, ibid.

Fallit si neutrū litigatorū subdi debere viderit, auth. post jusjurandum, cod. h. t.

Qui plus petit, nisi reus debitum obtulerit, expensas obtinet, Cujac. in rit. Cod. de plus petit. quia titulus ille non observatur in Gallia, Rebus. in præmio. 5, n. 53.

322. Pœnam CONTUMACIÆ non patitur, quem adversa valetudo defendit, l. 53, §. 2. de re jud.

Vel si necessitate profectus sit, l. 10, cod. quom. & qu.

Vel majoris causæ occupatio, d. §. 2, vel si ad manus auditorium vocatus, l. 54, §. 1, eod.

Absens, ex edicto PEREMPTORIO, non recte condemnatur, si propositum non sit, vel notitiam ejus non pervenit, l. 1, §. 3, que sent. sine appell.

Ad PEREMPTORIUM edictum hoc ordine venitur, ut auctor petat primum, mox alterum per intervallum, non minus decem dierum, & tertium, quibus propositis tunc peremptorium impetrat, l. 68, 69 & 70, h. t. vide 2688, §. 10.

Potest tamen Judex numerum moderare pro conditione causæ, vel personæ, vel temporis, l. 72, h. t.

Quod appellatur unum pro omnibus d. l. 72, l. 8, cod. quom. & quando, l. 53, §. 1, de re judic. (sans qu'il soit besoin d'autre.)

Solet autem post tria unum edictum dare successor, l. 55, h. t.

Adversus contumaces tres denuntiationes sufficiunt, l. 9, cod. quom. & quando.

323. Omnes lites non ultrâ TRIENNII metas post litem contestatam protrahuntur, l. 13, §. 1, cod. h. t.

Item. Actor contumax cadit omnino de lite, & nullo modo iterum eandem litem resuscitare potest. ibid. §. 2.

324. Præscriptio FORI in principio litis opponenda est, l. ult. cod. de except. seu præscr. l. 52, h. t. vide 2141.

Privilegium fori superveniens inutile erit ei qui jam in jus vocatus est, l. 7, h. t. vide 313, 2574.

325. Actor FORUM rei sequitur, l. 2, cod. de jurisd. omn. jud.

Sive in rem, sive in personam sit actio, l. 3, cod. ubi in rem.

Tempore contractûs inspecto, ibid.

Etiam in criminali negotio, l. 5, cod. de jurisd. omn. jud. vide tamen 2405, ubi de majoribus delictis.

Viator quoque forum fortitur ubi contraxit, l. 19, §. 2, h. t. & ibi Goth.

Heres ibi defendendus vel conveniendus est, ubi defunctus debuit, l. 19, h. t.

Fideicommissum autem petitur ubi heres domicilium habet. l. 50, in f. h. t.

Vel ubi hereditas, l. un. cod. ubi fideic. vel major pars hereditatis, l. 50, h. t.

326. Actor RECONVENTUS eumdem habere & contra se judicem non dedignetur, l. 14, cod. de Sentent. & interloc. l. 22. h. t.

Nec eum recusare potest quasi non esset competens, d. l. 14, l. 5, cod. de fr. & lit. exp.

Intellige in eodem negotio, d. l. 14, id est, in eadem lite. Goth. ibid.

327. JUDEX est disceptator juris. Cujac. in cod. h. r.

Sive vir bonus disceptandæ rei causâ datus. Cujac. h. t. à magistratu, l. 15, de re judic.

Facti quæstionem habens, non juris auctoritatem, l. 15, ad municip.

Non datur quem altera pars nominatim petat, nisi specialiter à Principe permittatur, l. 47, h. t.

Hodie soli arbitri sicut & à principe delegati, dantur certis personis. Judices verò inter omnes suā jurisdictione subiectos, jus dicunt.

Nihil interest in potestate, an sui juris sit, l. 12, in f. h. t.

Item boni & innocentis viri officio fungi debet, l. 4, paragr. 1, fam. exercit.

Quapropter & venena, & libri improbatæ lectionis, & similia protinus ab eo corrumpenda sunt, d. §. 1, vide 566.

Nemo sibi jus dicere debet, in re enim propriâ iniquum est judicare. l. unic. cod. ne quis in suā.

328. Quidam lege impediuntur ne judices sint, putat senatus motus, l. 12, paragr. 2, h. t.

Quidam naturâ ut surdus, mutus, furiosus, & impubes quia iudicio carent, d. paragr. 2,

Quidam moribus ut feminæ & servi, d. paragr. 2, vide 52.

Cæcus verò judicandi officio fungitur, l. 6, h. t. & retinet magistratum, sed non adipiscitur, l. 1, paragr. 5, de postul.

MINOR 20 annis judicare non cogitur, nec arbitrium suscipere, l. 41, de recept. arbitr. vide 296.

Valet tamen sententia à minore lata, nisi minor 18 annis sit, l. 57, de re iudic.

Ubi verò Princeps Magistratum dedit omnia gerere decrevit. d. l. 57, in fine. vide 256.

329. MAGISTRATUS est publica persona cui publicè judicium jurisque dictio data est, Cujac. in parat. de orig. jur.

Judicium à se datorum vel arbitrorum sententias exequitur. l. 15, de re iudic.

330. In privatis negotiis PATER filium, & FILIUS patrem judicem habere potest. l. 77, h. t. vide 190.

Non verò si jurisdictioni præst, l. 10, de jurisd.

Quippe judicare munus publicum est, l. 78, h. t. vide 52.

Nam quoad jus publicum attinet, non sequitur jus

potestatis, l. 14, ad Senatuscons. trebellian.

In CRIMINALIBUS nec gener, ficer, vitricus, privignus, sobrinus, propiusve affinitate judicet. l. 5, de injur.

331. Ad eundem judicem mittuntur quo facilius coire coheredes vel socii vel tutores possint, l. 1, & l. 2, de quib. reb. ad vide 317.

Breves lites & maximè vilium personarum sine scriptis & sine aliquā expensā deciduntur. auth. nisi breves, cod. de sentent. ex peric.

Et levia crimina, l. 6, de accus. vide 2393.

Si inter miserabiles personas? vide 2688, paragr. 41.

TIT. II. De inofficio testamento.

Cod. III, 28.

333. INOFFICIOSUM dicere est allegare quare exheredari vel præteriri debuerit, l. 3, & l. 5, s. 1, h. t.

Hoc colore agitur quasi non sanæ mentis parentes fuerint cùm testamentum iniquè ordinarent, l. 2, & d. paragr. 1, h. t.

Sive non officio pietatis, d. l. 2, vel à quasi furioso, l. 36, de legat. 3, l. 19, h. t.

Cùm omnia quæ nostra sunt liberis nostris ex voto paremus, l. 50, paragr. 2, de bon. libert. vide 1917.

Nec consentiendum sit parentibus qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt, l. 4, h. t.

Plerūmque NOVERCALIBUS delinimentis instigationibusve corrupti. d. l. 4.

334. LEGITIMA portio liberorum triens est inter omnes dividenda, novel. 18, cap. 1.

Si quinque vel plures sint semis erit seu sex unciae, ibid.

Quæ portio tam in proprietate quam in fructu consistit. novel. 18, cap. 3.

Sine ullo gravamine vel morâ. l. 30, cod. h. t.

335. DOS & DONATIO querejam inofficioi excludent, l. 29, cod. h. t. & in testamento relictâ, l. 30, cod. h. t.

Dummodò heredes instituti sunt, novel. 115. cap. 32.

C v.

cum aliter inutile testamentum esset , l. 30 , de liber. & posth. vide 1510.

Quod autem deest legitimæ portioni repletur . l. 31 , cod. h. t. l. 25 , h. t.

336. Donationes & dotes minuuntur ut cæteris integra sit legitima portio tam liberis quam parentibus , Novel. 92 , & ll. tit. cod. de inoff. donat. & inoff. dot.

Etiam in extraneos factæ , l. 1 , cod. de inoff. donat. intellige de immensâ donatione . Goth. in d. l. 1 , ex l. 3 , ejusdem tit.

337. Tam parentibus quam liberis de inofficio licer disputare , l. 1 , h. t.

Turbato mortalitatis ordine non minus parentibus quam liberis piè relinqu debet , l. 15 , h. t. vide 1917.

Sed causa filiorum defuncti præcedit , l. 14 , h. t.

Item. Licet & fratribus & sororibus consanguineis si scripti heredes infamiae vel turpitudinis vel levis notæ maculâ aspergantur , l. 27 , cod. h. t. intellige de infamia facti . Goth. in d. l. 27 , vide 171.

Putâ si meretrix instituta sit , cum sit ejus persona turpis , l. 3 , si à par. qu. manum. & ibi Goth. vide 672.

Secùs si fratres uterini sint , l. 27 , cod. h. t.

338. Ex causâ inofficii testamentum rescinditur , l. 8 , paragr. 16 , h. t. vide 150.

Pro parte quam auctor ab intestato successurus esset , l. 19 . h. t.

Cum iure intestati , qui obtinuit succedat , l. 13 , cod. h. t.

Nec pro eâ parte legata debentur ex jure vetere , ibid. & l. 13 , in fine , h. t.

Imò soluta repetuntur , l. 8 , paragr. 16 , h. t.

Cum nihil ex eo testamento valet , l. 28 , h. t.

Hodie omnino debentur , novel. 115 . cap. 3 , in fine , & cap. 4 , in fine , vide 1619.

339. Filio qui contra fratrem de parte egit & obtinuit ; filia exheredata vel præterita quæ non egit non concurredit , l. 16 , h. t.

Ejus enim qui constituit non agere pars alteri accrescit. , l. 23, in fine h. t.

Secus ubi extraneus sit institutus, tunc enim hereditas legitima dividitur inter liberos, l. 19, h. t.

Nec frater adeundo ex testamento repudiare hereditatem legitimam videtur, *ibid. vide 360.*

Non sic in exheredato qui ad accusationem non venit repudiantis animo, quia partem non facit, *nec ei prodest alterius victoria, l. 17, h. t.*

340. Recte exheredantur qui probantur INGRATI, si ipsas ingratitudinis causas nominatim inferuerit testamento, *novel. 115, cap. 3.*

Justæ verò causæ sunt. 1º. Si filius parentibus suis manus intulerit, *d. cap. 3, §. 1, vide 1973.*

2º. Si gravem & inhonestam injuriam eis ingesserit, *ibid. §. 2.*

3º. Si eos in criminalibus causis accusaverit, nisi adversus Principem vel Rempublicam, *ibid. §. 3, vide 1802.*

4º. Si cum maleficiis ut maleficus versatur, *ibid. §. 4.*

5º. Si vitæ eorum insidiaverit, *ibid. §. 5, vide 1973.*

6º. Si uxori patris vel concubinæ sese immiscuerit, *ibid. §. 6.*

7º. Si delator contra parentes extiterit, *ibid. §. 7.*

8º. Si pro carcerato parente idoneus non fidejusserrit, *ibid. §. 8, vide 1331.*

9º. Si prius testamentum condere prohibuerit, *ibid. §. 9, l. 23, cod. h. t. vide 1611.*

10º. Si in arenariorum vel mimorum professione permanferit, præter voluntatem & professionem parentum, *ibid. §. 10, l. 11, cod. h. t.*

11º. Filia si luxoriosam vitam degere elegerit, vel ante 25 annos sine consensu patris marito se conjungerit, *ibid. §. 11, l. 19, cod. h. t. vide 1241.*

12º. Si furioso parenti obsequitum & curam competentem non præbuerit, *ibid. §. 12.*

13º. Si per negligentiam vel contemptum captivum non redemerit, *ibid. §. 13.*

340. Si hereticus sit , ibid. §. 14.

PARENTES equidem exheredantur ex causis , 3 , 5 , 6 , 9 , 12 , 13 & 14 , suprà dictis d. novel. 115 , cap. 4 , §. 1 , 2 , 3 , 4 , 6 , 7 .

Idem. Si pater aut mater alterius vitam vel mentem infidiaverit veneno , d. cap. 4 , §. 5 .

Una ex his causis probata sufficit , d. cap. 3 , circa finem .

341. EXHEREDATIO nullâ expressa causâ interdum valet si non malâ mente , sed ut filio consulat , l. 12 , §. 2 , de bon. libert. , l. 18 , de liber. & posth.

Ut putâ si furioso vel impuberi fideicommissariam hereditatem dedit , dd. ll.

Vel si prodigum exheredavit ei legando quod sufficeret alimentorum nomine , l. 16 , §. 2 , de curat. fur.

Vel si filius suâ manu se exheredem scripsit , l. 8 , §. 6 , de boror. poss. cont. tab.

343. PRÆTERITIO matris pro exheredatione est , l. 19 , h. t. vide 1510. Apud nos idem est de præteritione patris.

344. Mortuâ in puerperio matre , filius ille cum fratribus virilem habebit ; cum extraneis verò querelam , l. 3 , cod. h. t.

345. Qui dicit testamentum irritum esse simul & inofficium , debet eligere utrum priùs movere volet , l. 8 , §. 12 , h. t.

Item. Victus in querelâ , de falso agere potest , & contrâ , l. 14 , cod. h. t. ; l. 47 , de petit. hered. vide 1522.

Qui dixit inofficium & non obtinuit , quod in testamento accepit perdat , l. 8 , §. 14 , h. t. vide 1803.

346. A querelâ excluditur qui conditioni in testamento appositâ paruit , l. 8 , §. 10 , h. t. , aut heredem scriptum agnovit , l. 23 , §. 1 , h. t. vide 1596.

Ut putâ si legatum ab eo petierit , l. ult. , §. 1 , h. t. ; l. 5 , de his qu. ut indig.

Agnovisse enim videtur qui quale quale judicium defuncti comprobavit , l. 32 , h. t. , modò major sit 25 annis , l. 8 , §. 1 , cod. h. t. vide 260.

Non si ex necessitate officii agnoverit, ut tutor, vel curator, l. 30, §. 1, h. t. vide 1803, 279.

Excluditur tamen advocatus vel procurator legatarii qui petuit, quia agnovisse videtur, l. ult., h. t. vide 163.

347. Querela post ordinationem litis DERELICTA non amplius restauratur, l. 8, §. 1, h. t.; l. 1, cod. de in integr. rest.: intellige si renuntiavit vel à lite desistit expressè, Fab. ration. in d. §.

348. Post QUINQUENNIUM querela non datur nisi ex magnâ & iusta causâ, l. 8, §. ult., h. t., l. 16 & l. 34, in fine, cod. h. t.

Ab aditâ hereditate computandum, l. 36, §. ult., cod. h. t.

Non currit tempus dum filius testamentum arguit quasi non jure perfectum, l. 16, cod. h. t. vide 1803.

Quia officere non cessantibus non potest, d. l. 16.

Neque contrà minorem, l. 2, cod. in qu. cauf. in int.

349. Suis HEREDIBUS querela transmittitur, l. 34, cod. h. t.

Extraneis verò si cæpta controversia vel præparata sit, l. 6, §. 2; l. 7; l. 8, §. 1, h. t. vide 313.

Et in eâ defunctus perseveraverit, l. 15, §. 1, h. t. vide 347.

350. Sub CONDITIONE exheredatio facta nullius momenti est, l. 68, de her. insti. veluti, si Titius hæres erit, quæ conditio si non expressa esset non noceret, d. l. 68, vide 2671, 1530.

Purè enim fieri debet, l. 3, §. 1, de lib. & posth.

Si dixerit mater, si à patre emancipati fuerint, patri non obtemperanti denegatur actio nomine filiorum agenti, quibus nullam injuriā fecit mater, l. 25, cod. h. t.

Sed potius putavit providendum, d. l. 25.

351. Filius meus exheres esto, hæc exheredatio valet si modò unicus sit, l. 2, d. lib. & posth.

Si plures sint nullus exheredatus est, d. l. 2.

Causa enim institutionis benignè accipitur, cum exheredationes non sint adjuvandæ, l. 19, eod. tit.

352. De inofficio testamento MILITIS nec filios queri posse certum est, l. 9, cod. h. t.

Quamvis milites, l. 27, paragr. 2, h. t. nec patrem.
l. 24, cod. h. t.

353. Pendente appellatione scriptus heres propter inopiam pupilli ALIMENTA, pro modo facultatum. præstat, usque ad finem litis, l. 27, paragr. 3, h. t. vide 1576.

De indignitate ejus qui non obtinuit. vide 1803.

Tit. III. De hæreditatis petitione.

Cod. III, 31. *ff. 51. tit. 3.*

354. HEREDITAS juris nomen est, l. 178, paragr. I, de verb. signif.

Et sine corpore, juris intellectum habet, l. 50, h. t. Successio est in universum jus quod defunctus habuit, l. 24, de verb. signif. l. 62, de regul. jur. vide 1528.

Unde qui in universum ius succedunt, hæredis loco habentur, l. 170, sive 128, de regul. jur.

Hæreditatis appellatione neque legata, neque fidei-commissa continentur, l. 96, de legat. 3.

Hæreditas non hæredis personam, sed defuncti sustinet, l. 34, de acqu. rer. dom.

Et pro Domino habetur, l. 61, eod. tit.

Augmentum recipit & deminutionem, l. 20, paragr. 3, h. t.

Ejus qui vivit hæreditas in rerum naturâ non est, l. 1, de hæred. vel act.

355. Hæreditas in DUODECIM uncias dividitur, l. 50, paragr. 2, de hæred. inst.

Uncia. Una pars.

Sextans. Due partes, sive due unciae.

Quadrans. Tres partes, sive tres unciae.

Triens. Quatuor partes, sive quatuor unciae.

Quincunx. Quinque partes, sive quinque unciae.

Semis. Sex partes, sive sex unciae.

Septunx. Septem partes, sive septem unciae.

Bes. Octo partes, sive octo unciae.

Dodrans. Novem partes, sive novem unciae.

Dextans. Decem partes, sive decem unciae.

D'eunx. Undecim partes , sive undecim uncie.

As. Duodecim partes , sive tota hereditas. d. §. 2.

356. FRUCTIBUS augetur hæreditas , l. 20 , §. 3 .
h. t. l. 178 , §. 1 , de verb. signif.

Unde fructuum antè hæreditatem petitam percep-
torum usuræ præstantur , l. 51 , §. 1 , h. t. intellige
de fructibus extantibus tempore mortis.

Item intellige de usuris ex pretio fructuum perceptis ,
quibus locupletior sit , Fab. ration. in d. §. 1 , secūs
Non locupletior , l. 20 , §. 6 , h. t.

Fructuum alitem post hæreditatem petitam percep-
torum usuræ non debentur , d. §. 1.

Antè litem contestatam nec usuras , nec fructus redi-
dit bonæ fidei possessor , l. 1 , §. 1 , cod. h. t. vide
357.

Usuræ verò debentur ex quo quis scit hæreditatem
a se peti , l. 20 , §. 11 , h. t.

Licet ei nondùm denuntiatum sit , nam ubi scit ,
incipit esse malæ fidei possessor , ibid. vide 1163.

Cùm hæritas petita sit , perceptos fructus resti-
tuit , et si petitor eos percepturus non fuerat , l. 56 ,
h. t.

Et fructus quos percipere potuit , l. 62 , §. 1 , de
rei vindic. , l. 1 , cod. h. t. vide 368.

357. Bonæ fidei possessor hereditatis quod INDEBI-
TUM exegit , non restituit , l. 20 , §. 18 , h. t.

Nec imputaturum quod non debitum solvit , d.
§. 18.

Quamvis negotiorum gestor quod indebitum exegit
restituat , l. 23 de negot. gest. vide 205 , ille enim
alieno nomine exegit non suo , Fab. ration. in d. l. 23.

Item. Possessor hereditatis reddit etiam INHONES-
TOS quæstus , l. 52 , h. t. , quamvis bonâ fide possi-
deat , Fab. ration. in l. 45 , §. ult. , h. t.

Nam si alterutri dandi sunt , innocentii potius quam
nocenti dantur , Goth. in d. l. 52.

Item. Oinne lucrum ei auferendum est , l. 28 , h. t.
et si bonam fidem habeat , si sine titulo , d. l. & ibi
Fab. in ration.

Premium venditæ rei restituit si factus sit locuple-
tior. l. 23 , h. t.

358. Pendente lite de hereditatis petitione non teneatur possessor MORTALITATEM naturalem præstat, l. 40, h. t. vide 369.

Nec obicitur litiscontestatio, ne propter metum hujus periculi temerè indefensum jūs suum relinquit. *ibid.*

359. Actor eligere debet utrum velit fortem tantum an & usuras cum periculo nominum agnoscere, l. 30, h. t. vide 894, 1383.

~~360.~~ Legitimam hereditatem vindicare non prohibetur is qui cum ignorabat vires testamenti iudicium defuncti secutus est, l. 8 ~~h. t.~~; l. 46 de bon. lib. non enim eam repudiavit. *Goth. in d. l. 8.*

361. Pro herede possidet qui putat se heredem esse, vel scit se heredem non esse, l. 11, h. t. scilicet ex testamento. *glossa ibi in verbo non esse.*

Sed etiam & bonorum possessor pro herede videtur possidere, d. l. 11, vide 1588.

Idem. De eo qui se offert petitioni, l. 13, §. 13, h. t. nisi actor eum non possidere sciat, l. 45, h. t.

Item. Si rem hereditariam vendiderit, l. 16, §. 5, & l. 13, paragr. 4, h. t.

Premium enim succedit loco rei venditæ in petitio-
ne hereditatis, l. 22, h. t. vide 357, in cæteris non
succedit, *Goth. in l. 48 in fine, de furtis*, vide 409.

Si ex PRETIO rem comparavit veniet in petitio-
ne premium non res, l. 25, §. 1, h. t.

Nisi magna utilitas hereditatis versetur, l. 20, h. t.

Quod fallit in fundo fideicommissario vendito, si ex
pretio rem comparavit, l. 71, de legat. 2. vide 1685.
Quid in fundo dotali? vide 1277. *Ex nummo furtivo?*
2326. *Ex nummo deposito?* 846.

362. Hæc aetio PRÆSCRIPTIONE longi temporis
(10 ann.) non submovetur, cum mixta personalis
sit, l. 7, cod. h. t.

363. Si hereditatem distraxerit qui se heredem esse exifi-
timat, redactæ ex pretio pecuniæ USURAS non
præstat, l. 20, paragr. 6, h. t. vide 356.

364. Picturarum, marmororum & cæterarum rerum vo-
luptiarum impensas servat bona fidei possessor,
l. 39, paragr. 1, h. t. vide 372.

Si legatum solvit retentione rerum hereditiarum sibi satisfiet, l. 17, h. t.

LIBER VI.

TIT. I. *De rei vindicatione.*

Cod. III, 32.

366. V INDICATUR res proprietatis assertione
Goth. h. t.

Nomen deducitum à vi quādam civili, Cujac. in cod. h. t.

367. Longè commodius est POSSIDERE & adversarium ad onera petitoris compellere, l. 24, h. t. vide 2693.

Tenetur verò qui dolo desit possidere, l. 25, paragr. 8, de petit. hered. vide 582, vel dolo possessionem noluit admittere, ibid. cur ita? vide 2011.

Et contra eum juratur in item, l. 68, h. t. vide 655, 241.

Ubi culpâ tantum desit possidere, venit quod adversarii interfuit, l. 68, h. t.

368. Restituitur res cum suâ causâ, l. 20, h. t. post acceptum judicium, d. l. 20; l. 31, de reb. cred. vide 1167.

Et cum FRUCTIBUS honestè percipiendis, l. 33, h. t. vide 357, 374.

Ex eo enim scientiam malæ fidei possessionis accepit, l. 2, cod. de fruct. & lit. & contra heredem in vitium succedentem, ibid.

Post motam controversiam possessores quasi prædones tenentur cùm sciant ad se rem non pertinere, l. 25, paragr. 7, de hered. petit.

Quid si cognoverint alienam? vide 1163.

Petitor verò debet sumptus in rem factos cum fructibus perceptis priùs compensandos, l. 48 & l. 65, h. t.

369. De MORT E naturali animalium non tenetur

bonæ fidei possessor, l. 15, paragr. ult., h. t. vide 358, nec post petitionem, nisi appareat petitorem ea fuisse distracturum, *ibid.* vide 849, 232.

370. Bonæ fidei possessor non reddit rationem de CULPA quia quasi rem suam neglexit, l. 31, paragr. 3, *de hered. petit.* vide 847.

Nec si dilapidaverit vel perdidit dum re suâ abuti putat, l. 25, paragr. 11, *de hered. petit.*

Vel si donavit, d. paragr. 11, cùm ex his locupletior non sit, *ibid.*

Nisi remunerationem acceperit, *ibid.*

Secùs si in pecuniam aliamve rem aliquid convertit, ex tunc enim omnimodò LOCUPLES videtur licet posteà deperdat, l. 18, quod met. caus. vide 409, 2674.

371. Bonæ fidei possessor pretium acceptum reddit, l. 23, *de hered. petit.* si factus sit locupletior, *ibid.* vide 361.

PRÆDO verò & quod exigere potuit. l. 25, §. 2, *de hered. petit.*

372. Bonæ fidei possessor deducit impensas necessarias & utiles, licet res non extet, l. 38, *de hered. petit.* Malæ fidei necessarias tantùm, l. 5, cod. h. t.

Prædo non aliter quam si res melior sit, d. l. 5, vide tamen 702.

Item deducit & picturas & marmora & cætera voluptaria, l. 39, §. 1, *de hered. petit.* vide 364.

Prædo ea tantùm aufert, si sine detimento possit, d. paragr. 1, quamvis utilia, l. 5, cod. h. t.

Non tamen nec bonæ fidei possessor si ei profutura non sint, l. 9, *de impens. in res dot.* vide 1319.

Nec malitiis indulgendum si picturas corradere velit, nihil latus nisi ut officiat, l. 38, h. t. vide 1127.

ÆDIFICIA quæ Dominus dives facturus esset aestimantur, d. l. 38.

Si verò Dominus pauper sit, sufficit permettere possessori ut tollat quæ possit, ita ne deterior sit fundus, *ibid.*

Potestate Domino datâ tantùm ei dare quantum

habiturus est his rebus ablatis. *ibid.*

373. **Ei qui in alienâ areâ sciens ÆDIFICAVIT**
conceditur, ut sine dispendio Domini tollat ædificium, *l. 37, h. t. vel materiam, l. 2, cod. h. t. vide 2674.*

Præterquam in civitate ne ruinis urbs deformetur, *l. 2, §. 17, ne qu. in loco, vide 2089, 1634, 2620.*

Si area communis sit, sumptus offerre debet qui ædificium vindicat, *l. 16 cod. h. t.*

Si in suâ areâ ex materiâ alienâ, datur actio quasi dolo malo fecerit. *l. 1 in fine de tigno junc. vide 2333.*

374. Bonæ fidei possessor fructus extantes præstat, *l. 22, cod. h. t. vide 1163.*

Post litis contestationem universos. *ibid. quamvis reconditos.*

375. **Nemo prædo est qui pretium numeravit, *l. 13, paragr. 8, h. t. l. 168, sive 126, de reg. jur.***

Nec nocet ei dolus auctoris, *l. 3, cod. de peric. & comm. vide 2169.*

Nec juris error, modò dolo careat. *l. 25, paragr. 6, de hered. petit. vide 1226.*

Item. Bona fide emit qui ignoravit eam rem alienam esse, *l. 109, de verb. signif.*

Vel si auctore judice comparavit, *l. 179, sive 137, de reg. jur.*

Ab usu capiendum verò auctoris vitio laborat. auth. malæ fidei, cod. de præscr. longi temp. vide 2027.

376. **Voluntas duorum Dominorum miscentium materias communione totum corpus efficit, *l. 7, paragr. 8, de acquir. rer. dom.***

Et unusquisque pro rata ponderis vindicabit, *l. 3, in fine h. t.*

Ubi verò ex confusione nova species facta est, ejus erit qui fecit, *l. 5, paragr. 1, h. t.*

Nam mutata forma propè interemit substantiam rei, *l. 9, paragr. 3, ad exhib.*

Nisi separari possit, ut putà æs & argentum. *l. 12, Paragr. 1, de acq. rer. dom.*

377. **Proprietas totius NAVIS carinæ causam sequi-**

tur, l. 61, in fine, h. t. vide 1641, 419.

SCAPHA non videtur navis esse, cum per se parva navicula sit, l. 44, de evict. & separatim vindicatur. l. 3, paragr. 1, h. t. vide 1739.

378. Utilis seu PUBLICIANA vindicatio datur non Domino qui nondum uscepit, l. 1, de publ. in rem act.

Modò bonâ fide emit, l. 7, paragr. 11, eod. tit. & ei res tradita sit, ibid. paragr. 16.

Non tamen ut res Domino auferatur, l. ult. eod. tit.

Nec heredi furis, quia vitiorum defuncti successor est. l. 11, §. 2, eod. tit. vide 701, 2310.

379. Res alienas possidens non nisi suam intentionem impleti restituere cogitur, l. ult. cod. h. t. vide 1184, 2016, 1994.

Non enim quod meum non est statim tuum est, Goth. in d. l. ult.

Cum adversus extraneos etiam vitiosa possessio prodesse solet, l. ult. de acqu. vel amitt. poss. vide 2113.

Nam pro possessore possidet prædo qui interrogatus cur possideat, responsurus sit quia possideo. l. 11, in fine & l. 12, de hered. petit.

380. Bonæ fidei possessor restituit ubi res sit, aut ubi agitur sumptibus petitoris. l. 10, h. t.

381. De EVICTIONE non tenetur petitor qui rei aestimationem accepit. l. 35, paragr. 2, h. t.

Sibi enim possessor imputare debet qui non restituit rem. d. paragr. 2.

TIT. II. *De publiciana in rem actione.*

382. *Vide* 378.

TIT. III. *Si ager vectigalis vel emphiteuticarius petatur.*

Cod. IV, 66. XI, 61.

383. VECTIGALES agri vocantur qui in perpetuum locantur, l. 1, h. t. vide 1959.

Conductores eorum quamvis non efficiantur Domini, habent actionem in rem adversus Dominum, l., 1 paragr. ult. h. t.

Ita tamen si vectigal solvant. l. 2, h. t.

384. Potior est Dominus omni pignore pro vectigali non soluto. l. 31, de pignor. vide 1057, 1069.

Et ipsa prædia non personæ conveniuntur, l. 7, de publ. & vect. vide 2688, paragr. 25.

Ideò possessores etiam præteriti temporis vectigal solvere debent. d. l. 7.

387. Jus EMPHITEUTICARIUM neque conductio-
nis, neque alienationis titulus est, sed jus tertium
in quo cuncta in scriptis conventa modis omnibus
debent custodiri. l. 1, cod. de jure emphit.

387. Jus emphiteuticarium non licet transferre sine
consensu Domini, l. 3, cod. eod.

Præferturque Dominus emptori tantum dando
quantum re verâ emptor dedisset, d. l. 3, undè nos-
trum PRÆLATIONIS jus.

Propterea tenetur emptor duos menses spectare, d.
l. 3.

Si translatio facta sit nullo pretio adhibito, eligi
debet persona non prohibita, sed concessa & idonea
ad solvendum canonem, l. 3.

Ex tunc debet Dominus necessariò novum emphiteu-
tam suscipere & ob id subscribere, d. l. 3.

Et pro suscriptione non amplius ei licet nisi quin-
quagesimam partem pretii vel estimationis fundi
accipere, d. l. 3, LAUDIMIUM dicimus, per nimis
multiplicatum usque ad duodecimam partem, & quan-
doque ad sextam duplicatâ ex abuso laudimii exac-
tione.

388. Si fundus emphiteuticarius perierit, Domino pe-
ribit, l. 1, cod. de jure emphit. vide 2639.

Si pro parte tantum, damnum feret emphiteuta.
d. l. 1,

LIBER VII.

TIT. I. *De usufructu & quemadmodum quis utatur fruatur.*

Cod. III, 33.

392. **U**SUSFRUCTUS est jus alienis rebus utendi fruendi, salvâ earum substantiâ, l. 1, h. t.
Jus est in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, l. 2 h. t.

Sine personâ, esse non potest. l. 26, de stip. servor. vide 405.

393. Constituitur etiam sine testamento, pactionibus & stipulationibus, l. 3, h. t.

Vel præfens vel ex die dari potest, l. 4, h. t.

Etiam in rebus quæ usu tolluntur vel minuuntur, l. 1, de usufr. ear. rer.

Sed ab usufructuario cautio desideranda est, ut restituatur res ejusdem qualitatis, l. 7, eod. tit. nempe utiliter & satisfacto. Goth. in l. 2, eod. tit. vide tamen 437.

Non verò in vasorum usufructu, l. 12, usufr. minus cay.

Idem. In pecuniâ, l. 2 & l. 5, de usufr. ear. rer. & in nominibus. l. 3, eod. tit.

394. Ususfructus non dominii pars est sed servitutis, l. 25, de verb. signif. instit. de legatis, §. si cui.

Unde rectè dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est, d. l. 25.

Item. Non possidetur, sed magis tenetur, l. 1, paragr. 8, quod legat, vide 2013, 426.

395. Constituitur etiam in numismatibus, l. 28, h. t. l. 9, paragr. 4, ad exhib. in statuis & imaginibus, l. 41, h. t.

Jumentis cæterisque rebus, l. 3, paragr. 1, h. t. etiam mobilibus, l. 7, h. t.

396. ADJICIUNTUR usufructu ea sola sine quibus omnino utifruui quis non potest, l. 1, paragr. 1, & paragr. 4, si ususfr. pet.

Non autem si cum aliquo incommodo utatur, d. paragr. 4, vide 407.

Item. Iter quatenus ad fruendum necessarium, l. 2, §. 2, si servit. vind. sed non ab eo cui vicinus fundus legatus est, sed heres cogitur redimere aditum & præstare, l. 44., in fine, de legat. 1°.

Item. Et instrumenta fundi & domus in usufructu continentur, l. 15, paragr. 6, h. t.

397. Non potest Dominus ÆDES altius tollere in-vito usufructuario, l. 7, paragr. 1, h. t. vide 398.

Heres potest tollendo obscurare luminibus, l. 30, h. t.

Modò non in totum obscurentur, sed modicum lumen quantum habitantibus sufficit relinquatur, d. l. 30, l. 10, de servit. urb. præd. vide 464.

398. Usufructuarius ÆDES reficere potest, & si quid ad domus ornatum pertinet, l. 13, paragr. 7, h. t.

Etiam voluptatis causâ, ibid. & l. 7, paragr. ult. h. t.

Non tamen ampliare, nec utilia detrahere, d. paragr. in fine, quamvis melius repositurus sit, l. 8, h. t.

Nec inchoata consummare, l. 6, parag. 1, h. t.

Nec altius tollere, l. 13, paragr. 7, h. t.

Nec speciem commutare licet in meliorem statum, l. ult. de usu & habit.

Veluti si in prædio voluptaria dejiciat ut hortos faceret, licet majoris redditus, l. 13, paragr. 4, h. t. vide 2660.

Nec qualitatem immutare, ibid. parag. 7.

Potest tamen in prædiis rasticis causam proprietatis meliorem facere, d. paragr. 4.

Quapropter & lapicinas & venas metallorum inquirere, & forsitan poterit ad hoc vineas vel arbusta vel oliveta dejicere, si nihil agriculturæ nocebit, ibid. paragr. 5.

Modò proprietarius apparatus sustinere possit, ibid. paragr. 6. vide 756, 1127.

Et cœlum agri non corruptatur, d. paragr. 6.

399. AEDIFICIUM in fundo ponere non potest ,
l. 13 , paragr. 6 , h. t.

Nisi quoad fructum percipiendum necessarium sit ,
d. paragr. 6.

400. Omnibus uti debet quasi bonus & diligens paterfamilias , *l. 9 , paragr. 2 , & l. 65 , h. t.*

Secundum rerum conditionem , *l. 15 , paragr. 1 , & l. 13 , paragr. ult. h. t.*

Et cogi potest recte colere , *l. 9 , h. t.*

Ne intempestiva CULTURA deteriorem fundum faciat , *l. 25 , paragr. 3 , locati. vide 1019.*

401. Debet usufructarius omne quod diligens paterfamilias in suâ domo facit , & ipse facere , *l. 65 , h. t. vide 437.*

Et reficere haec tamen ut sancta testa habeat , *l. 7 , paragr. 2 , h. t. ; l. 7 , cod. h. t.*

Non autem si vetustate corruerunt , *d. paragr. 2.*

Cum modica tantum refectio ad eum pertineat , *d. paragr. 2.*

Quod verò ultrà erogatum docebit reposcet , *l. 7 , cod. h. t.*

Potest tamen derelinquere usumfructum ne domum reficiat , *l. 64 , h. t.*

Nisi suo facto deterior facta sit , *l. 65 , h. t. vide 444.*

402. Si hæres villam VETUSTATE corruptam priusquam ususfructus præstaretur ædificavit , sumptus partem pro portione ususfructus reposcet , *l. 50 , h. t. ; l. 32 , paragr. 5 , de usu & usuf. leg.*

Si postea refecerit , pati debet usufructuarium uti , *l. 7 , paragr. 2 , h. t.*

Non tenetur verò reficere quod vetustate deterior reliquisset testator , *l. 65 , paragr. 1 , h. t.*

403. Fundi ONERA agnoscit usufructarius , ut putà stipendia , tributa , solaria , alimenta ab eâ re relicta , *l. 7 , paragr. 2 , h. t. , modica scilicet , Goth. ibid.*

Et indictiones temporarias , *l. 8 , de usu & usuf. leg.*

Et quæ ad collationem viæ impendunt , *l. 27 , paragr. 3 , h. t.*

Et quod ob transitum exercitus confertur ex fructibus , *d. paragr. 3.*

Non

*Non autem ea onera quae pro iure fructuum pereipie-
dorum, sed tantum ea que ipsis fructibus, vel prædio,
vel personæ imposta sunt, Goth. in l. 28, de usu &
usufr. leg.*

404. Etiam IMMATURA colligere potest, l. 48, pa-
ragr. 1, h. t.

*Si talia expediat colligi, veluti olea, cùm immatura
plus habet redditus, l. 42, de usu & usufr.; leg. 48,
paragr. 1, h. t.*

Et foenuin iminaturum, d. paragr. 1.

405. Fruendum concedere potest, LOCARE vel VEN-
DERE, l. 12, paragr. 2, h. t., vide 1001, 431,
invito herede, l. 67, h. t.

*Intellige de perceptione fructuum, non verò de iure
utendi fruendi, Goth. in l. 12, paragr. 2 h. t. cùm per-
sonæ cohæreat, l. 3, paragr. ult. qu. mod. usufr.*

*Et morte extinguatur, d. paragr. & ll. 3, 10, 12,
16; cod. h. t. vide 410.*

Nec transeat ad HEREDEM, dd. ll. vide 1707.

*Ne in universum inutiles essent proprietates, sem-
per abscedente usufructu, l. 3, paragr. 2, h. t. l. 8,
de usu. & usufr. leg.*

*VESTES autem locare non potest, quia vir bonus
ita non uteretur, l. 15, paragr. 4, h. t.*

*Nisi scenicas, aulæas, vel alterius apparatus, vel
funebres, l. 15, paragr., 5 h. t.*

*Non tenetur verò si vestem sine dolo malo attritam
reddiderit, l. 9, paragr. 3, ususfr. quem. cay.*

406. Debet & agnatis GREGEM supplere, l. 68, pa-
ragr. ult. h. t.

*Sed caro fœtûs demortui ad eum pertinebit, l. 70,
paragr. 2, h. t.*

*Ubi verò singulorum capitum ususfructus legatus sit,
nihil supplebit, l. 70, paragr. 3, h. t.*

*Tunc autem mortui pecoris caro & corium in fruc-
tu non sunt, l. 30, qu. mod. ususfr.*

407. De ARBORIBUS evulsis, vel vi ventorum de-
jectis, habet usque ad usum suum, l. 12, h. t. vide
1162.

Etiam ad villæ refectionem, d. l. 12.

74 Lib. VII , Tit. I.

Nec novas substituere cogitur , l. 59 , h. t.

Imò Dominus eas tollere tenetur , si incommodior sit ususfructus , vel iter , l. 19 , paragr. 1 , h. t , vide 396.

Arboribus demortuis aliæ substituendæ sunt ab ususfructuario , & priores ad eum pertinent , l. 18 , h. t.

408. Potest SYLVAS cæduas & arundineta cædere , l. 9 , §. 7 , & l. 10 , h. t.

Sicut paterfamilias cædebat , d. §. 7.

Et aucupiis , & venationibus , & pifcationibus uti , l. 9 , paragr. 5 , & l. 62 , h. t. vide 1162.

Et alluvionibus & incrementis , l. 9 , paragr. 4 , h. t.

Non de insulâ quæ appareat separata , d. paragr. 4.

Debet enim latitare incrementum , d. paragr. 4.

409. Qui PRETIO rei fruitur , rem habere & eâ frui videtur , l. 39 , h. t. ; l. 33 , de peculio , vide 361.

410. Ad exemplum emptoris potest ususfructarius CONDUCTOREM repellere , l. 59 , paragr. 1 , h. t. vide 1004.

411. Si quid ædificaverit posteà tollere non potest , l. 15 , h. t. vide 373 , 1022.

Refixa planè vindicare potest , ibid.

412. Tenetur si cùm posset USUCAPIONEM non interpellaverit , l. 1 in fine ususfr. quemadm. vide 1280.

Vel si non utendo servitus amissa sit , l. 15 , paragr. 7 , h. t.

Omnem enim CURAM suscipit , d. l. 1 , ususfr. qu.

Et CUSTODIAM præstat , l. 2 , cod. tit. vide 2675.

413. Pendentes FRUCTUS jam maturos fructarius feret & stantes , l. 27 , h. t. de fructibus novissimi anni , vide 420.

414. Acquirere SERVITUTEM non potest , retinere antem potest , l. 15 , paragr. 7 , h. t.

Si verò amiserit non utendo tenetur , d. paragr. 7.

415. Omnium bonorum ususfructus non potest legari ultrà dodrantis æstimationem , l. 29 , h. t. vide 1839 , 355 , itnellige heredem habere quadrantem cum fructibus : quod si ultrà habeat tunc rectè omnium bono-

rum ususfructus legatur, quo pluris sit in proprietate compensato cum quo minus sit in usufructu.

De usufructu legato, vide 1701, quomodo caveat usufructuarius, 437.

TIT. II. De usufructu accrescendo.

Vide 1703.

TIT. III. Quando dies ususfructus legati cedat.

Vide 1705, 1865.

TIT. IV. Quibus modis ususfructus vel usus amittatur.

416. Certis modis EXTINGUI placuit usumfructum ne in universum inutiles essent proprietates, l. 3, paragr. 2, de usufr. vide 1707, 405.

Ideò morte usufructuarii finitur, l. 3, paragr. ult., h. t. vide 433, etiam civili scilicet capitis minutione, l. 1, h. t.

Poterit tamen alii restitui si rogatus sit, l. 4, h. t., quo casu ager Prætor ut ex fideicommissarii personā pereat, *ibid.*

CIVITATI relictus, vel municipibus centum annos tueretur, l. 56, de usufr.

Quia is finis vitae longæui hominis est, d. l. 56, l. 8, de usu & usufr. leg.

Computatio verò falcidiæ triginta annorum sit, l. 68, ad l. falcid. vide 1845.

Relictus quandiu Titius in furore erit. Mortuo Titio in usufructuarii vitam extenditur, l. 12, cod. de usufr.

417. Amittitur NON UTENDO per decennium contra præsentes, vicennium contra absentes, l. 13, cod. de servit. & aqu., l. 16, §. 1, cod. de usufr. vide 500.

Affectus verò sufficit ad retinendum usumfructum, l. 12, paragr. 4, de usufr.

418. Amittitur MUTATIONE rei, l. 5, paragr. 2, h. t. vide 419.

Putà si stagnus exaruit, ut ager sit factus , l. 10 ,
§. 3 , h. t.

Aut sylva cæsa sit, & illic sationes fuerint factæ ,
ibid. §. 4.

Aut si ager inundatus sit , l. 23 , h. t.

Aut si MASSA & ex eâ vasa sint facta , vel contrà ,
l. 10 , §. 5 , h. t. vide 1635.

Etiamsi mutatio à defuncto facta sit , veluti si de
balneo habitationem fecerit , l. 12 , h. t. vide 1636.

Ubi verò restituitur res , ità & ususfructus , l. 23 &
l. 24 , h. t. vide 1641.

Non tamen si arvi ususfructus legetur , & ibi vineæ
sint positæ , vel contrà , l. 10 , §. 4 , h. t.

419. Aëdibus INCENSIS perit ususfructus & areæ ,
l. 34 , §. ult. , de usufr. , l. 5 , §. 2 , & l. 10 , §. 1 , h. t.

Vel demolitis à testatore , licet novas restituerit , d.

massa paragr. 1 & paragr. 7 , h. t.

massa Idem. De scyphis ex quibus MASSA facta est , &
massa iterum Scyphi , l. 36 , de usufr. vide 1635.
lingot. Et de nave si iestructa sit & resoluta , l. 10 , paragr.
blue 7 , h. t. , licet iisdem tabulis , nullâ præterea adjectâ
+ Scyphi , restaurata sit , d. paragr. 7 .

Vase Fallit si per partes ædes reficiat , l. 10 , paragr. 1 ,
Wapp h. t. , vel navem , d. paragr. 7 . vide 1641.

Item. Fallit universorum bonorum usufructu legato ,
quia & ipsa substantia in usufructu est , l. 34 , in fine
de usufr.

420. HEREDIS fructuarii sunt percepti fructus quam-
vis nondùm reconditi , mox quām à solo separati
sunt , l. 13 , h. t.

Qui verò terra teneantur Domini fundi sunt quam-
vis maturi , l. 8 , de ann. legat. vide 1161.

Et ea qui non opera fructuarii deciderunt , vel à solo
separati sunt , l. 13 , h. t.

Nec obstat quòd bona fidei possessor tales suos fa-
ciat , *ibid.* l. 48 , de acqu. rer. dom. vide 1163.

Et pensiones etiam futuras hæres fructuarii percipit ,
si omnibus fructibus per colonos sublatis fructarius
decesserit , l. 58 , de usufr. vide 1309.

Nam à fructuario percepti essent si locatus fundus non
fuiisset , Fab. ration. in d. l.

De usu & habit.

77

421. Ususfructus PRO PARTE interitum recipit ,
l. 14 , h. t.

Et certae partis non utendo amittitur , l. 25 , h. t.
Secus de USU , l. 19 , de usu & habit.

TIT V. De usufructu earum rerum quæ usu
consumuntur vel minuuntur.

423. Vide 393.

TIT VIII. De usu & habitatione.

Cod. III , 33.

425. Nudus USUS , id est , sine fructu , iisdem modis
constitui solet quibus & ususfructus , l. 1 , h. t.

Iisdem finitur , l. 3 , §. 3 , de usufr. & quemad.

Fructui & usus inest , usui fructus deest , l. 14 ,
paragr. I , h. t.

426. Usus fundi longè minus est quam fructus , l. 10 ,
paragr. 4 , h. t.

Cui enim usus relictus est , uti potest , frui non potest ,
l. 2 , h. t. vide tamen 435.

Usus non possidetur , sed magis tenetur , l. 1 , pa-
ragr. 8 , quod legat. vide 394 , 2013.

427. Qui habet usum fundi habitare in eo potest , Do-
minumque prohibere illò venire nisi agri colendi
causa , l. 10 , paragr. 4 , h. t. , vel fructus percipiendi ,
d. paragr. 4.

COLONUM verò prohibere non potest , d. §. 4.

Nec molestus esse his per quos opera ruicta fiunt ,
l. 11 , h. t.

De CELLA vinariâ & oleariâ utitur solus , l. 10 ,
in fine h. t.

Deambulandi quoque & gestandi jus habet , l. 12 ,
§. 1 , h. t.

Et LIGNIS utitur ad usum quotidianum , & horto ,
& pomis , & oleribus , & floribus , & aquâ , d. §. 1 .

Ad usum scilicet non usque ad abusum , d. §. 1 .

Totos fructus penū consumere potest mediocris
prædii , modò utatur ut bonus pater familias debet ,
l. 15 , h. t. vide 1743.

D iii.

Cum CONVIVIS & hospitibus potest uti. l. 12 , §.

1. h.t.

Et in oppidum deferre de his quæ abundant in fundo , d. §. 1.

Aliquò enim largius cum usuario agendum est pro dignitate ejus , d. §. 1.

428. Qui usum habet PECORIS ad sterçorandum dunataxat , etiam modico laete utetur , l. 12 , §. 2 , h. t.

Neque enim tam strictè interpretandæ sunt voluntates defunctorum , d. §. 1 , vide 1649.

Sed neque lanâ , neque agnis. d. §. 1.

429. Cui DOMUS usus relictus est , habitare potest cum familiâ suâ & inquilino & hospite , l. 2 , §. 1 , h. t. & cliente , l. 3 , h. t.

Et cùm marito & socero , l. 4 , §. 1 , h. t. & nuru , l. 5 , h. t. vide 1714.

Cum liberis & parentibus , l. 6. h. t.

Quamvis post constitutum tempus nupserit , d. §. 1.

Cæterarum quoque rerum usu legato , uxor cum viro in promiscuo usum habet , l. 9 , h. t. quamvis testator prohibuerit , l. 8 , §. 1 , h. t.

In stipulato quoque usu per verbum IPSUM & sui comprehenduntur. l. 21 , de precar.

430. Et si totius DOMUS usum non poslit occupare , tamen eis quæ vacabunt proprietarius non utetur. l. 22 , §. 1 , h. t.

431. Nec habitationem seorsim LOCARE , nec VENDERE , nec gratis concedere licebat , sicuti nec usum fundi. l. 8 & l. 11 , h. t. hodie locare licet , l. 13 , cod. h. t. vide 405 , 450.

432. In SARCTIS TECTIS communis est refectio tam heredis quam usuarii dum heres percipit fructum , l. 18 , h. t.

Solius verò usuarii si heres percipere non possit. ibid. vide 401.

433. HABITATIO morte finitur , l. 11 , cod. de usufr. & hab. vide 416.

Usque ad vitam extenditur licet expressum non sit. l. 10 , §. 3 , h. t.

434. Heres transfire per domum ut ad hortum vel cæna-

culum eat , potest , dum non noceat legatario . l. ult.
de servit. urb.

435. Si usus SYLVÆ legatus sit fructum quoque lega-
tum videtur , l. 22 , h. t.

Nisi enim liceret cædere sylvam & vendere quemad-
modum fructuariis licet , nihil proficeret legatario ,
ibid. vide 408.

436. Quomodo caveat , *vide 437.*


T I T. IX. *Ususfructuarius quomodò caveat.*

437. De utroque legatarius cavet se usurum boni viri ar-
bitrati , & finito usufructu quod indè extabit restitu-
turum , l. 1 , h. t. *vide 393.*

Si autem abutatur , statim committitur stipulatio ,
d. l. 1 , §. 5.

Idem. De usuario , l. 5 , §. 1 , h. t.

*Intellige de cautione juratorid quoties legatarius pau-
pertate laborat , ne ipsi inutile legatum sit : juratoria
etiam sufficit quoties legatarius dives est , undè ferè in
desusum abiit cautio datis fidejussoribus hoc titulo in-
dicta , vide 393.*



L I B E R V I I I.

T I T. I. *De servitutibus.*

Cod. III , 34.

442. SERVITUTES sunt jura prædiorum per quæ
prædia prædiis serviunt , Cujac. in cod. h. t.

Tam urbanorum quam rusticorum , l. 1 , h. t.

Servitus quæ nihil vicinorum interest non valet , l.
15 , h. t. *vide 448.*

Nisi in propriæ rei traditione imposta sit , l. 19 , h. t.

Nec ut pomum decernere , spatiari , cænare in alieno
liceat , l. 8 , h. t. *vide 474.*

*Item. Servitutem recipere sine stipulari nisi sibi , ne-
mo potest , l. 5 , comm. præd.*

Quædam servitutes sunt PERSONARUM ut usus & usufructus. l. 1, h. t. vide 448.

443. Quælibet res jure naturali præsumitur libera, Goth. in l. 1, cod. h. t. ex l. 4, de justit. & jure.

Quapropter in obscuro pro LIBERTATE favorabilis respondetur. l. 10, in fine, de manum. testam. vide 1985, 2038.

444. Nemo servitutem vindicare potest quam is qui dominium in fundo vicino habet cui servitus debetur, l. 2, paragr. 1, & l. 4, paragr. 7, si servit. vend.

Ideem in ÆDIBUS, l. 6, paragr. 3, eod. tit.

Servitutum non ea natura est ut quis aliquid faciat, sed ut PATIATUR aut non faciat, l. 15, paragr. 1, h. t. vide 973, principaliter scilicet non in consequentiam, Goth. in d. parag. 1.

Ubi quis REFICERE, tenetur (ut 467,) poterit Domino rem derelinquere, l. 6, paragr. 2, si servit. vind. vide 401, cum servitutem hanc non debeat homo sed res, d. paragr. 2.

Servitute usus non videtur nisi is qui suo jure utiliter credidit. l. 25, quem. serv. amitt.

445. Quod humani juris esse desiit servitutem non recipit. l. 4, comm. præd. vide 618.

446. Servitus servitutis esse non potest, l. 1, de usu & usufr. leg. l. 33, in fine de servit. rust. vide 1704.

Ideò ususfructus itineris, aëtus, viæ, aquæductus legari non potest. d. l. 1.

447. Nullum prædium ipsum sibi servit, d. l. 33, & nulli res suâ servit. l. 26, de servit. urb.

Quia nemo sibi servitutem debet, l. 10, comm. præd.

Unde rei SUÆ nec pignus, nec depositum, nec precarium, nec emptio, nec locatio consistere possit. l. 45, de regul. jur. vide 2127, 915, 1000.

448. Servitutes prædiorum appellantur quoniam sine prædiis CONSTITUI non possunt, l. 2, paragr. 1, comm. præd.

Quibus officere possint, l. 39, de servit. urb. vel professe, l. 15, h. t. vide 442.

Unde vendito fundo servitutes sequuntur, l. 12, comm. præd.

*Fallit in servitutibus personarum quæ sine fundo
constituuntur, ut putà in usu vel ususfructu legato,
toto tit. de usu & ususfr. leg.*

*Vel si per domus hereditarias jùs transundi filiæ
legatum sit, l. 6, de servit. leg. quod ad heredes filiæ
non transmittitur. ibid. vide 405, 493.*

449. *Jura urbanorum prædiorum nec pignori dari nec
hipothecæ possunt, l. II, in fine de pignor. nisi fun-
do cui cohærent obligato, Goth. ibi.*

*Rusticorum possunt ei qui vicinum fundum habet,
l. 12, de pign.*

Utræ præcario dantur, l. 3, de precar.

*PERSONALES & cedi & pignerari possunt, non qua-
tenus servitutes sunt, sed quatenus commoditatem uten-
di in se continent. Goth. in l. 11, paragr. 2, de pignor.
ex d.l. 3, vide 405.*

450. *LOCARE servitutem prædialem nemo potest, l.
44, locati & ibi Goth. vide 431.*

*Nec Dòminus servientis fundi, nec is cui debetur,
Goth. ibid.*

*PERSONALEM potest, l. 12, §. 2, de ususfr. vide
405. Quia personalis est, & ad tempus constituta. Goth.
ibid.*

451. *Omnes servitutes prædiorum perpetuas CAUSAS
habere debent vel naturales, non quæ manu fiant,
l. 28, de servit. urb. l. 20, paragr. 1, de servit. rust.*

*Prætor tamen tuetur eum qui jus aquæ per rotam
tollendæ acquisivit, l. 2, comm. præd.*

452. *Si quis diurno usu & longâ possessione jus ser-
vitutis naëtus est, non est ei necesse de jure docere,
l. 10, si servit. vind. vide 2113, 32, 2025.*

*Modò ostendat se non vi, non clàm, non precariò
per tempus præfinitum possèdisse, ibid. & l. 1 & 7, cod.
h. t. vide 2121. id est, decennium si causâ servitutis
appareat.*

*Habuisse enim longâ consuetudine vel ex jure impo-
sitam servitutem videtur, l. 1, paragr. ult. de aqua.
& aqu.*

*Quippe longi temporis consuetudo vicem servitutis
obtinet, l. 1, cod. h. t.*

Quapropter si lex agricola non inveniatur, VETUSTAS, vicem legis obtinet, l. 1, ult. de aqua & aqua. vide 32, 485, & semper pro lege habetur. l. 2, eod. tit. 453. Ubi servitus causam DISCONTINUAM habet, requiritur tantum tempus ut ejus initii memoria non extet, Goth. in l. 3, paragr. 4, de aqua. quotid. vide 485, 2094.

Ut autem extet MEMORIA, sufficit si qui audierint eos qui memoriam tenuerint, l. 2, paragr. 8, de aqua & aqua. l. 28, de probat.

454. Unus ex Dominis communium aedium servitutem imponere non potest, l. 2, h. t.

Ne quidem in favorem focii, l. 5, comm. præd. l. 19, de servit. rust.

Quia per partes servitus imponi non potest nec acquiri, l. 6, paragr. 1, eod. tit. vide 478.

Licet per partes servitus retineatur, l. 8, §. 1, h. t.

Idem. De libertate, l. 34, de servit. rust.

455. OPUS necessarium ad servitutem exercendam facere licet, l. 10, h. t. l. 20, paragr. 1, de servit. urb.

Dum ne quid ultrà quod necesse est, d. paragr. 1, vide 477.

456. Servitus LENIOR fieri potest non DURIOR, l. 20, parag. 5, de servit. urb.

Nisi naturaliter, l. 20, paragr. 1, de servit. rust.

Unde ille cui aquam educere in fundum inferiorem licet, ex alio fundo ducere non permittitur, l. 29, h. t.

457. Serviens prædium aliis vel pluribus servum fieri potest, l. 15, comm. præd. l. 2, paragr. 1, de servit. rust.

Modò prior servitus non impediatur. Glossa in d. l. 15, in verbo posse, vide 481.

Servitus nullum tribuit dominium in loco serviente. l. 4, si servit. vind.

458. Servitus & per socium & fructuarium & bona fidei possessorem nobis retinetur, l. 5, quem servamus. per hospitem & colonum, l. 20, eod. tit. vide 506.

Non autem per eos acquiritur. l. 2, h. t. l. 5, comm. præd. l. 15, parag. 7, de usufr..

459. Dolus est servitutes fundo vendito debitas scienter RETICERE, l. 66, paragr. 1, de contr. empt. difficile admittendum quia tanti minoris vendidit.

Item. Qui non dicit, de tributo tenetur, l. 21, paragr. 1, de act. empt. vide 974.

TIT. II. De servitutibus urbanorum prædiorum.

460. Ædificia appellamus urbana prædia quamvis in villa sint, l. 1, comm. præd.

URBANUM non locus facit, sed materia, l. 198, de verb. signif.

Horum servitutes sunt, altius tollendi aut non, stillicidii avertendi in tectum vel aream vicini vel non, tigni immittendi in parietem & similia, l. 2, h. t.

Et ne prospectui officiatur, l. 3, h. t. nec luminibus, l. 15, h. t.

461. Servitus ALTIUS non tollendi constitui potest quamvis in medio sint ædes non servientes, l. 5, si servit. vind. vide 476.

Quia donec medius vicinus altius non extollit, est utilitas servitutis, d. l. 5.

Si medius altius extulerit cessat servitus, sed renascetur dum rursus deposuerit intra tempus statutum, l. 6, si servit. vindic. etiamque post tempus statutum. *Glossa ibi in verbo statutum, ex l. 35, de servit. rustic. vide 484, 488.*

Hæc servitus non impedit viridaria superponere, nisi servitus esset de prospectu. l. 12, h. t.

462. Forma ac statum antiquorum ÆDIFICIORUM custodiri debet, l. 11, h. t. vide 2620.

Si forma per statutum vel servitutem imposita sit. Fabrication. in d.l.

Sed cum eo qui tollendo obscurat vicini ædes quibus non serviat nulla competit actio, l. 9, h. t. l. 8, cod. de serv.

463. Et deprimendo ædes LUMINIBUS offici potest, si minus per repercussionem lumen devolvatur, l. 17, paragr. 2, h. t.

Non tamen si plus aequo lumen facit, l. 17, §. 1, h. t.

464. Legatarum ædium lumina obscurare conceditur ut non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquantur quantum sufficit habitantibus in usus diurni moderatione. *l. 10, h. t. vide 397.*
465. QUI jus STILLICIDII habet non potest mutare ita ut aqua gravius cadat, *l. 20, paragr. 4 & 5, h. t. vide 456.*
- Cujus ædificium jure superius est, inferiora ædifica non graviore servitute oneret quam pati debent. *l. 24, h. t.*
466. Ita idoneus esse debet PARIES communis ut utram ædium onera sustinere possit, *l. 36, de damn. inf. vide 1944.*
- Si verò minus sit, præstatur facultas ædificandi ei qui eum magis idoneè reficere velit, *l. 41, eod. tit.*
- Eum nec reficere nec demolire potest vicinus, invito altero, *l. 8, h. t.*
- Nec deteriorem reddere, *l. 13 & l. 19, h. t.*
- Nec inclinatum habere in ædes vicini, *l. 14, §. 1, & l. 17, si servit. vind.*
- Nec fenestræ aperto pariete immittere, *l. 40, h. t.*
467. Qui servitutem ONERIS FERENDI debet, reficiet parietem ad onera sustinenda, *l. 6, paragr. 2, si servit. vind.*
- In perpetuum enim talis esse debet ut onus sustineat, *l. 33, h. t.*
- Potest tamen Dominus rem derelinquere, *d. paragr. 2, vide 444.*
- Dum autem reficitur, debet ille cui debetur ipse fulcire domum suam suis sumptibus. *l. 8, si servit. vind.*
468. Spatium legitimum intermitti debet ab eo qui iuxta ædes vicini ædificat, *l. 14, h. t. id est, duo pedes & semis, Goth. ibid.*
- Intellige in villis rusticis, non in civitatibus vel vicis.*
- Nec tam altè fodere ut paries vicini stare non possit, *l. 24, paragr. 12, de damn. inf. vide 1954.*
469. Nec FUMUM in superiora ædifica, nec aquam vel quid ajud in inferiora immittere licet, si talis servitus non sit, *l. 8, paragr. 5, si servit. vind.*

Etayer, appuyer...

Verum non grave fumum, putà ex suo foco licet,
ibid. paragr. 6.

Injuria autem est si superioris vicini fumigandi cau-
sâ faceret animo injuriandi, l. 44, de injur. vide 2360.

TIT. III. *De servitutibus prædiorum rusticorum.*

472. Hæ servitutes sunt iter, actus, via aquæductus,
l. 1, h. t.

Item aquæductus, pecoris ad aquam appulsus, jus
 pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodendæ, *l. 1, §.*
1, h. t.

Ut fructus in vicini villâ cogantur, coactique ha-
 beantur, *l. 3, paragr. 1, h. t.*

Utque pedimenta ad vineam à vicini prædio suman-
 tur. *d. paragr. I.*

473. Servitutes prædiorum rusticorum etiamsi corpo-
 ribus accedunt incorporales tamen sunt, *l. 14, de*
servitut.

Ideoque non usu capiuntur. *ibid.*

474. Servitutes prædiorum sine prædiis constitui non
 possunt, *l. 1, paragr. 1, comm. præd.*

Nec ultrâ CONSTITUI possunt quam quatenus ad
 eum ipsum fundum opus sit, *l. 5, in fine, h. t. vide*
442.

Iisdem fere modis constituantur quibus ususfruc-
 tus, *l. 5, de servit. vide 1707.*

475. Quæcumque servitus fundo debetur, omnibus
 ejus partibus debetur quamvis particulatim venierit,
l. 23, paragr. 3, h. t. vide 489, 2664.

Indivisibilia enim & incorporalia tota sunt in toto,
& in qualibet parte, Goth. in d. paragr. 3.

Et fundum etiam publicatum sequuntur, *l. 23, §.*
2, h. t.

476. MEDIUM prædiū quod non servit impedit ser-
 vitute, *l. 7, paragr. 1, h. t.*

Sectis in urbanis, *l. 5, si servit. vind. vide 461.*

Vel si medius Dominus iter ad transendum cesse-
 rit, *l. 17, paragr. 4, de aqua & aqu.*

477. REFECTIONIS gratiâ accedendi ad ea loca quæ

non servient facultas tributa est his quibus servitus debetur, *l. 11, comm. præd. vide 2119.*

Quà tamen accedere sit necesse, *ibid. vide 455.*

478. ITER est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, *l. 1, h. t.*

ACTUS est jus agendi jumentum vel vehiculum, *d. l. 1, iter enim continet, ibid.*

VIA est jus *vehēndi & agendi & ambulandi*, nam & iter & actus continet, *ibid. Goth. legit. vehēndi non eundi ut in lege est, & rectè.*

Uſus eorum indiviſus est, ideo singuli coheredum ſolidam viam petunt, *l. 17, de ſervit. vide 454.*

479. Latitudo ITINERIS actusve ſi demonstrata non fit, hoc ab arbitro statuerendum eſt, *l. 13, paragr. 3, h. t.*

VIÆ ſi dicta latitudo non eſt, legitima debetur, *d. paragr. 2, oſto pedes habens in porreſtum, in anfractum, id eſt, ubi flexum eſt ſexdecim. ex l. 12 Tab. l. 8, h. t.*

480. Itineris uſu ſervatur & actus, *l. 2, quom. ſervit. amitt.*

Item. Qui per partem itineris it, totum jus uſu capere videtur, *l. 8, in fine, eod. tit. vel ſervare, l. 18, h. t.*

Aut enim tota hæc ſervitus amittitur, aut tota ſervatur, *d. l. 18, vide 506.*

Item. Qui communem fundum hábet cum pupillo, (*individuum, Goth. ibi.*) licet uterque non uteretur, tamen propter pupillum viam retinet, *l. 10, quom. ſerv. amitt.*

481. Suprà iter alienum ARCUS aquæ ducendæ causâ non jure fiet, *l. 11, de aqua & aqu.*

Per quem enim locum viam alii cefſero, per eundem alii aquæduſtum cedere non potero, *l. 14, h. t.*

482. Iter nihil prohibet ſic conſtitui ut quis interdiu dumtaxat eat, *l. 14, comm. præd.*

Quod ferè circā prædia urbana etiam neceſſarium eſt, *d. l. 14.*

483. Si via, iter, actus, aquæduſtus legetur ſimpliciter, per fundum facultas eſt heredi per quam partem fundi velit conſtituere ſervitutem, *l. 26, h. t.*

Si modò nulla captio legatario in servitute sit, d.
l. 26.

Via autem datur si legata sit ubi æquè commodè
minore fundi servientis detimento, l. 9, de servit.
vide 489.

Sed ut quâ primum directa est, ea demum ire agere
debet, d. l. 9.

Quâ enim primum iter determinatum est, eâ ser-
vitus consistit, l. 13, paragr. 1, h. t.

484. Si locus impetu FLUMINIS occupatus est, &
postea restitutus, servitus quoque restituitur, l. 14,
qu. servit. amitt. vide 488, 461, 2014.

Quamvis id tempus præterierit ut servitus itineris
amittatur, ibid. vide 500.

485. AQUÆDUCTUS est jus aquam ducendi per fun-
dum alienum, l. 1, h. t.

Ductus autem aquæ cujus origo memoriam exces-
sit, iure constituti loco habetur, l. 3, paragr. 4, de
aqu. quotid. vide 452.

Aquæductus enim vetustas autoritatem dat, ta-
met si jus non probetur, l. ult. de aqua & aqu. vide
1951.

486. Non possum aliâ HORA aquam ducere quam
quâ jus habeam ducendi, l. 2, de aqua quotid.

Quasi modus servituti impositus, l. 4, §. 2, de
servit.

487. Si PARS fundi cui servitus debetur vendita sit,
neque bonitatis agri aut usus ratio habenda est, sed
pro modo agri detenti aut alienati fiet ejus aquæ di-
visio, l. 25, h. t.

De FLUMINE quoque publico pro modo possesso-
num dicitur. l. 17, h. t.

488. Jus aquæductus amissus ex quo fons exaruit,
RESTITUITUR si iterum fluat, l. 34, §. 1, & l. 35,
h. t. vide 461, 484.

Cùm non negligentia aut culpa, sed quia ducere
non potuit, d. l. 35, vide 2157.

Quamvis post constitutum tempus, d. l. 35, paragr.
1, vide 500.

489. Si destinata non sit pars fundi per quam aquam

duceret, totus fundus serviat, l. 21, h. t. vide 475.

Sed si loca vacua sint in fundo, ea sola eo nomine
servient, l. 22, h. t. vide 483.

490. Aqua PUBLICA ita demum duci permittitur si
sine injuriâ alterius id fiat, l. 17, in fine, h. t. vide
1953, 2102.

Aqua PRIVATA non ducitur sine voluntate ejus-
ad quem usus ejus pertinet, l. 4, cod. de servit.

Cum sit durum & crudelitati proximum sicutientibus
agris ad aliorum usum aquam in prædiis nostris
ortam propagari, l. 6, cod. de servit.

Item. Poteſt Dominus fundi facto opere aquam
continere, & facere quominus ager vicini irrigari
posſit, l. 10, eod. vide 524, 1953.

491. Etiam non ad irrigandum, sed amoenitatis causâ
aqua duci potest, l. 3, de aqu. quotid.

492. Qui jus habet aquam ducere rivo, ITER & com-
modum habet ad REFLICIENDUM, l. 11, paragr. I,
comm. præd. vide 2119, 477, 455.

493. Qui habet aquæ haustum ITER quoque habet ad
hauriendum, & contrâ. l. 3, paragr. 3, h. t. vide 978.

494. Jus aquæ fluentis in FONTEM cuidam concessum
gratuitò, ad heredem non transit quasi personale, l.
37. h. t. vide 448.

Ez quoties testator personam demonstravit. l. 4, h.
t. vide 1715.

495. Si servitus non debeatur, poterit dominus facto
opere continere aquam, & facere quominus ager vici-
ni irrigari poss. l. 10, cod. de serv. vide 1953, 524.

496. Non licet ædificare, vel alio modo versari juxta
aream vicini, ut VENTUS excludatur, & paleæ se-
cerni à frugibus non possint. l. ult. in fine, cod. de
servit.

497. Si locare liceat? Vide 450, de rivis 2119.

T I T. I V. Communia prædiorum...

498. Vide 442.

T I T. V. Si servitus vindicetur...

499. Vide 452, 444.

T I T. VI. Quemadmodum servitutes amittantur.

500. Constitutæ servitutes non utendo AMITTUNTUR decennio contra præsentes vicennio contra absentes, l. 13, cod. de servit. vide 417, 2028.

Duplicato tempore si alternis annis, vel mensibus, constitutæ sint. l. 7, h. t.

Quod & in servitute ITINERIS, servatur, ibid.

Modò nec uno die servitute usus sit, l. ult. cod. de servit.

In rusticis sufficit non uti. l. 6, de servit. urban.

In urbanis non omnimodò, sed ità si vicinus simul libertatem usucapiat, ut putà si per statutum tempus FENESTRAS meas præfixas habuero, vel obstruxero, ità demùm servitutem altius non tollendi amittam, si per hoc tempus ædes altius sublatas vicinus habuerit, d. l. 6.

Modò nec vi, nec clàm, nec precariò. l. 1, cod. de servit. vide 2121.

501. Constituendæ servitutis PACTUM non nisi 30 annorum spatio excluditur. l. 19, h. t. & ibi Goth.

502. Ubi solum USUCAPI non poterit, nec superficies usucapietur, l. 26 & l. 39, de usurp. & usuc.

Servitutes quæ in superficie consistunt, possessione retinentur, l. 20, de servit. urban.

Et quasi factò possidentur, ibid.

503. TEMPUS quo non est usus præcedens fundi Dominus, imputatur ei qui in ejus loco successit. l. 18, paragr. 1, h. t. vide 2658.

505. Extinguitur servitus si dominium prædii servientis pervenit ad eum cui servit, l. 10, in fine, comm. præd. vide 447 & 1662.

Dùm idem utriusque prædii Dominus esse cœpit, l. 1, h. t.

Undè si vendere vult, nominatim denuò imponenda servitus est. l. 30, de servit. urban.

506. Si servitus PLURIBUS fundis debita sit, & unus statuto tempore non usus fuerit, jus ipse amittit, l. 16, h. t.

Nec cæteris qui utebantur accrescit , d.l. 16 , in fine .
Quod si fundus communis sit , per unum omnibus
servatur , ibid. vide 480.

Unica hæc enim censetur servitus quæ aut tota reti-
netur , aut tota amittitur. l. 18 , §. 1 , de servit. præd.
rust. vide 480.

507. Si pendente conditione heres servitutes imposuit ,
extinguentur si legati conditio existat , l. 11 . §. 1 , h. t.

Si acquisivit , sequuntur legatarium. d. paragr. 1.

508. Jus immittendi non amittitur dum immittere non
potest , vicino ædificatum non habente. l. 18 , paragr.
2 , h. t. vide 500.

509. Si ARBOR luminibus officiat , non quemadmo-
dum paries extructa libertatem usucapere dicitur. l.
7 , de serv. urban.



L I B E R I X.

T I T. I. Si quadrupes pauperiem fecisse di-
catur. (vid. inf. II^o: 535 ..)

514. PAUPERIES est damnum sine injuriâ facientis
datum , l. 1 , §. 3 , h. t.

A quadrupede feritate commotâ , ibid. paragr. 4.

— Lex 12 Tab. voluit aut dari animal quod nocuit ,
aut æstimationem noxiæ offerre , l. 1 , h. t. vide 548.

— Nec ultrà , animalia nos onerare solent , l. 7 , paragr.
1 , de damn. infect.

Secùs si à cane soluto , vel qui per eum locum in-
ducii non debuit. l. 1 , §. 5 , & l. 2 , §. 1 , h. t.

v. 523. 515. Si habenda fera aut noxiun animal est , ut dam-
num inferre non possit , l. 41 , de ædil. edict.

Quâ vulgo iter fit. l. 41 , eod. tit. vide 543.

516. Si damnum CULPA ducentis accidit , damni in-
juriæ agetur , l. 1 , §. 4 , h. t. id est , l. aquiliâ. Goth.
ibi. vide 523.

Idem. Si continerî firmius potuit , l. 1 , §. 5 , h. t.

Nec videtur iniquum si INFIRMITAS culpæ adnu-
meretur , l. 8 , paragr. 1 , ad l. aquil. vide 2653.

Cum affectare quisque non debeat in quo intelligit vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram. *d. paragr. 1, vide 530.*

Idem. Si propter loci iniuriam aut culpam MULIONIS, aut si plus justo onerata sit quadrupes, *l. 1, paragr. 4, h. t.*

Vel si ob impetum equi quo vehebatur. *l. 8, §. 1, ad l. aquil.* quem retinere non potuit. *ibid.*

517. Hac actione tenetur qui cum equum permulisset vel palpatus est, alium calce percusserit, *l. 1, §. 7. h. t.*

Si equum percussisset aut vulnerasset, Aquiliam l. tenetur, d. paragr. 7.

Si alia quadrupres aliam concitavit ut damnum daret, ejus quae concitavit nomine agetur, l. 1, §. 8, h. t.

Si BOS alterius bovem occiderit, & vivi pretium & cadaver mortui dispergient, Exod. 21, 36, si sciebat cornupeta, reddet bovem pro bove & cadaver accipiet. ibid. 37.

518. Si ursus fugerit a Domino & sic nocuerit, cessat actio, l. 1, . 10, h. t. modò sine culpa.

Quia desiit Dominus esse ubi fera evasit, ibid. vide ibid. 1993.

Et ideò si eum occidi, meum corpus est. ibid.

519. Noxa caput sequitur, adversus Dominum haec actio datur, non cuius fuerit quadrupes, sed cuius nunc est, l. 1, paragr. 12, h. t.

Item. Natur adversus heredes non jure successionis, sed eo jure quo Domini sunt, *l. 1, §. 17, in fine, h. t.*

Noxae autem dare est animal tradere vivum. ibid. paragr. 14.

520. Si ante litem contestatam deceperit animal, extinta erit actio. l. 1, paragr. 13, h. t.

521. Si commune plurium sit animal, adversus singulos erit in solidum noxalis actio. l. 1, §. 14, h. t.

522. De noxalibus actionibus. vide 548.

TIT. II. Ad legem Aquiliam.

523. Injuriā, id est, non jure factum, hoc est contra ius, l. 5, paragr. 1, h. t.

INJURIAM accipimus damnum culpā datum, d. §. 1.

Qui injuriā animal occiderit, quanti id in eo annos plurimi fuit, tantum aës Domino dare debet, l. 2, h. t. vide 536.

Si quis alteri damnum faxit, quidve usserit, fregerit, ruperit injuriā, quanti ea res erit in diebus 30, proximis tantum aës Domino dabit. l. 27, paragr. 5, h. t. & quanti plurimi. l. 29, paragr. 8, h. t.

524. Nemo damnum facit, nisi qui id facit quod fa-
cere iudi

Nec vim facit qui suo jure utitur, l. 197, sive 155, paragr. 1, eod. tit. nec injuriam, l. 13, paragr. 1, de injur. vide 2352.

Nec dolo malo qui iussū judicis facit, cùm parere necesse habet, l. 127, sive 167, §. 1, de regul. jur. Ejus verò culpa nulla est, cui parere necesse est, l. 129, sive 169, eod. tit. vide 1808, 2308.

Imò is damnum dat qui jubet dare, ibid. vide 805, 549.

Item. Non imputatur damnum si magnā vi cogente, aut si ex necessitate in periculo datum sit nullā interveniente culpā, l. 29, §. 3, & l. 49, §. 1, h. t.

Cùm aliter tueri se non posset. l. 45, paragr. 4, h. t.

525. Cessat actio si INCENDII arcendi gratiā, quis vicinas aëdes intercidit justo metu ductus, ne ad se ignis perveniret, licet anteā extinctus sit, l. 49, paragr. 1, h. t. vide 754.

Defendendi sui causā cum aliàs non posset, l. 3, puragr. penult. de incend.

Qui nullo incendio præcedente id fecerit, tenetur, quamvis posteā incendium ortum fuerit, l. 7, paragr. 4, qu. vi. aut. cl.

Quia non ex post facto, sed ex præsenti statu aestimatur. d. paragr. 4.

526. Adversis periculum naturalis ratio permittit se defendere, l. 4, h. t. vide 2444.

VIM enim VI defendere omnes leges omniaque jura permittunt, l. 45, paragr. 4. h. t. vide 2434.

2688. 520. Ses tuendi duntaxat non ulciscendi causā, d. paragr. 4, vide 2105.

Iudè fit ut quod quisque ob tutelam corporis sui fe-

cerit, jure fecisse existimetur. *l. 3, de justit. & jur.*
527. Quod quis ex culpâ suâ damnum sentit, non intellegitur dñnum sentire, l. 203, de regul. jur. vide 2355.

Multa enim reprehenduntur quibus summovetur pectoris, si evitare periculum poterit. *l. 28, in fine, h. t. vide 538.*

528. Si in colluctando, vel pugillando occiderit, cessat aquilia, modò in publico certamine, l. 7, paragr. 4, h. t. & non contra cedentem, vel dolo malo.

Quia gloriæ causâ & virtutis, non injuriæ gratiâ videtur damnum datum, *d. paragr. 4, vide 600.*

Nam lusus quoque noxius in culpâ est, *l. 10, h. t.*

Ut si quis fugaverit pecus, & in fures incidit, vel precipitata sunt pecora, *l. 50, in fine, & l. 51, defurt.*

Nec tam perniciosus lusus debet esse impunitus. *ibid.*

529. MAGISTRATUS municipales tenentur de dñno injuriâ dato, si pecudes captas pignori fame ne caverint, aut res tritas corruptasque reddant, l. 29, paragr. 7, h. t.

Quamvis modica castigatio eis non sit deneganda. *l. 12, de jurisd. vide 98.*

530. MEDICUS tenetur de imperitiâ, l. 7, in fin. h. t.
 Vel si medicamento perperam usus fuerit, *l. 8, h. t. vide 2447.*

Vel si dereliquit curationem, *d. l. 8.*

Culpa enim est se immiscere rei ad se non pertinenti. *l. 36, de regul. jur. id est, cuius est ignarus. Goth. ibi. vide 2653, 516.*

531. Si unus mortiferè vulneraverit, & alter mortem præbuerit, uterque de occiso tenebitur, l. 51, h. t.

Idem. Si alius tenuit, alias interemit. l. 11, paragr. 1, h. t. vel impulit. l. 7, paragr. 3, h. t.

532. PRÆCEPTORIS nimia sævitia culpæ assignatur, l. 6, h. t.

Quia levis duntaxat castigatio concessa est docenti. *l. 5, in fin. h. t. l. 13, §. 4, locati vide 2352.*

533. Si fossam quis fecerit in sylvâ publicâ, & bos in eam inciderit, tenetur, l. 7, §. 8, quod vi aut cl.

Quamvis ferarum capiendarum causâ, *l. 28, h. t. nisi in locis ubi fieri solent, ibid. vide 543.*

Idem. Si laqueos posuit quo jus ponere non habet, *l. 29, h. t.*

In *l. enim.* aquiliâ & levissima culpa venit, *l. 44, h. t.*

Quoties sciente Domino servus vulnerat vel occidit, tenetur dominus, *d. l. paragr. 1.*

Scientiam hic pro patientiâ accipimus, ut qui prohibere potuit teneatur si non fecerit, *l. 45, h. t.* vide 2656.

Item. Qui occasionem dat damnum fecisse videtur.

l. 30, paragr. 3, h. t.

534. Hæc actio competit & pro CANE feris & ovibus læsis, *l. 29, paragr. 6, h. t.*

Quamvis alienum PECUS in agro suo deprehensum si occidisset teneatur, *l. 39, paragr. 1, h. t.*

Illud enī expellere debuit, quomodo si suum deprehendisset, *d. paragr. 1.*

Nec illud jure includit, *d. paragr. 1, nisi teantispēdum ejus Dominus appareat, Goth. ibi.*

Vel de damno caveat, *l. 9, paragr. 1, de damno inf. l. 8, de incend.*

535. In hac actione non venit æstimatio lucri futuri, si incertum sit, *l. 29, paragr. 3, h. t. vide 1947.*

Nec duplum excedit si certam habeat quantitatem, *l. unicā, cod. de sent. qu. pro.*

Item. Non affectiones æstimandæ, sed quanti omnibus valeret, *l. 33, h. t. vide 1843, 761.*

Secūs de commōdo quod pretiosiorem faceret, *l. 23, §. 6, h. t.*

536. OCCISUS æstimatur quanti plurimi fuit in anno, *l. 21, h. t. vide 523, retrorsūs computato, ibid. paragr. 1.*

Si post longum intervallum mortuus sit, computabitur annus ex die quo vulneratus est, *d. paragr. 1.*

Præstabitur quoque quantum interfuit non esse occisum *ibid. §. 2.*

Veluti si sub pœnâ tradendum promisit, *l. 22, h. t.*

Et quanti cætera corpora depretiata sunt, ut putâ si ex quadrigâ aut ex pari mularum, unum vel unam occiderit. *l. 22, §. 1, h. t.*

537. DIFFORMITATIS ratio non est in homine vul-

nerato , cùm liberum corpus aestimationem non recipiat , l. 3 , si quadr. paup. l. 1 . . 5 & 7 , de his qui effud.

Sed tantùm impensarum in curationibus , & operarum quibus caruit . d. l. 7 .

538. Qui in loco periculoſo ſe commiſit , de ſe queri debet , l. 11 , h. t.

Vel ſi evitare periculum potuit , l. 28 , §. 1 , vide 527.

Undē ſi unā plures equitarent , & equus irruit in equum nulla erit actio . l. 57 , h. t.

539. Qui ſervos noxios habuit damni injuriā tenetur , cur tales habuit ? l. 27 , §. 11 , h. t. vide 748.

540. Nunquam crescit ex poſt facto præteriti delicti aestimatio . l. 180 , ſive 138 , paragr. 1 , de reg. jur.

541. Hæc actio heredi datur , ſed non in heredem cùm ſit poenalis , l. 23 , paragr. 8 , & l. 5 §. 5 , & ult. h. t. vide 2310.

De noxalibus actionibus , vide 548.

TIT. III. *De his qui effuderint vel dejecerint.*

542. Edicto locus eſt quoties res poſita eſt ut nocere poſſit , & coercetur qui poſuit ut eam auferat , ſive nocuit , ſive non nocuit , l. 5 , ¶. 11 , h. t. vide 533.

Ad vias pertinet per quas iter fit , l. 6 , h. t.

Nec ſpectamus ut noceat , ſed ſi nocere poſſit , d. paragr. 11.

Quapropter quod ſuſpendum decidit pro dejecto habetur , l. 1 , paragr. 3 , h. t.

543. Si quid DEJECTUM noceat , nec monuit qui dejectit , tenebitur , l. 31 , ad l. aquil.

Quasi ex maleſicio , l. 5 , paragr. 5 , de obligat. qui ſi vi tempeſtatis ? vide 1943.

Publicè enim utile eſt ſine metu & periculo per itinera commeari , l. 1 , §. 1 , h. t. vide 515 , 2098.

Si nullum iter eſſet ibi , dolum duntaxat præſtabit , non culpam , l. 31 , ad. l. aquil.

Cùm devinare non poṭuit an aliquis tranſiturus ſit , d. l. 31.

Idem. Si NOCTE dejectum ſit , niſi in eum locum quo nocte iter fit . l. 6 , paragr. 1 , h. t.

544. Qui HABITAT damnum præstat ex dejectis vel effusis in locum quo vulgo iter fit, vel in quo consistitur, l. 1, h. t.

Suam suorumque culpam præstare debet, l. 6, paragr. 2, h. t.

Idque in solidum si plures in eodem cœnaculo habitantes sint, l. 1, in fine, & l. 3, h. t.

Et in eâ parte ubi effusum est, si divisus cœnaculus sit, l. 5, h. t.

Nisi ex cuius cubiculo dejectum sit appareat, l. 5, paragr. 2, h. t.

Item. Ist tenetur qui hospitium dedit. l. 1, §. 9, h. t.

545. Si positum DECIDERIT & nocuerit, in eum competit actio qui posuit, non in eum qui habitaverit d. l. 5, paragr. 12.

546. Si domus corruat, vide 1943.

T I T. IV. De noxalibus actionibus.

Cod. III, 41.

548. Noxales actiones ex NOXA atque maleficio servorum instituuntur, l. 1, h. t.

Ne multetur Dominus ultrà deditiōnem noxae, si dedere malit. Cujac. h. t. vide 514, 1940.

Nisi mandavit vel deposituit Dominus, quamvis vitium ignorans, l. 61, §. 5, de furtis, vide 731.

Iniquius enim est nemini officium suum quod non sui commodi causâ suscepit, damnosum esse, ibid.

Sed justissimè procurator vel depositarius allegat non fuisse se id damnum passurum si non suscepisset, ibid.

Unde secùs erit si commodavit, quia nulla utilitas, commodantis intervenit, ibid. §. 6, vide 724.

Noxae deditio pro solutione est. l. 6, §. 1, de re judic.


549. Ad ea que non habent atrocitatē facinoris vel sceleris ignoscitur, si iis qui vice Dominorum sunt veluti tutoribus aut curatoribus obtemperaverint, l. 199, sive 157, de regul. jur.

Is enim damnum dat qui jubet dare, l. 129, sive 169, de regul. jur. vide 524.

Et qui non prohibuit cùm posset. l. 45, ad l. aquil. vide 533, 2656.

550. De

550. De ædibus pro noxā dandis, vide 1940. de pauperie,
524. de noxā, 519.



LIBER X. (vid. inf. d. 520,

TIT. I. Finium regundorum. (de Centibus)

Cod. III, 39.

553. **H**æc actio est quæ inter CONFINES datur ad agrorum finibus regundis. Cujac. h. t.

Prius de possessione causâ motâ. l. 3, cod. h. t. vide 2017.

554. In finali quæstione 30, tantummodo annorum præscriptio locum habet, l. ult. cod. h. t.

Vetera MONUMENTA & census auctoritas sequenda sunt. l. II, h. t. vide 2640. — *int. 8 ag. 520. da*

555. Quandoque ille cui plus adjudicatur certam dare pecuniam condemnatur. l. 2, paragr. 1, & l. 3, h. t. (Centibus) vide 561, 571.

556. In hoc judicio actor est qui ad judicem provocavit, l. 13, de judic. l. 2, paragr. 1, comm. divid.

Idem. In judicio familiæ erciscundæ, & communii dividendo. dd. II.

557. Coheredes ejus qui hoc judicio egit unius personæ vice habentur, cum non possit in partes judicium scindi, l. 48, fam. ercisc.

Idem. In judicio familiæ erciscunde, & communii dividendo. d. l. 48.

558. Hæc actio in personam est licet pro vindicatione rei est, l. 1, h. t.

Quamvis magis fundo quam personis adjudicetur, l. 4, paragr. 5, h. t.

Si proprietatis controversia cohereat, prius possessionis quæstio finiatur, l. 3, cod. h. t.

Cessat actio ubi VIA publica vel FLUMEN est in confinio, l. 4, in fine, & l. 5, h. t.

Secùs si rivus privatus. l. 6, h. t.

E

559. Oleum aut ficum ab alieno fundo ad 9 pedes plantato , l. ult. h. t.

Cæteras arbores ad pedes 5 , ibid.

Puteum ad passus latitudinem , ibid.

Si sepulchrum aut scrobem FODERIT , quantum profunditatis habuerit tantum relinquito , ibid.

Si sepem infoderit terminum ne excedito , ibid.

Si maceria struxerit pedem relinquito , ibid.

Si domum pedes duos. ibid.

560. De termino modo , vide 2387.

TIT. II. Familiæ erciscundæ.

Cod. III , 36.

561. FAMILIÆ , id est , rei vel pecuniæ hereditariæ ERCISCUNDÆ , id est , dividundæ. Cujac. h. t.

Per hanc enim actionem dividitur hereditas , l. 2 , h. t.

Licitatione interdum admissâ , l. 22 , paragr. 1 , h. t. vide 555 , 571.

Si tam difficilis sit ut pœnè impossibilis esset divisio videatur , l. 55 , h. t.

Item. Qui adjudicat potest imponere aliquam servitutem. l. 22 , paragr. 3 , h. t.

562. Qui fam. ercisc. judicio agit , non confitetur adversarium sibi esse coheredem , l. 37 , h. t. quin agere possit de petitione hereditatis. Cujac. IX observ. 36 , apud nos hac subtili distinctione actionis resecata , pro confessione esset actio , & ita in Basilicis.

563. Talem DILIGENTIAM præstat coheres , quam in rebus suis , non qualem diligens pater familiæ , l. 25 , paragr. 16 , h. t.

Cum coherede enim non contrahimus , sed incidi mus in eum , d. paragr. 16.

Eadem sunt si duobus res legata sit , ibid.

Et SUMPTUS bonâ fide factos & earum usuras consequitur , l. 18 , §. 3 , h. t. actione negotiorum gestorum , l. 18 , in fine , cod. h. t.

564. Evictionis detrimentum coheres pro parte agnos-

re Scrobbi, ou Scrobbi, M. et. trou pour planter un arbre, la vigne &c.

tmacchia, Muraille de ville, d'enclos, de jardins, de place.

cit; l. 14, cod. h. t. vide 572, nisi eventum uniusque suscepit, d. l. 14.

Si autem scierit alienum esse non datur aetio, nisi de evictione cautum sit, l. 7, cod. comm. utriusq. vide 1132.

565. Venena, libri improbatæ lectionis, & similia veniunt in hoc judicium, l. 4, paragr. 1, h. t.

Sed haec omnia protinus corrupienda sunt, d. paragr. 1, vide 327.

566. Cautiones (*papiers*) hereditariæ apud eum manent qui majore ex parte heres sit, l. 5, h. t.

Si omnes iisdem partibus, sortiri eos oportet, vel in æde sacrâ deponere, d. l. 5.

Cautione (*promesse*) interpositâ, ut cum res exegerit ipsæ exhibeantur. *ibid.*

567. CULPÆ nomine tenetur qui cum antè alias adifset hereditatem, servitutes passus est non utendo amitti, l. 25, paragr. 18, h. t.

De collationibus, vide 1881.

TIT. III. Communi dividundo.

Cod. III, 37.

569. Cum res communis est, locus est communi dividendo judicio, l. 2, h. t.

Sive ex societate, sive non, d. l. 2.

Sive dotalis, l. 2, cod. de fundo dot. vide 569.

Sive hereditario jure, l. 34, pro socio, l. 44, fam. ercisc.

Nemo enim in communionem vel societatem compellitur INVITUS detineri, l. ult. cod. h. t. l. 26, paragr. 4, de cond. indeb. vide 903, 906.

Ita ut pactum ne omnino divisio fiat, nullas vires habeat, l. 14, paragr. 2, h. t. vide 904.

Sed valet ne intrâ certum tempus societas dividetur. d. paragr. 2 & 3.

570. Instrumentis non intervenientibus, divisio recte facta valet. l. 9, cod. de fide instr. l. 4, cod. h. t.

571. Si divisio commodè fieri non possit, aestimatione justâ factâ, unicuique adjudicatur compensatione

pretii invicem facta , eoque cui res majoris pretij obvenit , cæteris condemnato , l. 3 , cod. h. t. vide 555 , 561 , sive licitatione .

Ad LICITATIONEM nonnunquam extraneo emp-
tore admissa . d. l. 3 .

572. In comm. divid. justo pretio res aestimatur , l. 10 ,
in fine , h. t.

De evictione cavetur , ibid. vide 564 .

Cum divisionem prædiorum vicem emptionis ob-
tinere placuit . l. 1 , cod. comm. utr. jud.

573. ARBOR in confinio nata , item lapis quamdiu
cohæret in utroque fundo communis manet , l. 19 ,
h. t. vide 2338 .

Succisa verò vel eruta , aut lapis exemptus in hoc
judicium venit . d. l. 19 .

574. Veniunt IMPENSÆ & fructus etiam contra he-
redem socii , l. 4 , paragr. 3 , h. t. vide 907 .

Quamvis fundum socius alienaverit , l. 6 , paragr.
3 , & l. 14 , paragr. I , h. t.

Et quod communi nomine actum est , aut agi de-
buit , l. 14 , h. t.

Et. quidquid CULPA socii admissum est , l. 20 , h. t.

Vel consecutum , ita ut nequè damnum nequè lu-
crum sentiat , l. 6 , paragr. 2 , h. t.

Ut in omnibus ÆQUALITAS servetur , l. 4 , cod.
h. t.

Si non communi nomine sed suo , ut lucretur solus
socius locaverit , magis est ut damnum ad eum respi-
ciat . l. 6 , paragr. 2 , h. t. vide 894 .

575. Majoribus 25 annis subvenitur , si vel per perpe-
ram divisio facta sit , l. 3 , cod. comm. utr. jud.

Quia in bonæ fidei judiciis (2695 .) quod inæqua-
liter factum est in melius reformabitur , ibid. intel-
lige si ultrà dimidiā , in Galliâ verò si vel ad qua-
drantem , Goth. ibi & quidem ad minorem quanti-
tatem , si inter fratres agatur . Fab. defin. 3 , cod.
comm. utr. jud. vel minimam si inter socios , nisi ex
transactiōne .

Item omnino reformabitur , si inæqualitas in errore
calculi vel mensoris consistat .

576. In prædiis dividundis, quod omnibus utilissimum est sequi convenit, l. 21, h. t.

Vel quod malint litigatores. *ibid.*

577. Si sciam rem communem esse, ignorem autem quis mihi socius sit, propriam rem tueor, & magis ex re quam ex personâ actio nascitur, l. 29, h. t.

Secùs si puto in rem propriam impendere, *ibid.*

Quo casu retentionem impensarum tantùm habeo, quia neminem mihi obligari volui, l. 14, §. 1, h. t.

Nec negotiorum gestorum actio est. d. §. 1.

TIT. IV. *Ad exhibendum.*

Cod. III, 42.

580. EXHIBERE est facere in publico potestatem exercendi, l. 2, h. t. & videndi, tangendi facultatem præbere. l. 3, paragr. 8, *de hom. lib. exhib.*

581. Datur hæc actio etiam ei qui dominus non est, l. 3, paragr. 1, h. t.

Modò ejus intersit exhiberi, d. l. paragr. 9.

Et justa sit, & probabilis causa, d. l. paragr. 11.

Et omnia noscat, & argumenta rei dicat, d. l. 3.

Non tamen ut RATIONES adversarii sibi exhibeantur. l. 19, h. t. vide 126.

582. Datur adversus civiliter vel naturaliter possidentem, l. 3, paragr. ult. h. t.

Et adversus enim qui dolo fecit quominus poslideat. l. 5, paragr. 2, h. t. vide 367, 2011.

Et adversus eum qui materiam meam delatam in agrum suum auferre non pateretur, l. 9, §. 1, h. t. vide 1943, 2135.

Utque CHIROGRAPHUM reddatur exacto debito. l. ult. cod. h. t. vide 2283, 693.

583. In hac actione reus contumax per in litem jusjurandum petitoris damnari potest. l. 3, §. 2, h. t.

Judice quantitatem taxante, d. paragr. 2.

584. Si quis ex uvis meis mustum fecerit, vel ex olivis oleum, vel ex lanâ vestimenta, ad exhibendum actione tenetur, l. 12, paragr. 3, h. t.

*Quia quod ex re nostra sit, nostrum esse verius est.
d. paragr. 3, vide 1635.*

585. HERES qui possidet non quasi heres, sed suo nomine tenetur, l. 12, paragr. 6, h. t.

Vel si locupletior hereditas facta est. d. §. 6.

586. *De liberis exhibendis, vide 2137, de tabulis exhibendis, 1605.*

L I B E R X I .

TIT. I. *De interrogationibus in jure faciendis & interrogatoriis actionibus.*

587. **A**nte judicium nemo cogitur de suo jure aliquid respondere. l. 1, §. 1, h. t. *vide 314, 48.*

588. Voluit Prætor adstringere eum qui convenitur ex suâ in judicio responsione, ut vel confitendo vel mentiendo fœse oneret, l. 4, h. t.

Quasi ex contractu obligatus, l. 11, §. 9, h. t.

Modò confessiones & jus & naturam recipere possint, l. 14, in fine, h. t.

Quapropter falsæ quoque naturalibus rebus debent convenire, ut obligetur qui falso respondit, l. 13, paragr. 1, h. t.

Qui autem justo errore ductus negavit, veniam dignus est. l. II, paragr. 10, h. t.

589. Nihil interest neget quis an TACEAT interrogatus, an obscurè respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem, l. II, paragr. 7, h. t.

Porrò qui tacet non utique fatetur, sed tamen verum est eum non negare, l. 184, sive 142, de regul. jur. vide 2051, 2706.

Omnino verò non respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit, l. II, §. 5, h. t.

Qui omnino non respondit contumax est. d. l. II paragr. 4.

Et Prætorem contemnere videtur, d. paragr. 4.

590. *Ubi cùmque judicem æquitas moverit, æquè*

oportere fieri interrogationem dubium non est , l.
21 , h. t.

591. PÆNITERE responsi licet , si nulla captio ex
eius pœnitentiâ sit actoris , l. 11 , in fine , h. t.

592. Qui sine interrogatione respondit , pro interrogato
habetur , l. 9 , h. t.

Interrogatum non solum à Prætore accipere debe-
mus , sed & ab adversario . d. l. 9 , paragr. 1.

593. Alius pro alio non debet respoudere , l. 9 , paragr.
3 , h. t.

De se enim debet quis in judicio interrogari . ibid.

594. Qui in jure CONFESSUS est , suam confessio-
nem infirmare non potest , l. 29 , paragr. 1 , de donat.
vide 2050.

595. De confessis . vide 2050.

T I T. III. *De servo corrupto.*

Cod. VI , 2.

596. Tenetur & qui malo monstravit in quem modum
delinqueret , l. 1 , paragr. 4 , h. t.

Si dolo malo , l. 1 , paragr. 3 , h. t. vide 2495 , 2316.

PERSUADERE plus est quam compelli atque co-
gi sibi parere , l. 1 , paragr. 3 , h. t. vide 2436.

Item qui malum fecerit deteriorem , d. l. paragr. 4.

Nec oportet laudando augere malitiam . ibid.

597. Datur actio utilis de FILIO FAMILIAS corrupto ,
l. 14 , paragr. 1 , h. t.

Quoniam interest nostrâ animum liberorum nostros
rum non corrumpi . d. paragr. 1.

598. Hæc actio perpetua est , & heredi cæterisque suc-
cessoribus competit , l. 13 , h. t.

Non autem in heredem , quia pœnalis est , ibid.

T I T. V. *De aleatoribus.*

Cod. III , 43.

600. S. C. vetuit in pecuniam LUDERE , l. 2 , paragr.
1 , h. t.

Et sponzionem facere non licet, l. 3, h. t.

Præterquam si quis certe hastâ, vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, quod virtutis causâ fiet, l. 2, paragr. 1, h. t. vide 528.

Modò ditiones non ultrà unum numisima, ad singulos congressus aut vices, l. 1, in fine cod. h. t.

Cæteri longè minori pecuniâ, ibid.

Si plus lufum fuerit & solutum repetatur, ibid.

Quod in CONVIVIO vescendi causâ ponitur, ludere permittitur, l. ult. h. t.

601. Viëtus in lusu non potest conveniri, & si solverit repetitionem habet, l. 1, cod. h. t.

Quæ actio & heredibus, & contra heredes datur, d. l. 1, & contrâ petentes, l. ult. in fine h. t.

Idque perpetuò, etiam post 30 annos, l. 1, cod. h. t.

Quod si repetere neglexerit, datur actio cuicunque volenti, & præcipue civitatis primati vel defensori, ut in opera civitatis expendat. d. l. 1, quod moribus nostris non convenit.

602. In eum qui illum apud quem alea lufum esse dicetur, verberaverit; dannumve ei dederit, sive quid eo tempore dolo eius substractum est, judicium non datur, l. 1, h. t. intellige in ipso ludendi actu.

Nec si furtum factum domi eo tempore quo alea iudebat, d. l. 1, §. 2, quod nullius est momenti, nec impunitum esset, cum tale impunitum non sit inter collusores, d. l. 1, paragr. 1.

603. De jaclu retis, vide 917.

TIT. VI. Si mensor falsum modum dixerit.

605. Hæc actio dolum malum duntaxat exigit, l. 1, paragr. 1, h. t.

Lata autem CULPA planè dolo comparatur, d. §. 1, vide 238.

Sive in ædificii mensurâ fecellit, vel in frumenti, vel in vini, l. 5, in fine, h. t.

Item & adversus architectum l. 7, §. 3, & tabularium qui in computatione fecellit, d. l. 7, paragr. 4.

TIT. VII. *De religiosis & sumptibus funerum.*

Cod. III, 44. Novel. 59 & 60.

607. Summa ratio est quæ pro RELIGIONE facit, *l. 43, in fine, h. t.*

Invito tamen domino locus religiosus fieri non potest, *l. 2, cod. h. t.*

608. Non oportet ornamenta cum corporibus conditne quid aliud hujusmodi, *l. 14, paragr. 5, h. t.*

Nec inepta voluntates defunctorum circà sepulturam valent, *l. 113, in fine, de legat. vide 610.*

609. FUNERIS sumptus accipitur quidquid corporis causâ erogatum est, antequâm sepeliatur, *l. 37, h. t.*

Et omne creditum præcedit, l. 45, h. t. vide 2688, paragr. 29.

Etiam locatorem, super inventis & illatis, l. 14, paragr. 1, h. t. vide 1023.

Accipiuntur. & impensæ in mortui infirmitatem factæ, *l. 4, cod. de petit. hered.*

Quâcumque actione utatur qui expendit, *l. 17, de reb. auct. jud. sive 2, de privil. cred.*

610. Funus facere oportet quem decedens elegit, *l. 12, paragr. 4, h. t.*

Si nihil dictum sit sumptus arbitrantur pro facultibus, vel dignitate defuncti, *l. 12, paragr. 5, h. t.*

Ex bono & æquo, *l. 14, paragr. 6, h. t.*

Nec voluntas testatoris sequenda est si res egrediatur iustam sumptus rationem, *d. §. 6, vide 658.*

Solutiū tamen æquitatem iudex sequitur, cum hoc ei actionis natura indulget, *l. 14, §. 13, h. t.*

611. Sumptus non repetit qui PIETATIS gratiâ fecit, non hoc animo quasi recepturus, *l. 14, paragr. 7, h. t. vide 683, 1431.*

612. De suo expedit mortuos funerari, *ibid. §. 13.*

Proinde qui propter funus impendit, cum defuncto contrahere creditur non cum herede, l. 1, h. t.

Unde MULIERES de suis dotibus funerantur, l. 36 & l. 22, h. s.

E v.

Et à marito qui dotem lucratus est sumptus etiam repetit pater, *l. 30, h. t.*

Et maritus à patre, si dotem non lucratus est, *l. 13, cod. de negot. gest.*

613. Interdum modicus sumptus non admittitur, si forte in contumeliam defuncti locupletis, modicus factus est, *l. 14, paragr. 10, h. t.*

614. Hæc actio non est annua sed perpetua, & heredi & in successores datur, *l. 31, paragr. 2, h. t.*

616. Mortuum inferre non est pro herede gerere, *l. 4 & l. 14. §. 8, h. t. l. 49, in fine fam. ercisc.*

617. Sepulchrum est ubi corpus, ossa, vel reliquiae hominis condita sunt, *l. 2, §. 5, & l. 42, h. t.*

618. Religionis interest, MONUMENTA extrui & exornari, *l. 1, §. 6, de mort. infer. vide 621.*

Sed caveri non potest ut ad certam altitudinem ædificantur, nec ut certus numerus hominum in uno loco humetur, *l. 4, comm. præd.*

Quia quod humani juris esse desiit, servitutem non recepit, d. l. 4.

619. ITER ad sepulchrum concedi jubet Prætor justo pretio, *l. 12, h. t.*

620. Jus sepulchri competit liberis cujuscumque sexus vel gradus, etiamsi heredes se abstineant, *l. 6, h. t.*

Ad affines seu proximos cognatos non transit, nisi heredes institutos, *l. 8, cod. h. t.*

Post restitutam hereditatem apud heredem remanet. *l. 42, parag. 1, ad trebell.*

621. Statuas sepulchro superimponere, & ornamenti superaddere facultas est, *l. 7, cod. h. t. vide 608 & 610.*


622. Negat lex regia mulierem quæ prægnans mortua sit, humari antequam partus ei EXCIDATUR, *l. 2, de mort. infer.*

Qui contrà fecerit spem animantis cum gravida pereuisse videtur, d. l. 2, sed qui nimis festinanter, perimit non spem sed verè animatum, undè necesse est ut certissime & evidemissime appareat mortua, quod penè impossibile est, si in puerperio decesse videtur maximè in instante mortis.

623. HERETICOS permittitur sepeliri legitimis se-
pulchris , l. 9 , cod. de heret. & munich.
624. Nullum vestigal pro corporibus latis. l. ult. cod.
h. t. vide 1960.

TIT. VIII. *De mortuo inferendo & sepulchro
aedificando.*

625. *Vide* 616.



L I B E R X I I.

TIT. I. *De rebus creditis , si certum petatur ,
& de condicione.*

Cod. IV , 1 & 2.

626. *CREDITUM* propriè est mutuum , Cujac.
h. t.

Generaliter accipi potest ut creditum sit , quidquid ex
aliqua causâ debetur , Goth. in l. 2 , §. 3 , h. t.

Vel quoties in eontractu aliam fidem sequimur , Fab.
ration. in d. paragr. 3 , ex l. 1 , h. t.

A mutuo differt quâ genus à specie , l. 2 , §. 3 , h. t.
627. *MUTUUM* est quasi commodatum ad abusum ,
Cujac. in tit. commod.

Rerum quæ pondere , numero , & mensurâ consi-
stunt , l. 2 , §. 1 & 3 , & l. 3 , h. t. vide 722.

Dictum ex eo quod de meo tuum fiat , l. 2 , §. 2 ,
h. t. vide 679.

Idcirco si non fiat tuum non nascitur obligatio ,
d. paragr. 2.

Èâ lege ut recepturus sim non eandem speciem si-
cut in commodato , sed idem genus , l. 2 , h. t.

Èâdem bonitate quâ datum est , l. 3 , h. t. & èâ-
dem qualitate , l. 1 , paragr. 2 , de oblig.

Nam in contrahendo quod agitur pro cauto ha-
bendum est , l. 3 , h. t. vide 2207 , 2189.

E vj

628. In mutui datione oportet dominum esse dantem ,
l. 2 , paragr. 4 , h. t.

Vel si ut propriam pecuniam numeravit , l. 7 , cod.
si certum petat.

Et puberem qui accepit , PUPILLUS enim ex mu-
tuuo ne quidem jure naturali obligatur , l. 59 , de oblig.
& act. licet auctore patre , l. 141 , paragr. 2 , de verb.
oblig. vide 1396.

SOCIUS de communi pecuniâ mutuum dare non
potest invito socio , quia suæ partis tantum alie-
nationem habuit , l. 16 , h. t.

Nec nisi pro parte suâ condicere potest . l. 13 , §. 2 ,
h. t. vide 900.

629. Si quolibet CASU rem amiseris , nihilominus
obligatus es , l. 1 , paragr. 4 , de oblig. secùs in com-
modato , 725.

Qui rem vendendam acceperit ut pretio uteretur ,
periculo suo rem habebit , l. 4 , h. t. vide 849.

*Quamvis ex fortuito casu amiserit eam , quia do-
minus est , Goth. in d. l. 4.*

Modò mutuum fuerit solâ causâ vendendi , nec aliâs
venditurus esset , nisi ut alter pretio uteretur , l. 11 ,
h. t.

Maximè si sine usuris credidit , d. l. 11.

630. Qui decem dat frustrâ pascitur viginti deberi ,
l. 17 , de paëtis. vide 142.

Sed poterit pacisci , ut novem tantum debeantur ,
l. 11 , paragr. 1 , h. t. vide 2215.

631. Licet quis credendo non adjecit de pecuniâ sibi
ex aliâ causâ debitâ , tamen integra manet , l. 29 ,
de oblig. & act.

632. Paëtum ut NON PETATUR donationis causâ
fit , nec solutionis vice habetur . Goth. in l. 23 , de paët.
vide 2240.

633. Exceptio NON NUMERATÆ pecuniae , bién-
nio continuo extinguitur , l. 14 , cod. de non num.
pec. vide 2285.

*In Gallia perpetua est , sed ei incumbit onus pro-
bandi qui dicit . Goth. in d. l. 14 , modò ex scriptis
probetur , aliâ non est in usu maxime pluris si 100.*

librarum agatur. Ord. Molin. 1566, art. 54, 1667,
tit. 20, art. 2.

Item. Cessat si solverit, portionem debiti vel usuras.
l. 4, cod. eod.

634. VINUM mutuum datum certo tempore reddendum, aestimatur quanti fuisset eo tempore: si dictum non sit, quanti tunc cum petitum esset, l. 22, h. t.

Et quanti eo loco ubi esset petitum, si dictum non sit de loco, d. l. 22, vide 707.

635. Certi conductio ex omni causâ & obligatione ex quâ certum petitur competit, l. 9, h. t. de *condicōnibus*, vide 665

T I T. II. *De jurejurando sive voluntario, sive necessario, sive judiciali.*

Cod. IV, i. II, 59.

639. *JUS JURA NDUM* est affirmatio religiosa, Cujac. in cod. h. t.

Voluntarium est quod à parte defertur, Cujac. h. t.
Necessarium quod pars cui delatum est refert delatori, Cujac. h. t.

Judiciale quod à judice defertur, Cujac. h. t.

640. Decidendæ controversiæ causâ defertur, l. 1, h. t.

Etiam à judice inopiâ probationum, l. 3, cod. de reb. cred.

Maximum remedium expediendarum litium, l. 1, h. t.

Qui verò sine delatione jurat, sibi tantum jurat. l. 3, h. t. vide 657.

641. Is à quo jusjurandum petitur, eligere debet aut solvat aut juret, l. 34, §. 6, h. t. l. 9, cod. de reb. cred.

Nisi malit referre jusjurandum, tunc enim non debet displicere conditio jurisjurandi ei qui detulit, ibid. paragr. 7, & d. l. 9.

Cum manifestæ turpitudinis & confessionis sit, nolle, nec jurare, nec jusjurandum referre, l. 38, h. t..

Modestius verò facit qui refert jusjurandum , quām ut ipse juret , l. 25 , §. 1 , de pecun. constit.

Exindē ex relatione jurisjurandi , non jurante actore reus absolvitur , l. 34 , paragr. ult. h. t.

Jusjurandum quod ex conventione extra judicium defertur , referri noni potest. l. 17 , h. t.

642. In omni causā & actione juratur , l. 3 , §. 1 , h. t.

Sed non debet deferrī jusjurandum in fraudem creditorum , l. 9 , paragr. 5 , h. t. intellige ejus qui detulit . vide 2075.

Alteri enim neque prodest neque nocet , l. 3 , paragr. 3 , h. t. vide 658 , 2661.

Nisi delatum sit ab uno ex duobus reis stipulandi. l. 28 , h. t. vide 652.

643. Nihil refert cuius sexūs ætatisve sit qui jurasse dicuntur , quamvis pupillus , l. 26 , h. t.

Quia contentus eo cùm deferret fuit , d. l. 26.

PENITERE verò potest qui detulit , si adversarius qui non juravit , postea jurare paratus sit , l. 6 , h. t. vide 647.

644. Conceptio jurisjurandi sive forma arbitrio judicantis est , l. 34 , paragr. 5 , & paragr. 8 , h. t.

645. Rectè defertur à TUTORE vel curatore , l. 17 , paragr. 2 , h. t.

Nam & alienare res , & solvi eis potest , & agendo rem in judicium dēducunt , d. paragr. 2 , vide 1381 , 1740.

Idem à procuratore universorum bonorum , aut si idipsum nominatim mandatum sit , aut si in rem suam procurator sit , l. 17 , §. 3 , h. t. vide 865.

RATUM verò habendum est. d. §. 3 , vide 2269.

646. Jusjurandum à FIDEJUSSORE præstitum , reo nihil prodest , l. 1 , paragr. 3 , qu. rer. act.

Si verò in rem juravit , datur exceptio reo quoque , d. paragr. 3 , l. 28 , paragr. 1 , h. t.

Si filio fam. delatum sit & juraverit , patri exceptio datur. l. 2 , qu. rer. act.

647. ABSENTI & ignorantī , & per epistolam jurisjuri- randi gratia fieri potest , l. 41 , h. t.

Item & si adversarius contentus sit voluntate suscep- tī jurisjurandi. l. 6 , h. t.

648. Ad personas egregias, eosque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad jurandum, l. 15, h. t.

Ut putat Episcopos, nov. 123, cap. 7, ex qua authent. sed Judex. cod. de Episc. & cleric. vide 1210.

649. Jusjurandum speciem TRANSACTIONIS continet, l. 2, h. t.

Et vicem rei judicatae, l. 1, qu. rer. act.

In modo maiorem auctoritatem habet quam res judicata, d. l. 2.

Si à parte delatum sit, vel relatum, l. 31, h. t. l. 1, cod. de reb. cred.

Cum ipse judicem adversarium suum de sua causâ fecerit, l. 1, qu. rer. act.

Item loco solutionis cedit, l. 27, h. t. acceptilationi simile, l. 40, h. t. & novationi, l. 26, h. t.

Perpetuamque exceptionem parit, l. 40, h. t.

Nec aliud queritur quam si juratum sit, remissâ quæstione an debeatur, l. 5, §. 2, & l. 9, §. 1, h. t.

Verum si quis improbatæ RELIGIONIS illicitum jusjurandum detulerit, pro eo habetur ac si juratum non esset. l. 5, paragr. 3, h. t. secus si christianus sit, licet hereticus.

650. Nec PERJURII pretextu, causa retractari potest, l. 1, cod. de reb. cred.

Quamvis perjurium fuerit approbatum, l. 21, de dolo.

Cum jurisjurandi contempta religio satis DEUM habeat ultorem, l. 2, cod. de reb. cred. vide 661.

SUFFICIT que perjurii pœna, l. 22, de dolo. vide 1220.

Testamento tamen reperto, restituet legatum qui falso juraverat sibi deberi, l. ult. cod. de reb. cred.

Ne ex hujusmodi perjurio lucrum ei accedat, d. l. ult.

Interdum ex integro causam agere permittitur, si quis NOVA instrumenta se invenisse dicat, quibus nunc solis usurpus sit, l. 31, h. t.

Intellige si jusjurandum exactum fuisset à judge in dubiâ causâ. d. l. 31, vide 660.

651. ILLICITÆ rei jusjurandum servari non oportet;
auth. quod eis, cod. de nuptiis, & poena perjurii, si
quæ est, in eum convertenda est qui exigit. d. auth.
652. Si reus juravit FIDEJUSSOR tutus est, l. 42, §.
ult. h. t.

Idem de duobus reis promittendi si alter juravit. L.
28, paragr. 3, h. t. vide 642.

653. Faciles sunt nonnulli ad jurandum contemptu re-
ligionis, alii perquam timidi usque ad superstitionem,
l. 8, de condit. instit.

De jurejurando in litem, vide 655.

TIT. III. *De in litem jurando.*

Cod. V, 53.

655. Ex contumaciâ non restituentis, per jusjurandum
in LITEM æstimatur ultrà rei pretium, crescente
condemnatione, l. 1, h. t. vide 367, 241.

Cùm de FIDE RUPTA agatur, l. 5, depos. vide
858.

Sive ex dolo, l. 2, paragr. 1, h. t. vide 241, sive ex
vi, l. 9, cod. unde vi.

Si instrumenta quis non exhibet, l. 10, h. t.

Et prædoni actio datur depositi, & commodati cau-
sa, l. 64, de judic.

Ubi verò ex solâ culpâ quod intersit agentis solum
æstimatur. l. 2, paragr. 1, & l. 4, paragr. ult. h. t.
à judice. 1, 5, paragr. l. 3, h. t.

656. Jurare in infinitum licet, sed judex modum sta-
tuere potest, ut intrà certam quantitatem juretur,
ne in IMMENSUM juretur, l. 4, paragr. 2, h. t.

Cùm potuit judex & à primo jusjurandum non dé-
ferre. l. 5, §. 1, & l. 4, §. 2, h. t.

657. Si aliud quādām judex jusjurandum in litem detu-
lerit, nulla erit religio, l. 4, paragr. 1. h. t.

Nec si posteā jurare paratus sit, l. 5, paragr. 4, de
jurejur. vide 643.

Idem si non delato juratum sit, d. paragr. 1.

Sibi enim juravit. l. 3, de jurejur. vide 640.

658. Iniquum est de alieno factō alium jurare. l. 11,
paragr. 2, de act. rer. amot. vide 642.

659. De NUMMORUM aestimatione in litem non iuratur, sed tantummodo de eo quod suâ interfuit, numeros sibi suâ die redditos esse, l. 3, h. t.

Cùm certa sit nummorum aestimatio. d. l. 3.

660. Poterit judex jusjurandum quod detulit non sequi, ex magnâ causâ & posteâ repertis probationibus, l. 4, paragr. 3, h. t. vide 650.

Etsi juratum fuerit, l. 5, paragr. 2, h. t.

Non autem si post taxationem impensarum ab eo factam juratum sit. auth. post jusjurandum. cod. de judiciis.

661. De PERJURIO ejus qui ex necessitate juris in litem juravit, quæri facile non solet, l. ult. h. t. Secùs in testibus, vide 1220.

662. Judex aestimare sine relatione jurisjurandi non potest rem quæ non extat. l. 5, paragr. ult. h. t.

663. De jurejurando decisorio, vide 639.

T I T. IV. *De conditione causâ datâ, causâ non secutâ.*

Cod. IV, 6.

665. *Æquitas omnes conditiones induxit. Fab. ration. in l. 66, de cond. indeb.*

666. CONDICERE est denuntiare, instit. de actionib. paragr. 16.

Quod ob rem datur futuram ex bono & æquo repeti potest, veluti si dem tibi ut aliquid facias, & non feceris, l. 65, paragr. 4, de cond. indeb.

Modò ob rem honestam datum sit. l. 1, paragr. 1, de cond. ob turp. vide 670.

667. Si ob CAUSAM præteritam licet falsam, cessat repetitio, l. 52, de cond. indeb.

Quia donare voluit, l. 65, §. 2, eod. tit. vide 680.

Cessat quoque si fortuito casu non est secuta sine culpa accipientis, l. 10, cod. de cond. ob cauf.

Nisi liceat pœnitere ei qui dedit, l. 5, h. t. vide 668.

Kel si impossibilitate conditionis, l. 8, cod. de cond. ob cauf. vide 1966.

Pecunia advocationis causâ data repetitur , si per advocatum stetit quominus fidem adimpleat , l. ult. cod. eod. tit.

Secùs si per eum non stetit ; l. 5 , cod. de postul. vide 157.

Vel si per operarium non stat quominus operas præstet , l. 38 , locati , vide 994.

Non repetit si dedit remunerari existimans , quamvis opinione falsâ deceptus. l. 3 , paragr. 7 , h. t.

668. PÆNITERE licet ei qui pecuniam alteri dedit ut Capuam eat , l. 5 , h. t.

Etiam in causâ libertatis , quamvis favorabilior , l. 5 , paragr. 1 , h. t.

Sed præstabit omne quod interest , d. l. 5.

Et sumptus qui necessarii fuerunt ad profecitionem , licet nondum profectus sit. d. l. 5.

669. De condicione sine causâ , vide 693 , vel turpi , 670.

TIT. V. De condicione ob turpem , vel injustum causam.

Cód. IV , 7.

670. Qui proponit condicione ob TURPEM causam fundat eam ex adversarii turpitudine , non ex suâ. Fabrication. in l. 4 , paragr. 3 , h. t. vide 870 , 891.

Porro quoties solius accipientis turpitudo versatur , repeti potest , l. 4 , paragr. 2 , h. t.

Veluti ob restituenda quæ substraxerat , l. 6 , cod. h. t.

Etiam si res secuta fuerit , dum turpis causa accipientis fuit , l. 1 , paragr. 2 , h. t.

USURÆ verò peti non possunt. l. 4 , cod. h. t. vide 686.

671. Ubi dantis & accipientis turpitudo versatur , repeti non potest , l. 3 , & l. 8 , h. t. vide 2170 , 2306.

Possessor enim potior est , l. 8 , h. t. l. 2 , cod. h. t. l. 170. sive 128 , de regul. jur.

Ut putâ si pecunia detur ut male JUDICETUR , l.

3 , h. t. sive ut benè , l. 2 , paragr. 2 , h. t.

Actionem quoque amittit qui dedit , l. 1 , cod. de pæn. judic. vide 2632.

De condic^t. ob turpem , vel inj. caus. 115

Vel si dederit pecuniam FUR ne proderetur , l. 4 , paragr. 1 , h. t.

Vel si in ADULTERIO deprehensus , l. 4 , h. t. vide 225.

Vel si p^cecunia data sit procuratori , ut damnari se pateretur , l. 9 , de dol. mal. & met.

Et quoties stipulatio contra bonos mores est interposita , l. 5 , cod. h. t.

Quia turpiter accepta pecunia , justius penes eum est qui deceptus sit quam qui decepit. d. l. 9 , id est , penes possidentem. Goth. ibid. vide 2306.

672. Si solius dantis turpitudo est , cessat quoque repetitio , l. 4 , paragr. 3 , h. t.

Veluti si MERETRICI dedit , illa enim turpiter facit quod sit meretrix , non turpiter accipit cum sit meretrix , d. paragr. 3 , quod intellige de ea que eo vivendi genere publice quæstum facit , sive accipiat , sive stipuletur. Fab. ration. in d. paragr. 3 , in fine , & quidem indistincte de omnibus.

673. Quod ex INJUSTA causâ apud aliquem est , potest condici , l. 6 , h. t.

Ut si quid detur ex stipulatione per vim extortâ. l. 7 , h. t. vide 231.

674. De condic^tione furtivâ , vide 700.

TIT. VI. *De condic^tione indebiti.*

Cod. IV , 5.

679. INDEBITUM est non solum quod omnino non debetur , sed & quod alii debetur si alii solvatur , l. 65 , in fine , h. t.

Aut sit id quod alias debebat , alias solvat , ibid.

Vel si ex falsâ causâ debeat , l. 23 , h. t. & solverit per ignorantiam facti , l. 6 , & l. 7 , cod. h. t. vide 1228 , non juris , l. 9 , paragr. 5 , de jur. & fact. l. 10 , cod. eod. tit.

Item. Cum tibi quinmos meos quasi tuos do , non facio tuos , l. 3 , §. 8 , de condic^t. cau. dat. vide 627.

Porrò ex omnibus causis quæ jure non valuerunt , vel non habuerunt effectum per ERRORREM soluta repetuntur , l. 54 , h. t. vide tamen 1690.

Ut putà si ex testamento solutum sit , quod posteà

falsum appareat, ruptum, irritum, vel inofficium, l. 2, paragr. 1, h. t.

Vel si heredi qui legata solvit, nova & inopinata causa hereditatem abstulit. l. 3, h. t.

680. Repetitio nulla est ab eo qui SUUM recepit, tametsi ab alio quam vero debitore solutum est, l. 44, h. t. vide 2079.

Indebitum autem est si quis solvit quod alias debet quasi ipse debeat, l. 65, in f. h. t.

Vel si is qui solvit pro alio non debitum dat, veluti se heredem falso existimans, l. 19, paragr. 1, h. t. Error facti. l. 6, cod. h. t.

Hæc enim condic̄tio ex bono & æquo introducta est, l. 66, h. t.

Nec repetitur quoties NATURALIS obligatio manet, l. 19, & l. 64, h. t. l. 10, de oblig. vide 2190, 781.

Proinde repetit pupillus qui sine tutoris auctoritate promisit & solvit, quia nec naturâ debet, l. 41, h. t.

Non autem qui sciens se non debere solvit, l. 1, h. t. l. 9, cod. h. t. vide 2355, 249.

Cujus enim per ERROREM dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est, l. 52, de reg. jur. vide 1963.

Nec repetit si sciens se perpetuâ exceptione tutam esse solverit, l. 24, & l. 26, §. 3, & §. 7, h. t.

Si per errorem solverit, solutum repetere potest, si ejus causâ exceptio detur, ut in VELLEIANO, l. 40, h. t. vide 827.

Secùs si detur in odium ejus cui debetur, ut in MACEDONIANO, d. l. 40, l. 9, in fine de S. C. Mäcedon. vide 781.

Incerto animo si debeat an non, si indebitum solvit repetit. l. ult. cod. h. t.

681. Qui omis̄ta compensatione solvit, condicere potest quasi indebito soluto, l. 10, §. 1, de compens.

Qui debitum retinere poterat nec retinuit, nihilominus repetit veluti venditor, l. 30, de act. empt.

Idem in marito qui dotem restituit non habitâ ratione impensarum, l. 5, paragr. penult. de impens. in rem dot.

Qui petitionem non habet retentionem quidem ha-

bet , si solvat omissâ retentione non repetit , l. 51 , h. t.

Ut putâ heres qui sciens rationem omisit FALCIDIÆ , l. 1 , cod. ad l. falcid.

Vel cùm debuerat quartam retinere , totam hereditatem restituit , l. 21 , ad S. C. Trebell. vide 1849.

Præterquâm si per errorem omiserit , l. 68 , paragr. 1 , eod. tit. intellige de errore facti non juris , l. 9 , cod. ad l. falcid. vide 1860 , 1228.

682. Si hoc aut illud debeatur , & utrumque solutum sit , habet hodiè electionem recipiendi qui & dandi habuit , l. penult. cod. h. t. secùs jure vetere , ibid. & l. 26 , paragr. 13 , in fine h. t.

Si verò alterutrum perierit nihil repetet , id enim remanebit in soluto quod supereft. l. 23 , h. t. vide 927.

683. PIETATIS causâ solutum repeti non potest , l. 32 , paragr. 2 , h. t. vide 611 , 1431.

Nec si mulier se pro dote obligata existimavit , d. paragr. 2 , sed legendum mater cum Cujac. & Fab. in ration. in d. paragr.

684. Ante CONDITIONIS eventum soluta repetuntur , l. 16 , h. t. nisi conditio omnimodo extitura fit , l. 18 , h. t.

Quod enim sub incerto die debetur , die necessario existente non repetitur , l. 16 , in fine h. t. veluti cùm moriar , l. 17 , h. t. vide 1828.

Cum in diem debitor adeo debitor est , ut ante diem solutum repeterere non possit. l. 10 , h. t. vide 2275.

685. Postrem JUDICATAM , quod ex transactiōne solutum est repeti potest , l. 23 , §. 1 , h. t. vide 150.

Cum res judicata sit finis controversiarum , l. 1 , de re judic. vide 2147 , 2042.

Exinde nullius momenti est talis transactio , l. 23 , paragr. 1 , h. t.

Præterquâm si appellatum sit , vel incertum sit an judicatum sit , vel an sententia valeat , d. paragr. 1.

Nam si lis fuit , hoc ipsum quod à lite disceditur causa videtur esse , l. 65 , paragr. 1 , h. t.

686. Quod rei solutæ ACCEDIT venit in condicione-
nem , l. 15 , h. t. l. 38 , §. 2 , de usur. vide 368 , 1168.

Et fructus veniunt deductis impensis , l. 65 , paragr.
5. h. t. si ex fructibus locupletior sit ille à quo condi-
citur. Fab. ration. in l. 15 , h. t.

Usuræ verò pecuniaæ solutæ non veniunt , l. 1 , cod.
h. t. vide 1143 , 670 , ante moram , vide 1147.

687. Si res quæ condicitur modico distracta sit sine
fraude , hoc solum venit in conditionem quod ex
pretio habuit , l. 26 , paragr. 12 , h. t.

688. Qui loco certo debere existimans indebitum sol-
vit , quolibet loco repetit. l. 27 , h. t.

689. In re obscurâ melius est favere repetitioni , quam
adventitio lucro. l. 41 , de reg. jur.

690. Si evidens calumnia detegitur & TRANSACTIO
imperfecta sit , repetitio dabitur , l. 65 , §. 1 , h. t.
intellige de imperfectâ replicatione doli , nullâ subsis-
tente materiâ transactionis. Fab. ration. in d. §. 1.

691. His solis pecunia condicitur quoquomodo soluta
est , non quibus proficit. l. 49 , h. t.

692. HABITATIONE per errorem datâ pecuniam
condictam , non quidem quanti locare potui , sed
quanti tu conducturus fuisses. l. 65 , paragr. 7 , h. t.

693. Qui indebitum solvit conditionem habet quasi
sine causâ , l. 1 , de cond. sine causâ .

Qui promisit sine causâ condicere quantitatem non
potest quam non dedit , sed ipsam obligationem , d.
l. 1 , vide 133 , sive instrumentum obligationis , l.
2 , cod. de cond. ex lege. vide 2283 , 582.

Ubi verò causam explanavit , stare eum oportet
suae confessioni , nisi sepe indebetè promisisse in scriptis
evidentissimè ostenderit , l. 25 , paragr. ult. de
probat. vide 1186.

Si in favorem civitatis? vide 2628.

694. Nihil refert utrumne ab initio sine causâ datum
sit , an causa secuta non sit. l. 4 , de condic. sine cau.

TIT. VIII. De conditione sine causâ .

696. Vide 693 , 694.

LIBER X I I I.

TIT. I. *De condicione furtiva.*

700. IN re FURTIVA soli Domino condic^tio com-
petit, l. 1, h. t. cui res subrepta est, l. 11, h.
t. vide 851.

Vel heredi ejus, d. l. 11.

Precio non soluto, l. 2, cod. de furt. l. 23, cod. de
rei vindic.

Debuit enim cauti^lis negotiari qui rem furtivam
emit. d. l. 2, vide 2324.

701. Datur adversis heredem cæterosque successores,
quia rei persecutionem habet, l. 7, paragr. 2, h. t.
vide 2310, pro portionibus hereditariis, l. 9, h. t.

Etiamsi res perierit, d. paragr. 2, l. 46, de furt. l.
2, cod. h. t.

Quamvis per dominum steterit condicere eam, l.
ult. h. t.

Donec fur eam obtulerit, l. 8, h. t. d. l. 2, cod. h. t.

Qui enim invito domino rem contrectavit, semper
in restituendâ eâ quæ non debuit auferre, moram
facit. l. ult. h. t.

702. In rei furtivæ ÆSTIMATIONE, id tempus spec-
tandum est quo res unquam plurimi fuit, l. 8, paragr.
1, h. t. l. 67, paragr. 2, de furt.

Quamvis impensis furis, veluti si ex argento subrep-
to pocula fecit, l. 13, h. t.

Nec ei fit injuria, qui imputare sibi debet cur in rem
furtivam sumptum fecerit. Fab. ration. in d. l. 13.

Idem. De curâ & sumptu quibus ANIMAL creverit.
d. l. 13, vide 372.

703. BOVE subrepto & occiso, corium & caro condi-
cuntur. l. 14, paragr. 2, h. t.

704. De furtis, vide 2314.

TIT. III. *De condicione triticariâ.*

705. Qui certam pecuniam numeratam petit, illâ ac-

- tione uititur *si certum petatur*, qui autem alias res, per triticariam condicioneum petit. *l. 1, h. t.*
707. MERX veluti vinum, oleum, frumentum tanti aestimatur quanti fuisset in die & loco quo dari debuit, *l. ult. h. t.*
- Si de loco & tempore nihil dictum sit, tanti aestimatur tunc cum petitum sit. *ibid. & l. 22, cod. de reb. cred. vide 1029, 634.*
708. Post MORAM venditoris quanti pluris fuit tempore venditionis, vel litis contestatae, item & quo loco pluris fuit, vel quo venit, vel ubi agatur. *l. 3, paragr. 3, de act. emp. vide 973.*
709. Si res perierit ante moram, mortis tempus erit spectandum, *l. 3, h. t.*
- Sed latius, non enim debet novissimum vitæ tempus aestimari, ne ad exiguum pretium aestimatio redigatur. *d. l. 3, vide 536.*
712. Is qui certo loco dare promisit, nullo alio solvere invito stipulatore potest, *l. 9, de eo qu. cert. l. 16, paragr. 1, de fidejus. vide 2272.*
- Ne quidem ubi stipulatus est, *l. 122, de verb. oblig.*
- Ne auferat loci utilitatem reo, *l. 2, §. 2, de eo qu. certo.*
- Compensare tamen potest. *l. 15, de compens. cum suâ causâ, id est, ut ratio habeatur de loco. d. l. 15, vide 834.*
713. Inutilis esset stipulatio si IMPOSSIBILE sit in alio loco dari, putâ ut hodiè Carthagine detur, *l. 2, paragr. 6, de eo qu. cert. vide 2205, 993.*
- Si de die dictum non sit, ante diem quam pervenire possit non agat. *d. paragr. 6.*
714. In alio loco potest conveniri debitor, qui certo loco non solvit, *l. un. cod. ubi conv. qu. vel non aedificavit, l. 43, de jud.*
- In id quod interfuit suo loco potius quam in eo quo petitur solvit. *dd. ll.*
715. In actione *quod certo loco* non solum damni, sed & lucri habetur ratio, quamvis ultra legirimum modum usurarum. *l. 2, paragr. ult. de eo quod cert. vide 973, 982.*

716. In summâ æquitatem quoque ante oculos habere debet judex , qui actioni quod certo loco addictus est , l. 4 , paragr. 1 , h. t.

TIT. IV. De eo quod certo loco dari oportet.

Cod. III , 18.

717. vide 712....

TIT. V. De pecuniâ constitutâ.

Cod. IV , 18. Novel. 115 , cap. 6.

719. CONSTITUTUM est conventio quâ quis respondebit citrâ stipulationem , soluturum se quod ipse vel alius debet. Cujac. h. t.

Si constituerit alium soluturum , non se pro alio non tenetur , l. 5 , §. 4 & 5 , h. t. vide 2187.

Præterquam ne ipse faciat quominus alius solvat , l. 38 , de verb. oblig. vide 2216.

Qui constituit tenetur , sive adjecit certam quantitatem , sive non. l. 14 , h. t.

720. Qui constituit pro forte & pro USURIS , si usuræ non debeantur , tenetur pro forte duntaxat , l. 11 , paragr. 1 , h. t.

Item. Si centum debens ducentos constituat , in centum tantummodo tenetur. d. paragr. 1.

721. Utrum præsente debitore an ABSENTE constituat quis , parvi refert , l. 27 , h. t.

Cùm absentes & præsentes constituere possimus , l. 14 , paragr. 3 , h. t.

Ex quocumque contractu potest constitui , l. 1 , paragr. 6 , h. t.

Modò debitum existat , nec per exceptionem inutile reddatur , l. 3 , paragr. 1 , h. t.

Hæc actio adversus heredes perpetuò competit , l. 1 , cod. h. t.

De constituto redditu , vide 1152 , si sine die , 2277.

TIT. VI. Commodati vel contrâ.

Cod. IV , 23.

722. COMMODATUM est conventio quâ res gratis

F

utenda datur. Cujac. h. t. Gratuitum enim esse debet, paragr. commodata , instit. quib. mod. re.

Sive quasi mutuum ad usum. Cujac. ibid.

Mutuum autem est quasi commodatum ad abusum. ibid. vide 627.

Nec potest commodari id quod usu consumitur , l. 3 , §. ult. h. t.

Nisi forte ad pompam , vel ostentationem quis accipiat. ibid.

Rei commodatae & possessionem , & proprietatem retinemus , l. 8 , h. t.

Nec fit ejus cui commodat. l. 9 , h. t.

723. SI FUR vel prædo commodaverit , habet commodati actionem , l. 16 , h. t. vide 851.

Cum commodare possumus alienam rem quam posseimus , tametsi scientes alienam. l. 15 , h. t.

724. Talem DILIGENTIAM præstat commodatarius , qualem diligentissimus paterfamilias , l. 18 , h. t.

Si accipientis duntaxat gratiâ commodata res sit. ibid.

Etiam in his quæ sequuntur rem commodatam , l. 5 , §. 9 , h. t. vide 738.

Et exactissimam diligentiam , nec sufficit eandem adhibere quam suis rebus , si aliis diligentior custodire poterit , l. 1 , §. 4 , de oblig. & act. vide 962.

Non videtur enim redditia res quæ deterior facta redditur , nisi quod interest præstetur , l. 3 , paragr. 1 , h. t. vide 728.

Si utriusque GRATIA commodatum est factum , levem tantum culpam præstabit , l. 18 , h. t. & Goth. in d. l. 3 , paragr. 2 , h. t. vide 242.

Si commodantis tantum gratiâ latam præstat commodatarius. Goth. ibid. sive dolum solum , l. 5 , §. 10 , h. t. vide 2189.

Veluti si quis propriæ sponsæ vel uxori commoda vit , ut honestius culta sit , d. l. 5 , §. 10 , h. t.

Item. CUSTODIAM præstat ille penè quem res relictæ sunt. l. 5 , §. 14 , h. t.

725. De CASU cui resisti non potest , non tenetur commodatarius , l. 5 , §. 4 , h. t.

- Nec de VI majore , l. 1 , cod. h. t. vide 962 .
 Secūs in mutuo , l. 1 , §. 4 , de obligat. vide 629 .
 Nisi fortè cùm possit res commodatas salvias facere ,
 suas prætulit , l. 5 , §. 4 , h. t.
Vel si CULPA interveniat , d. §. 4 , & §. 7 , & l.
 18 , h. t. vide 1378 , 1259 .
Vel si aestimationem rei se præstaturum recipit , l.
 5 , paragr. 3 , h. t. vide 1028 .
Vel si ita convenit casum prævidendo. l. 1 , cod. h.
t. vide 847 .
727. Modica IMPENDIA ad commodatarium perti-
 nent. l. 18 , paragr. 2 , h. t.
728. Qui aliás re commodata UTITUR , furti quo-
 que tenetur , l. 5 , paragr. 8 , h. t. vide 846 , 2320 .
Non verò si in eam rem usus est in quam accepit ,
& in nullâ culpâ sit , l. 10 , h. t. vide 961 .
 Quamvis deterior reddatur , veluti equus qui labo-
 rem sustinere non potuit , l. ult. h. t. vide 2320 .
Idem in equo commodato , ut ad bellum ducere-
tur , l. 5 , parag. 7 , h. t.
Ejus enim erit periculum qui commodavit. d. §. 7 .
729. Quæstum & fructus restituit qui aliquid EXPE-
 RIENDUM accepit , l. 13 , paragr. 1 , h. t.
 Quia periculum non præstitit. d. paragr. 1 .
730. Cùm geritur negotium invicem , & ideo invicem
 propositæ sunt actiones , l. 17 , paragr. 3 , h. t.
 Adjuvari quippè nos non decipi beneficio opòret ,
 d. paragr. 3 .
 Nec potest qui commodavit INTEMPESTIVE usum
 commodatæ rei auferre , ibid. vide 855 , secūs in pre-
 cario , l. 12 , de precar. vide 2126 .
 Voluntatis enim & officii commodare , finemque
 commodati præscribere , necessitatis verò consum-
 mare. l. 17 , paragr. 3 , h. t. vide 2184 .
731. Qui sciens VITIOSA commodavit , tenetur , l.
 18 , paragr. 3 , h. t.
 Si ea ignorantis commodavit , l. penult. h. t. vide
 548 .
Veluti si vinum effusum sit , vel oleum corruptum ,
l. 18 , paragr. 3 , h. t.

Sed paulo remissius circa interpretationem doli mali debere nos versari, quoniam nulla utilitas commodantis interveniat. l. 61, paragr. 6, de furtis.

732. Commodatam rem missus qui repeteret, cum receperisset aufugit, res domino perit, l. 12, §. 1, h. t.

Si commonendi tantum causâ miserat, res ei perit qui commodatus est. d. §. 1, dare enim non debuit.

723. Tenetur coheres in solidum, si forte facultatem habet totius rei restituendæ nec faciat. l. 3, §. 3, h. t.

TIT. VII. *De pigneratitiâ actione vel contrâ.*

Cod. IV, 24.

735. Hæc actio directa competit debitori qui pecuniam omnem solvit, de pignore recuperando, vel ejus pretio, vel quanti interest. Cujac. in cod. h. t.

Oblato pretio, & si non velit accipere consignatio, l. 20, cod. de pign. & hypot. & solemniter DEPOSITO, l. 10, cod. h. t.

Contraria actio creditori datur pro necessariis expensis. l. 8 & l. 25, h. t.

736. Stat pignus pro parte crediti, l. 6 & l. 9, cod. de distr. pign. vide 1097.

Etiam ob chirographariam pecuniam, ut 2688, §. 3, ex tit. cod. etiam ob chirogr. quod in secundo creditore priori offerente locum non habet, l. un. cod. etiam ob hirog.

Et pro usuris, l. 8, §. ult. h. t.

Et pro necessariis IMPENSIS, l. 8, h. t. vide 1317, his tamen non debet pignus ita reddi ut grave sit debitori ad eum recuperandum, l. 25, h. t. vide 1127.

Mediè igitur hæc à judice erunt despicienda, ut neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur. *ibid.*

Etsi res pignerata non extat, impensas nihilominus necessarias, per contrariam actionem habebit, l. 8, h. t.

737. Percepti FRUCTUS ex pignore imputantur in debitum, l. 3, cod. h. t.

Ipsò jure , l. 1 , cod. de distr. pign.

Et quos percipere debuit , l. 3 , cod. h. t.

Et usuras si pluris fundum vendiderit. l. 6 , §. ult; h. t. & usus sit eâ pecuniâ. ibid.

738. Quidquid pignori comodi sive incommodi fortuitò accessit , id ad debitorem pertinet , l. 21 , §. 2 , de pign. & hypot.

Ea quæ DILIGENS pater familias in rebus suis præstatare solet à creditore exiguntur , l. 14 , h. t. ergò non exactissimam diligentiam . Goth. ibid. vide 962.

CUSTODIAM quoque præstat , l. 13 , §. 1 , h. t. l. 19 , cod. h. t. si solius creditoris gratiâ pignus contractum sit , si verò utriusque tenetur tanquam commodatarius. Cujac. XIX. obs. 24 , vide 724.

Plus autem est præstare custodiam , quam exactissimam diligentiam . Fab. ration. in l. 52 , paragr. 3 , pro socio. vide 2675.

739. VIM majorem non præstat , l. 13 , in fine , h. t. vide 1015.

Nec fortuitos CASUS , veluti aggressuras latronum , l. 6 , cod. h. t. vide 875.

Vel si res perierit , l. 9 , cod. h. t.


Cùm fortuiti casus qui prævideri non potuerint , nullo bonæ fidei judicio præstantur , d. l. 6 , vide 2695.

Nec si rem sine culpâ perdiderit , l. 5 , cod. h. t.

Hæc omnia tamen præstat si convenerit ut amissio pignorum liberet debitorem , l. 6 , cod. h. t.

740. Si non solvere , sed alia ratione satisfacere paratus sit debitor , nihil ei prodest , l. 10 , h. t. vide 2272.

741. De lege commissoria in pignore , vide 944 , 914.



L I B E R X I V.

TIT. I. De exercitoria actione.

Cod. IV , 25.

742. AD summam reipublicæ , NAVIUM exercitio pertinet. l. 1 , paragr. 20 , h. t.

F iij

743. EXERCITOR est nauclerus qui navem exercet.
Cujac. h. t. (le propriétaire) ad quem obventiones & redditus omnes perveniunt, l. 1, paragr. 15, h. t. vide 305.

M A G I S T E R navis veluti institutor exercitoris.
Cujac. h. t. (capitaine ou patron) cui totius navis cura mandata est, l. 1, paragr. 1, h. t.

NAVIS accipitur sive marina, sive fluminalis, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia vel synedria sit (*radeau*) *l. 1, paragr. 6, h. t.*

744. EXERCITOR obligatur ex facto magistri, *l. 1, paragr. 4, h. t.* quasi ex maleficio, *l. 5, in fine, de obligat. vide 765.*

Nec interest cuius aetatis sit, *l. 1, paragr. 4, h. t. vide 766.*

Sibi imputaturo qui præposuit, *d. paragr. 4, h. t. vide 283.*

Item ex facto submagistri, quamvis magistro prohibuisset alium præponere, *l. 1, paragr. 5, h. t.*

Hæc ita ex necessitate contrahendi cum magistro, & propter utilitatem navigantium introducta sunt. l. 1, & paragr. 5, h. t.

745. Qui magistrum præponit, contrahi cum eo permittit, *d. l. 1, paragr. 2.*

Indè electio est, excercitorem aut magistrum convenire, *d. l. 1, paragr. 17.*

Nisi contra legem vel modum contractus actum sit, *d. l. 1, paragr. 12 & 14. h. t.*

Non autem ex omni causâ Prætor dat in exercitorem actionem, sed ejus rei nomine cuius ibi præpositus fuerit, *d. l. 1, paragr. 7, vide 765, 308.*

Datur tamen ex mutuo si ad usum hujus rei fuerit mutuatus, *l. 1, paragr. 8, h. t.*

Modò expressè dictum sit, *d. paragr. 8.*

Quamvis mox voluntatem, & in suos usus pecuniam convertit, *l. 1, paragr. 9, h. t.*

Imputaturum sibi cur talem proposuerit. *ibid. vide 766.*

Modò in eâ causâ navis fuerit, ut refici debeat, *l. ult. h. t. vide 1069.*

Nec major pecunia quam quae necessaria est mutuata sit, d. l. ult.

Aliquam enim diligentiam creditor praestare debet, d. l. ult. paragr. 1.

Non verò talem ut ipse curam suscipiat, an in hanc rem pecunia erogata sit, si in hoc crediderit, l. ult. in fine h. t.

Nec si in pretiis rerum emptarum fefellerit magister, l. 1, parag. 10, h. t.

Idem. In INSTITORIA actione, l. ult. §. 2, h. t.
746. Si plures exerceant, in solidum tenentur, l. 1, §. ult. h. t. vide 805.

Nè in plures adversarios distingatur qui cum uno contraxit, l. 2, h. t. l. 27, §. ult. de pecul. vide 2228, 2712.

Nisi plures per se navem exerceant, neque enim invicem sui magistri videntur. l. 4, h. t.

747. Si plures magistri sint non divisis officiis, quodcumque cum uno gestum erit obligabit exercitorem, l. 1, paragr. 13, h. t.

Si divisis, pro cuiusque officio obligatur. d. §. 13.
748. Qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit, l. 1, §. 2, h. t.

Sed culpâ & dolo carere eos curare debet, d. §. 2, vide 306.

Alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi, d. paragr. 2.

Et aliquatenus culpâ reus est, qui operâ malorum hominum uteretur, l. 5, in fine, de obligat. vide 1015, 539.

De FURTIS eorum tenetur, l. un. furti ady. naut. vide 2335.

749. Si magister FILIUS FAM. sit ex scientiâ solâ & nudâ, pater non oneratur, l. 1, paragr. 20, h. t.

Si voluntate patris gerat, in solidum tenetur, d. paragr. 20.

Si minus in peculium. d. parag. 20.

750. Hæ actiones perpetuò, & heredibus, & in heredes dantur. l. 4, paragr. 4, h. t.

751. De institoriâ, vide 765, ut nautæ recepta restituant, vide 306.

T I T . II . *De lege Rhodiâ de jactu.*

754. Qui servandorum mercium suarum causâ , alienas merces in mare projicit , nulla tenetur actione , *l. 14 , de præsc. verb.*

Imò L. Rhodiâ de jactu cavitur , ut si levandæ navis gratiâ jaetus mercium factus est , omnium contributione sarcitur quod pro omnibus datum est , l. 1 , h. t.

Vel deterioratum. l. 4 , paragr. 2 , h. t.

755. Etiam vestimenta in CONTRIBUTIONEM veniunt , *l. 2 , §. 2 , h. t. & annuli , d. §. 2.*

Pro rerum pretio , non pro onere , d. paragr. 2.

Nisi quæ consumendi causâ imposita forent , veluti cibaria. ibid.

Eò magis quod si defuerint in navigatione , quod quisque haberet in commune conferret. l. 2 , §. 2 , in fine , h. t.

756. AMISSÆ navis nulla fit contributio , *l. 5 , h. t.*

*Sed quod quisque ex eâ suum servat , sibi tantum servat , tanquam ex incendio , *l. 7 , h. t.**

Fallit si anteâ cujusdam mercium jaetu levata esset navis , quamvis alio loco & tempore. l. 4 , §. 1 , h. t. quia jaetus etiam illas salvas fecit. Fab. ration. in d. §. & itâ Ordin. 1681 , lib. 3 , tit. 8 , art. 16.

757. Ex eo quod navis deterior facta est , non fit contributio , *l. 1 , §. 1 , & l. 6 , h. t.*

Näm & si faber incudem vel malleum fregerit , non imputatur ei qui locaverit opus , d. parag. 1.

Non idem si arbor , aut aliud navis instrumentum , removendi communis periculi causâ dejectum , vel cæsum sit. l. 3 , & l. 5 , §. 1 , h. t.

758. Si navis à PIRATIS redempta sit , omnes conferre debent , *l. 2 , parag. 3 , h. t.*

Non si quid prædones abstulerint , d. paragr. 3.

759. In SCAPHAM trajecta onustæ navis levandæ causâ si pereant , pro jaeturâ habentur , *l. 4 , h. t.*

Secùs si scapha salva est , & navis periit. ibid.

Quia jaetus in tributum , nave tantum salvâ venit. d. l. 4.

760. Res jacta domini manet, nec sit apprehendentis.
quia pro derelicto non habetur, l. 2, paragr. ult. &
l. 8, h. t. vide 1994.

Si apparuerit exoneratur collatio. id est, contributio.
l. 2, paragr. penult. h. t.

761. Res amissæ quanti emptæ sunt aestimantur, l. 2,
paragr. 4, h. t.

Res salvæ quanti venire possunt, d. paragr. 4, sive
pretio præsente rerum, l. 4, paragr. 2, h. t.

Quoniam detrimenti non lucri fit præstatio, l. 2,
paragr. 4, h. t.

762. Ei subvenire oportet qui deteriores propter jactum
res habere cœperit, l. 4, paragr. 2, h. t.

TIT. III. De institoria actione.

Cod. IV, 25.

764. Aequum Prætori visum est sicut commoda sentimus ex actu institorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorum, & conveniri. l. 1, h. t. vide 2651.

765. INSTITOR dicitur ex eo quod negocio gerendo instet, l. 3 & l. 5, h. t.

Per eum obligatur qui eum præposuit, l. 1, h. t.
vide 744.

766. Parvi refert quis sit institor, masculus vel fœmina, et si filia familias, l. 7, paragr. 1, h. t.

Vel pupillus, quoniam sibi imputare debet qui præposuit, d. l. 7 in fine, vide 744.

Nam & plerique pueros puellasque tabernis præponunt, l. 8, h. t. vide 870.

Quamvis TACITE præpositus sit, l. ult. qu. cum eo qui.

Modò ejus gratiâ contractum sit cui præpositus est,
l. 5, §. 11, & l. 19 §. ult. h. t. vide 745.

Idem si mulier præposuit. l. 7, paragr. 1, h. t.

767. Institor ex officio seipsum non obligat, l. ult. h. t.
Nisi ipse se obligasset quamvis tanquam institor. Fab.
ration. in d. l. ult. in fine.

768. Ex institutoris contractibus , actionem habet qui eum instituit , l. 1 , in fine h. t.

Si modò rem suam aliter servare non potest , l. 2 , h. t.

769. Datur actio institoria perpetuò , & in heredem , & heredibus , l. 15 , h. t. vide 750.

770. De exercitoria actione , vide 743. de delictis institorum , 2335.

TIT. IV. De tributoria actione.

772. In TRIBUTUM (seu distributionem . §. 4 , instit. quod cum eo .) vocantur parentes qui in potestate filios habent , cum creditoribus mercis PECULIARIS , l. 5 , paragr. 6 , h. t.

Velat extranei creditores , l. 1 , h. t.

Modò negotiationem filii fam. non ignoraverint , l. 1 , & paragr. 2 , h. t. vide 787.

Id est , si pater scit , & non protestatur vel contradicit. *ibid. paragr. 3.*

Pro ratâ ejus quod cuique debetur , l. 5 , §. ult. h. t. Et æquali conditione , l. 6 , h. t.

Qui verò ipsam mercem pignori accepit præfertur , l. 5 , paragr. 8 , & l. 17 , h. t. vide 1073.

773. Non totum peculium venit in tributum , sed id duntaxat quod ex ea merce sive negotiatione est , l. 5 , . 11 , & §. 4 , h. t.

Vel si ex merce comparavit , *ibid. §. 13* , secùs si de peculio agatur , l. 11 , h. t.

774. Pater partetur ex merce , ex quâcumque causâ sibi debeatur , d. l. 5 , paragr. 7.

Sufficit enim quod privilegium deductionis perdit , d. paragr. 7.

775. Eligere quis debet utrum de peculio , aut tributoria experiatur , cùm sciat sibi regressum ad aliam actionem non futurum , l. 9 , §. 1 , h. t. apud nos indistincte de peculio agitur.

776. Hæc actio & perpetuò & in heredem datur , de eo dunraxat quod ad eum pervenit , l. 7 , in fine h. t.

TIT. V. Quod cum eo, qui in alienā potestate est, negotium gestum esse dicetur.

Cod. IV, 26.

777. Ex contractu filii fam. triplex actio datur in PARTREM. i quod jussu (805.) 2 de in rem verso (800.) de peculio (793.) l. 1, h. t.

Item. Datur exercitoria (743.) institoria (764.) tributoria (772.) d. l. 1.

Et actio in ipsum sui juris effectum, l. 2, h. t. in id quod facere potest, d. l. 2.

Quamvis paternā hereditate se abstineat, l. 2, cod. h. t.

Si patrem fam. se mentitus est, vel ex dolo, teneatur, in solidum. l. 4, paragr. 1, & l. 6, h. t.

778. Si filius fam. vendidit & tradidit sicut pater fam. tenetur, l. 6, §. 7, de act. empti, vide 56, 2186.

Idem, si fidejussicerit, modò major 25 annis sit, l. 5, cod. h. t.

In heredem filii datur actio in solidum. l. 4, paragr. 3, h. t.

779. De his qui sui vel alieni juris sunt, vide 56.

TIT. VI. De S. C. Macedoniano.

Cod. IV, 28.

780. Placuit nè cui qui FILIO FAMILIAS mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis ejus actio petitioque daretur, l. 1, h. t.

Multò magis si FILIÆ FAMILIAS, l. 9, §. 2, h. t.

Quamvis sine usuris mutuatum sit, l. 7, §. 9, h. t.

Vel si novatio stipulata sit, l. 13 h. t.

In ODIUM ejus cui debetur hæc exceptio datur, l. 40, de cond. indeb.

Actio non datur contra patrem nec in peculio filii. l. 6, cod. h. t.

781. Si solverit filius fam. non REPETIT, l. 9, §. 4, h. t. vide 680, 788, quamvis per errorem, l. 14, de reb. credit.

Quia ob poenam creditoris actione liberatur, non quoniam exonerare eum lex voluit, l. 9, §. 4, h. t.

Hoc ita quamvis vivo patre solverit, l. 26, §. 9, de cond. indeb.

Quia naturalis obligatio manet. l. 10, h. t. secūs si non manet, vide 827.

782. Nihil dignitas facit quominus S. C. locum habeat, l. 1, §. 3, h. t.

Nisi fortè castrense peculium habeat, tunc enim S. C. cessabit *ibid.* vide 786.

Hodiè quibusdam dignitatibus patria potestas solvitur. *Novel. 81, cap. 1, vide 64, & consequenter ex his cessat S. C.*

783. FIDEJUSSORI & mandatori S. C. prodest, l. 9, §. 3, h. t. l. 7, §. 1, de except. vide 2239.

Si regressum habeat, contra filium fam. non autem si non habeat, veluti si donandi animo intercesserit, l. 9, paragr. 3, h. t. vide 2241.

Si filius fam. fidejusserit, & color quæsusitus sit, pecuniam accepturus, alio reo dato, S. C. prodest. l. 7, h. t.

784. Cessat ubi pecunia numerata non fuit, l. 3, paragr. 3, & l. 4, h. t.

Vel si vendidit, locavit, d. paragr. 3.

Nisi FRAUS Senatusconsulto sit cogitata. d. paragr. 3, & l. 7, paragr. 3, h. t.

785. Item. Cessat si se patrem fam. diceret, l. 1; cod. h. t. vel fingeret, l. 10, de re judic. vide 270.

Vel talis plerisque videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur, l. 3, h. t. l. 2, cod. h. t.

Nisi sciret aut scire potuisset filium fam. esse cui credidit, l. 19, h. t.

Quod cessat in pupillo qui mutuam pecuniam dedit, l. 3, paragr. 2, h. t.

Et in minore 25 annis, cum eo verò causâ cognitâ. d. paragr. 2.

786. Item. Cessat si credita pecunia est ad NECESSARIOS sumptus, quos patris pietas non recusaret, l. 5, cod. h. t. vide 802.

Vel qui patris oneribus incumberent, l. 7, cod. h. t.

Vel si absenti studiorum causâ, l. 5, cod. h. t. l. 7,
paragr. 13, h. t.

Vel si pater SOLVERE coeperit, quasi ratum ha-
buerit, l. 7, paragr. 15, h. t.

Vel si jubente aut sciente patre, quamvis posteâ
voluntatem mutaverit, l. 12, h. t.

Quoniam initium contractus spectandum est, *ibid.*
vide 2191.

Si pater fecit filium negotiari, etiam hoc permisso
videtur, si non nominatim prohibuit, l. 7, paragr.
11, h. t. *vide* 772.

Item. Si pecunia in rem patris versa est, d. l. 7,
paragr. 12.

Secùs in NEPOTE sub potestate avi, quamvis pater
jussit, l. 14, h. t. *vide* 792.

787. *Item.* Cessat S. C. usque ad quantitatem CAS-
TRENSIS peculii, l. 1, paragr. ult. & l. 2, h. t.

Cùm in eo vice patris fam. fungatur. d. l. 2, *vide*
2563.

788. Cessat quoque si pater fam. factus solverit partem
debiti, l. 7, paragr. ult. h. t. *vide* 781.

Vel pignori rem dederit, l. 9, h. t. scilicet usque ad
pignoris quantitatem, *ibid.*

Vel debitum suæ potestatis constitutus agnoverit, l.
2, cod. h. t. modò prudens & sciens. *Fab. in ration. in*
l. ult. h. t. in fine.

789. Si minor cum filio fam. majore contraxerit mu-
tuum dando, restituitur, l. 11, *in fine de minor.*

Ut magis ætatis ratio quam Senatus consulti ha-
beatur, *ibid.*

Alia actio est si filius fam. crediderit filio fam. ex
peculio à patre concessò, quia vindicatio nummo-
rum patri supereft. l. 3, paragr. 2, h. t.

790. Si MINOR 25 annis filio fam. MINORI pecu-
niam crediderit, melior est causa consumentis, l.
34, *de minor.*

Nisi locupletior ex hoc inveniatur litis contestata
tempore is qui accepit. *ibid.*

791. Cessat S. C. si accepit ut eum liberaret qui à se
peteret. l. 7, paragr. 14, h. t.

792. Hæc exceptio heredibus datur , l. 7 , §. 10 , h. t.
 Et patri , d. §. 10 , & avo etiam si pater jussiferit ,
 cum pater in eadem causâ esset si mutuum accepis-
 set . l. 14 , h. t.

LIBER XV.

Chambon nav TIT. I. De Peculio.

Cod. IV , 26.

793. PECULIUM dictum est quasi patrimonium
 pusillum , l. 5 , §. 3 , h. t.

Est naturale patrimonium filio fam. vel servo , à pa-
tre vel domino seorsim à suis rationibus constitutum.
Cuiac. h. t.

Non tamen si quid filius fam. aut servus SUBRI-
 PUIT , l. 4 , §. 2 , h. t.

Deducto indè si quid domino debetur , l. 5 , in
 fine h. t. si non aliundè consequi potuit , l. 11 , §. 6 ,
 h. t.

Privilegium enim habet pater in peculio , l. 1 , de-
 tribut. act.

Sive potiorem causam , l. 52 , h. t.

Cum in hâc actione melior sit occupantis conditio ,
 l. 10 , & l. 52 , h. t. vide 2693 , 774.

Undè non quod servus vel filius fam. ignorante do-
mino vel patre habuerit peculium est , sed quod volen-
te , l. 4 , §. 2 , h. t. si tradidit vel pro tradito ha-
buit , l. 8 , h. t.

Item Peculium ex eo consistit quod BARSIMO-
 NIA suâ quis paravit , vel sibi donari meruerit , l.
 39 , h. t.

Hereditas quoque & legatum , l. 7 , §. 5 , h. t.

Et filiarum fam. nomine in peculium actio datur ,
 l. 27 , h. t.

Et de peculio MULIER convenitur , l. 3 , §. 2 , h. t.

Tributoriâ verò actione creditoribus filii succurri-
 tur , l. 1 , de tribut. act. vide 773.

794. De peculio TESTARI potest etiamsi quasi castrense sit, *l. ult. cod. qui testam. fac. pos. vide 1492*, *hac facultas testandi non est indistincte in usu.*

Sic tamen ut parentes eorum legitimam ferant partem. *Auth. præsbiteros, post l. 34, cod. de episc. & cler. ex Novel. 123, cap. 19.*

795. Quodcumque filius fam. ex liberalitate fortunæ, vel laboribus suis acquirit, patri acquiritur, usque ad usumfructum solum, *l. 6, cod. de bon. qu. lib. vide 2203.*

Etiamsi ad secundas nuptias pater migraverit, *l. ult. cod. de bonis matern.*

Excipitur quod filio datur sub eâ conditione nè ad patrem perveniat ususfructus. *Novel. 117, cap. 1, vide 1825.*

Hæc enim & extraneis relinquere poterant, *ibid. undè fallit in legitimâ portione filio debitâ. Cujac. intit. cod. de bon. quæ liber.*

Rectè legatum solvitur filio, si dictum est ut filio solvatur & pater exceptione repellendus est, *l. 14, paragr. 2, qu. dies leg.*

Item. Excipitur portio quam cùm patre divisit filius ex successione fratris. *Nov. 118, cap. 2, quoniam pro hâc usus portione ei sublatâ, proprietatem unius portionis pater obtinuit, d. cap. 2.*

Item. Et si quid à PRINCIPE donatum sit, *l. 7, cod. de bon. qu. liber.*

Idque ad similitudinem castrensis peculii, *d. l. 7.*

Item. Et CASTRENSE & quasi castrense peculum, *l. 6, cod. eod. vide 2562.*

798. LIS nulla nobis esse potest cùm eo quem in protestate habemus, nisi ex CASTRENSI peculio, *l. 4, de judic.*

Ex jussu Prætoris, *l. 13, de in jus voc. vide 108.*

Modò actio famosa non sit, vel pudorem non suggeret. *l. 10, paragr. 12, eod. tit.*

799. Actio de peculio adversus patrem vivo filio perpetua est, *l. 1, §. 1, & l. 2, quan. de pecul. act.*

Post mortem vel emancipationem filii annua, *d. l. 2.*

De castrense peculio & quasi castrense , vide 2562.

TIT. III. De in rem verso.

Cod. IV , 26.

§00. Tenetur is qui habet in potestate , si in REM ejus quod acceptum est conversum sit , l. 1 , h. t.

Quasi cum ipso patre potius contractum , d. l. 1 .

Nec spectatur an bono patris cesserit , sed an in negotium patris , l. 3 , paragr. 6 , h. t.

Quamvis res periit. l. 3 , paragr. 7 & 10 , h. t. vide 370 , 2674.

§01. Si pars tantum versa est , de parte erit actio , l. 10 , paragr. 4 , h. t.

Curiosus igitur esse debet creditor quo vertatur. l. 3 , paragr. 9 , h. t.

§02. Si filius consumpsit pecuniam ut se aleret , & vesciret secundum consuetudinem patris , datur actio , l. 3 , paragr. 3 , h. t. vide 787.

Non autem si quae magis ad voluptatem pertinent quam ad utilitatem , l. 3 , paragr. 4 , h. t.

Et toties datur , quoties procurator haberet actionem mandati , vel negotiorum gestor actionem neg. gest. l. 3 , paragr. 2 , & l. 17 , h. t.

§03. De in rem verso actio perpetua est l. 1 , §. 1 , h. t.

TIT. IV. Quod jussu.

Cod. IV , 26.

§05. Quodammodo cum eo contrahitur qui JUBET , l. 1 , h. t. vide 524 , 2269.

Vel mandat etiam CRIMEN committi , l. 5 , cod. de accus. vide 2354 , 2440.

Qui duo jusserunt similes sunt duobus mandantibus , l. ult. in fine h. t. vide 877.

Et cum quovis in solidum agi potest , ibid. vide 746.

§06. Velle non creditur qui obsequitur imperio PATRIS , l. 4 , de regul. jur.

Quod fallit in emancipato scribente contractum

obligationis rei suæ, consensum enim obligationi dat, quamvis mandante patre scripserit. l. 26, §. 1, de pignor. vide 1043.

807. Jussus REVOCARI potest antequam credatur, quemadmodum mandatum, l. 1, §. 2, h. t. vide 882.


Modò certiorasset. d. paragr. 2.

808. Qui MANDAT videtur jussisse, l. 1, §. 3, h. t.
Vel si chirographo subscripserit. ibid. §. 4.

809. Si inutiliter fidejusserit pater, tamen non obligatur quasi jusserit, l. 1, §. 5, h. t.

Quia aliud est jubere, aliud fidejubere. d. §. 5.

810. Pater conveniri non potest ex eo quod pro filio aliquid solvere cœperit. l. ult. cod. ne uxor pr. mar.



L I B E R X V I .

TIT. I. Ad S. C. Velleianum.

Cod. IV, 29.

811. VELLEIANO Senatusconsulto plenissimè comprehensum est, nè pro ullo fœminæ intercederent, l. 1, h. t.

Nè quidem pro filio, l. 3, cod. h. t.

Cùm ipsæ principaliter nihil debent, l. 2, cod. h. t.

Et scit creditor eam intercedere, l. 12, h. t.

INTERCEDERE autem est alienam obligationem in se recipere, veterem aut novam. Cujac. h. t.

Quocumque contractu, l. 2, paragr. 4, h. t.

Sive cùm aliis pecuniam acciperet, ipsa se ab initio ream constituit. l. 4, cod. h. t.

812. Si pro proprio VIRO intercessit, hoc nullatenus valet, auth. si qua mulier. cod. h. t.

Ac si neque factum quicquam neque scriptum esset, ibid.

Nisi manifestè probetur, in ipsius mulieris utilitatem expensam esse pecuniam, d. auth. vide 816.

Vel si mulier major 25 annis rem suam vendidit, & pro marito pecuniam solvit, l. 4, cod. h. t.

Vel si fœnabrem pecuniam accepit, & in usum mariti expendit, l. 13, eod.

Non verò si rem obligavit pro marito. Goth. in. d. l. 4, aliud enim vendidisse & solviſſe, aliud se obligasse, vide 817.

Item. Si ut maritum REDIMERET, cùm & ipſe maritus rectè ex dote expendit, ut necessarias mulieri personas à latronibus redimat, l. 21, ſolut. matrim.

Quid juris ſi non à latronibus vel ab hostibus five capititate, ſed à CARCERE? Vendere uſu noſtro potest etiam dotalia ex Curiæ permiffu, primum convocatis ad hoc & conſentientibus mulieris proximioribus, & quidem ex denuntiatione ſine convocatione ſi de modico agatur.

813. Intercedit illa quæ alium defendit, l. 2, §. 5, h. t.
Sive maritum, patrem vel filium, d. paragr. 5.

Niſi in eam regreſſum habeat, l. 3, h. t. vide 783.

814. Si pecuniam promiſit ne delegetur, interceſſiſſe videtur, l. 24, paragr. 1, h. t. vide 2262.

Non ſubvenitur ei ſi tanquam in uſu ſuos pecuniam acceperit, quamvis alii creditura, l. 11, h. t.

Alioquin nemo cum fœminis contrahet, quia ignorari potest quid aſtūræ ſint, d. l. 11, vide 254.

Aliud eſt ſi creditor non ignoraverit, in quem cauſam mutuaret, l. 17, h. t. vide 816.

Tunc enim locus eſt S. C. cùm ſcīt creditor eam intercedere. l. 12, h. t.

815. Non adjuvatur mulier quæ in propriâ causâ fideiuiſſiſſe, l. 3, & l. 13, h. t. vide 2236.

Vel ſi in rem ejus quod acceptum eſt verſatur, l. 21, h. t.

Nec ſi tanquam SOCIA in re communi neceſſariâ, l. 17, h. t. ſecūs in voluntariâ, Goth. in d. l. 17.

Nec ſi acceperit preium fideiuiſſionis, l. 16, 22, h. t. 23, cod. h. t.

Nec ſi debitoris heres extiterit, l. 8, paragr. 13, h. t.

Nec ſi de lucro agat, l. 15, h. t.

Nec ſi pauperior non fit. l. 21, h. t.

817. Non ſuccurritur DONANTI, l. 4, §. 1, h. t.

Nec ſi muuam pecuniam accepit ut donaret, d. parag. 1.

Nec liberaliter agenti, l. 21, paragr. 1, h. t.

Veluti ne judicatus pater propter solutionem vexetur. ibid.

Nec pro alio solventi, l. 5, h. t. l. 1, cod. h. t.

Nec pignus liberaliter remittenti, l. 8, h. t. vide 1102.

Quia facilius se mulier obligat, quam alicui donat. l. 4, parag. 1, h. t.

818. Non intercedit indemnitate tutoribus promittens ne prædia filii sui distraherent, l. 8, §. 1, h. t.

Vel ut ipsa administraret, l. 6, cod. h. t.

Sive ut heres tutoris hereditatem ejus adiret, l. 19, h. t.

Fallit si tutor excusare se voluit, & ipsa indemnitatē promisit, l. 6, paragr. 1, cod. h. t. quia tunc intercedit pro filio. Fab. ration. in l. 8, paragr. 1, h. t.

Item fallit si tutorum periculum suscepit, d. l. 6, paragr. 2, vel tutorem suo periculo postulavit, l. 1, cod. si mat. indemn.

Prioribus verò casibus non intercessit, sed pupillorum negotia administravit, Goth. in l. 6, §. 1, cod. h. t.

819. Pro DOTE obligatae non succurritur, l. 12, & l. ult. cod. h. t.

Nec pro libertate, l. penult. cod. h. t. putà si maritum redemerit, vide 812.

Nec contra minorem, l. 12, de minor.

820. Juvatur ei quæ ignorans in jure respondit se herdem esse, l. 23, h. t. vide 1226.

Nisi sciens non esse, quia decepit. ibid.

821. Non juvatur ei quæ CALLIDE fit versata, l. 2, paragr. 3, h. t.

Ut putà decipiendi animo sciens se non teneri, l. 30, h. t.

Vel si creditor aliquâ ratione per mulierem deceptus sit, l. 18, cod. h. t.

Nam deceptis non decipientibus opitulatur, l. 2, paragr. 3, h. t. vide 270.

Nec mulieribus succurrendum est ut facilius calumniantur, l. 110, in fine, de regul. jur.

Eò quod infirmitati non calliditati mulierum con-

- sultum sit. *l. 5*, *cod. h. t. l. 2*, *paragr. 3*, *h. t.*
- §22.** Non succurritur ei quæ post biennium secundò intercessit, *l. 22*, *cod. h. t.*
- Præterquam si pro marito, & nihil in ipsius mulieris utilitatem.* *Novel. 134, cap. 8*, *vide 812.*
- §23.** RENUNTIARE potest mulier in judicio exceptioni jam quæsitæ, *l. ult. paragr. 4*, *h. t.*
- Futuræ non potest nisi ut tutelam filiorum subiret. *l. ult. cod. qu. mul. tut. Nov. 118. cap. 5*, *vide 137*, *1340.*
- §24.** In fraudem S. C. excogitata, rata non habentur. *l. 29*, *in fine*, & *l. ult. paragr. 3*, *h. t.*
- §25.** FIDEJUSSORI qui ex mandato inulieris intercessit, subvenitur, *l. 6*, *h. t. 14 & 15*, *cod. h. t. vide 2239.*
- Modò creditor non ignoraverit, d. l. 6.*
- Etiamsi regressum contra mulierem non habeat, quia totam obligationem Senatus improbat, l. 16, paragr. 1, h. t. vide 783.*
- Ei verò qui pro alio simul cùm muliere intercessit, non juvatur, l. 48, defidejuss. vide 2239, 2223.*
- §26.** PROCURATOR si mandato mulieris pro alio intercesserit, exceptione adjuvatur, *l. 30 §. 1*, *h. t.*
- Nisi mandatum ignoravit qui tales fidejussorem accepit, l. 6, h. t. vide 814.*
- Tunc enim tenetur, neque mandati actionem habet adversus mulierem. l. ult. paragr. 3, h. t. quia mandatum reticere non debuit.*
- §27.** Mulier contra S. C. soluta CONDICERE potest, *l. 8*, *paragr. 3*, *h. t. l. 9*, *cod. h. t. vide 680.*
- Sive solverit, sive delegavit, solvit enim qui reum delegat, l. 8, paragr. 3, h. t. vide 2260.*
- Secùs si intercessura delegavit, d. l. 8, paragr. 5.*
- Pro alio SOLVERE potest. l. 9, cod. h. t. licet pro MARITO, l. 4, & l. 13, cod. h. t. vide 817.*
- §28.** Mulieris obligatione rescisâ datur in debitorem pristina actio, quamvis liberatus sit, *l. 8*, *paragr. 7, & l. 9*, *h. t.*
- Magis enim ille quam creditor mulierem decepit, l. 1, in fine, h. t.*

Item datur & in fidejussores debitoris , l. 14 , h. t.
Etiam si creditor mulieris HERES extiterit , l. 8 ,
paragr. 12 , h. t.

Quia non obligatæ successit . d. paragr. 12.

§29. Hæc actio datur & heredibus mulieris , l. 10 , h. t.
l. 20 , cod. h. t.

Et in heredes & perpetuò , habet enim rei persecu-
tionem . d. l. 10.

T I T. II. De Compensationibus.

Cod. IV , 31. — *Hab. 16.16.12.*

§33. COMPENSATIO est debiti & crediti inter se
contributio , l. 1 , h. t.

Ipsò jure facta . ll. 4 , 10 , 21 , h. t.

Ex omnibus actionibus , l. ult. cod. h. t.

Quoad concurrentes quantitates , l. 4 , cod. h. t.

Ex tempore quo ab utrâque parte debetur , d. l. 4.

Si debitor paratus sit compensare , l. 2 , h. t.

Necessaria est , quia interest nostrâ potius non fol-
vere quam solutum repetere . l. 3 , h. t.

§34. Ità compensatio objici potest , si causa ex quâ
compensatur LIQUIDA sit , l. ult. paragr. 1 , cod. h. t.

Licet dispari specie. Pauli sentent. lib. 2 , tit. 12.

Et non multis ambagibus innodata , d. paragr. 1 ,
vulgò dicimus proximè liquidanda .

Et venerit DIES ut peti possit , l. 7 , h. t. vide
2280.

Quamvis in alio LOCO quam promisit , sed ratio
habetur quanti interfuit , l. 15 , h. t. vide 712.

Pretextu verò compensationis debiti , restitutio
COMMODATI non probabiliter recusatur . l. ult.
cod. de commod.

§35. Quod debetur cum USURIS rectè compensatur
cum debito sine usuris , l. 11 , h. t. vel diversæ usuræ ,
l. 12 , h. t.

Ità ut concurrentis quantitatis usuræ non præsten-
tur . d. l. 11 , l. 7 , cod. de solut.

§36. Etiam quod NATURA debetur venit in com-
pensationem , l. 6 , h. t.

Is naturâ debet quem jure gentium dare oportet ,
cujus fidem fecuti sumus , l. 84 , in fine , de regul. jur.
vide 2190.

Æquitatis vinculo , l. 95 , paragr. 4 , de solut. vide 22 ,
2663.

Quamvis loco crediti non sit . l. 10 , de verbor.
signif.

Fallit si per exceptionem perimi possit . l. 14 , h. t.
intellige perpetuam . l. 40 , de cond. indeb. vide 680.

837. Creditor quod alii debet compensare , non cogi-
tur , l. 18 , paragr. 1 , h. t. l. 9 , cod. h. t.

Fallit in filio fam. qui compensare potest quod pa-
tri debetur , modò caveat de rato , l. 9 , §. 1 , h. t.

Et in socio , l. 10 , de duob. reis.

Et in fidejussore . l. 5 , h. t. l. 11 , in fine , de pecul.

838. Ejus quod non ei debetur qui convenitur sed alii ,
compensatio fieri non potest , l. 9 , cod. h. t. l. 18 ,
paragr. 1 , h. t.

Nec ei qui DEPOSUIT , l. ult. cod. h. t. vide 857.

Nec à possessione spoliato . l. ult. in fine , cod. h. t.
vide 2106.

839. Adversus fiscum rectè compensatur , l. 12 , & l.
ult. h. t.

Modò in eâdem statione (dans le même Bureau)
l. 1 , cod. h. t.

Nisi ex causâ tributoriâ & stipendiorum debeatur ,
l. 46 , paragr. 5 , de jure fisci.

Vel si de pretio rei à fiscoemptæ agatur , d. §. 5.

Item compensatur adversus REMPUB. l. 3 , cod.
h. t.

Præterquam si ex calendario , vectigalibus , pecuniâ
tributorum debeantur . ibid.

840. PROCURATOR in rem suam compensare potest
ante litem contestatam , Cujac. XXIV observ. 37 ,
vide 865.

Et post litem contestatam . l. 18 , h. t.

841. Qui omissâ compensatione solvit , CONDICERE
potest . l. 10 , paragr. 1 , h. t. vide 681.

T I T. III. *Depositii vel contrariae.*

Cod. IV, 34, Nov. 73, cap. 1, & Nov. 88.

842. DEPOSITUM est quod custodiendum alicui datum est, l. 2, h. t.

Vel COMMENDATUM, quid enim aliud est commendare quam deponere, l. 24, h. t. l. 186, de verb. signif. vide 880.

Eâ lege nè utatur qui accepit, alioquin transiret in commodatum. l. 1, *commod.* vel in mutuum. l. 9, *paragr. ult. de reb. cred.*

843. PROCURATOR qui instrumenta non reddit, mandati tenetur non depositi, l. 8, *mand.*

Vel si mandavero ut certam rem recipiat, & custodiat. l. 1, *paragr. 13*, h. t. vide 2191.

844. GRATUITO datur, si enim ex eo mercedem accipiat, ex conducto erit actio, l. 1, *paragr. 8*, h. t.

Item qui cum usuris deposituit privilegium amittit, l. 7, *paragr. 2*, h. t.

Quasi renuntiavit deposito, *d. paragr. 2.*

Aliud est enim credere, aliud deponere. l. 24, §. 2, *de reb. auct. sive 9*, *paragr. 2*, *de privil. credit.*

845. Quæ depositis rebus accedunt non sunt deposita, ut putâ vestis servi depositi, capistrum equi, l. 1, §. 5, h. t. intellige non depositi jure, sed quia accessio est. Cujac. in *d. paragr. undè effectu depositæ sunt.*

Fructus, & partus, & omnis CAUSA, in hac actione veniunt, l. 1, *paragr. 24*, h. t.

Cùm bonæ fidei sit. l. 1, §. 23, h. t. vide 2695.

846. Qui rem depositam, invito domino, sciens in usus suos convertit, furti tenetur, l. 29, h. t. l. 3, cod. h. t. vide 728, 2320.

Item de pecuniâ depositâ, l. 29, h. t.

Ubi verò ex permisso domini, usuras præstabit, ut in cæteris bonæ fidei judiciis. ll. 29, *paragr. 1, 28, in fine*, 25, h. t. 3, & 4, cod. h. t.

Item ex MORA, l. 2, cod. h. t. vide 1147.

Si ex cætera pecuniâ sibi possessionem comparavit, invitus eam non transfert in deponentem, l. 6, cod. de rei vind. vide 361, 1072, 971.

Si PECUNIA deposita numerata sit , neque clusa neque obsignata , nihil aliud debetur nisi ut tantumdem solveret , l. 31 , locati .

Heres qui ignarus depositam rem distraxit , tenetur quod ad eum pervenit , l. 1 , §. ult. h. t. vide 687.

Quamvis minoris quam debuit vendidit . l. 2 , h. t. vide 370 , nisi rem redimere possit . l. 3 , h. t.

847. Depositarius tenetur tantum de DOLO , ll. 1 , paragr. 8 , 5 , paragr. 2 , commod. 23 , de regul. jur. tam præterito quam futuro , l. 1 , paragr. 20 , h. t.

Et de latâ CULPA , l. 1 , cod. h. t.

Quia nulla utilitas ejus versatur , l. 5. paragr. 2 , commod. vide 2189.

Et de se queri debeat qui negligentem amico rem custodiendam committit , l. 1 , paragr. 5 , de obligat. & act. vide 895.

Verum nisi quis ad suum modum curam in deposito præstat , fraude non caret , l. 32 , h. t. vide 238.

Convenire autem potest ut culpa præstetur , l. 1 , §. 6 , h. t. CASUS quoque modò nominatim . l. 1 , §. 35 , h. t. l. 7 , paragr. de paclis. vide 725 , 875.

848. Etiam CUSTODIAM præstat qui deposito se obtulit , l. 1 , paragr. 35 , h. t.

Id est , levissimam culpam . Doctores ibi. vide 2675 , 738.

Cum aliis diligenterem fortè electurus fuisset qui depositus . Fab. ration. in d. §. 35.

Depositum enim gratiâ accipientis factum periculo ejus est . l. 4 , de reb. cred.

849. CASUS fortuitos non præstat , quamvis deposito se obtulit , l. 1 , §. 35 , h. t. vide 875.

Nisi post judicium acceptum , l. 12 , §. ult. h. t.

Quod fallit cum interitura esset ea res , et si restituta esset actori , l. 14 , in fine ; h. t. vide 369.

Præstat quoque qui rem vendendam accepit ut pretio uteretur , quia rei dominus est , l. 4 , de reb. cred. & Goth. ibi. vide 629.

Et ille qui rem depositam vendidit , licet posteà redemit , quia semel dolo fecit cum venderet . l. 1 , §. 25 , h. t. quod non probat Goth. ibi & recte.

§50. NECESSITATE deponit qui nullam aliam causam deponendi habet, quam imminens periculum, l. 1, §. 3, h. t.

Tunc crescit perfidiæ crimen publicâ utilitate coer-
cendum. l. 1, §. 4, h. t.

§51. Depositum à LATRONE non ipsi sed domino res-
tituendum est, l. 31, §. 1, h. t. vide 700.

Et hæc est justitia quæ suum cuique tribuit, d. §.
1, vide 1.

Fallit si dominus sciens, rem non petierit, d. §. 1,
Eò quod ipse latro teneatur erga dominum, l. 1, §.
39, h. t. vide 723.

Depositum autem ab eo cuius bona publicata sunt,
in publicum deferendum est. l. 31, h. t. cur ita? vide
2517.

§52. FILIUM FAM. teneri depositi constat, l. 1, §.
42, h. t. vide 2186.

§53. Majori parti coheredum præsentium restituitur,
l. 14, h. t.

Ex magnitudine portionum hereditiarum, non
ex numero personarum, d. l. 14, vide 2226, 2059.

Præterquam si inter eos dividi possit, l. 1, §. 36, h. t.

Coheres autem qui portionem suam accepit, con-
ferre eam non tenetur si residuum perierit, l. ult.
cod. h. t.

Nè industria pœnas desidiæ solvat. d. l. ult. vide 2079.

§54. Datur actio depositi in heredem ex delloto de-
functi in solidum, l. 7, paragr. 1, h. t.

Si plures sint, pro ea parte quam quisque heres est,
ibid.

Quia hic dolus ex contractu, reique persecutione
descendit. d. paragr. 1, vide 2310.

§55. INTEMPESTIVE susceptum officium deponere
dolo proximum est, l. 7, h. t. vide 730, 871, 906.

Nisi ex justissimâ causâ, l. 5, paragr. 2, h. t.

Cùm debuit potius non suscipere quam decipere,
l. 7, h. t.

Qui verò deposituit quamvis ad tempus, potest mu-
tata voluntate, depositum reposcere. l. 1, paragr.
45 & 46, h. t. *quia non sibi sed depositario legem dixit.*
Fab. ration. ibi.

856. Depositum eo LOCO restituī debet in quo sine
dolo malo est , l. 12 , paragr. 1 , h. t.

Nec interest ubi depositum est , d. paragr. 1.

Si ut certo loco reddatur conventum sit , impensa
erit ejus qui deposituit . l. 12 , h. t.

857. Depositi causa ante PRIVILEGIA. vindicatur , l.
24 , paragr. 2 , de reb. auct. five 9 , paragr. 1 , de
privil. cred. vel si numimi extent. d. paragr. 2 , vide 844.

Et ILLICO modis omnibus reddi debet res depo-
sita , l. 11 , cod. h. t.

Nec ulla compensatio , deductio , vel doli exceptio
opponatur . ibid. vide 838 , dolo enim facit qui de-
positum reposcenti non reddit , l. 1 , paragr. 22 , h. t.
nec datur replicatio doli , l. 4 , paragr. 13 , de doli
mali & met. vide 2170.

Nec obstat si statim agatur , d. §. 22 , præterquam
si conditio depositionis nondum extitit. d. paragr. 22.

Comdemnatus ad restitutionem cùm INFAMIÆ
periculo urgetur , l. 10 , cod. h. t.

Et adversus depositarium in litem JURATUR. l. 1 ,
paragr. 26 , h. t. vide 655.

858. Contrarium judicium depositi datur ei apud quem
depositum est , propter ipsius indemnitatē , l. 5
h. t.

Sed non juratur in litem , cùm de fide ruptâ non
agatur. ibid.

859. SEQUESTER dicitur apud quem plures eandem
rem de quâ controversia est deposuerunt , l. 110 , de
verb. signif.

In eum actio depositi competit. l. 5 , paragr. 1 , & l.
12 , paragr. 2 , h. t.

860. Hæc actio heredibus & quibus restituta est here-
ditas competit , l. 1 , paragr. 29 , h. t.

Datur & in heredes. l. 7 , paragr. 1 , h. t. vide 854.

LIBER XVII.

TIT. I. *Mandati vel contrâ.*

Cod. IV, 35, VIII, 41, Novel. 4.

863. **M**ANDATUM est convenio quâ roganti fides datur procurandi aliquid sine mercede, Cujac.

h. t.

Nisi GRATUITUM nullum est mandatum, *l. 1, paragr. 4, h. t.*

Nam originem ex officio atque amicitâ trahit, l. 4, h. t.

SALARIIUM verò & constitui potest & peti, *l. 7, h. t. l. 1, cod. h. t.*

Non tamen ex incertâ pollicitatione, *l. 17, cod. h. t.*

Neque judicio mandati ut constituatur, *l. 56, paragr. 3, h. t.*

Verùm honor remunerandi gratiâ intervenire potest. l. 6, h. t.

864. Obligatio mandati consensu contrahentium consistit, *l. 1, h. t.*

Interdùm solâ patientiâ, putâ si passus sim aliquem pro me fidejubere, vel intervenire, *ll. 6, paragr. 2, 18, 53, h. t. 6, cod. h. t.*

Semper qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur, *l. 60, de regul. jur. vide 185.*

Vel si quid RATUM habuerit quod gestum est, d. l. 60, etiam in maleficio. l. 194, paragr. 2, sive 152, paragr. 2, de regul. jur. vide 2302.

865. PROCURATOR est qui aliena negotia mandatu domini administrat, *l. 1, de procur.*

Qui sua procuratorio nomine agit ex mandato, procurator IN REM SUAM est. l. 34, eod. tit.

866. Pactum procuratoris prodest & nocet, *l. 10, paragr. ult. de pact.*

Si mandatum habuit, l. 12, eod. tit. vide 744.

G ij

Vel omnium rerum procurator fuit, *d. l. 12*, *vide 2269.*

Ignorantis autem domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet, l. 49, de procur.

Pactum vero procuratoris in rem suam nocet. l. 8, paragr. 2, qu. mod. pign.

867. TRANSIGERE non potest procurator ex mandato generali, *l. 60, de procur. l. 7, cod. de transact.* *vide 183.*

Nec praecedentis procuratoris transactionem impugnare, Fab. def. 7, cod. de procur.

Nec alium procuratorem facere, nisi dominus litis sit, l. 4, paragr. 5, de appell.

Tunc ipse mandati actionem habet quia & ipse tenetur, l. 8, paragr. 3, h. t.

Nec potest alienare, l. 16, cod. de procur. licet procurator omnium bonorum, nisi ea quæ facile corrumpi possunt, l. 63, de procur. vide 1470.

Nec egredi FINES mandati. l. 10, cod. h. t. vide 872.

868. Procurator cum LIBERA administratione potest exigere, permutare, solvere, *l. 58, & l. 59, de procur.*

Et accipientis traditione facere, l. 9, paragr. 4, de acq. rer. dom.

Potest & societati renuntiare, nisi expressè ei prohibitum sit. l. 65, paragr. 7, pro socio.

869. Procuratoris scientia & dolus nocent domino. *l. 5, de tribut. act.*

870. Procuratores esse possunt pueri & puellæ. *Goth. in l. 8, de inst. act. vide 748, 766.*

Rei turpis nullum mandatum est, l. 6, paragr. 3, & l. 22, paragr. 6, h. t. vide 670, 131.

871. INVITUS nemo rem cogitur defendere, *l. 198, sive 156, de regul. jur.*

Voluntatis est enim suscipere mandatum, necessitatis consummare, l. 17, §. 3, commod. vide 855, 2184.

Nisi renuntiatum sit, l. 22, paragr. 11, h. t.

Si suscepit mandatum non implevit, tenetur, l. 5,

§. 1, h. t. quanti mandatoris intersit, l. 27, §. 2, h. t.

Nec renuntiare potest quām ut integrum jūs manda-
tori reservetur, l. 22, paragr. ult. h. t.

Nisi ob justam causam, ll. 23, 24, 25, h. t. quam
cū primū poterit debet mandati renuntiare, l.
27, paragr. 2, h. t.

Si nihil deperierit, aut si aliis idoneè gesserit, cessat
mandati actio. l. 8, paragr. 6, h. t.

872. Diligenter FINES mandati custodiendi sunt, l. 5,
& l. 46, h. t.

Exindē, si pretium statuit, tu pluris emisti, usque
ad statutum duntaxat pretium ages, l. 3, paragr. ult.
& l. 4, h. t.

Idem. Si majorem summam intercessisti, l. 33, h. t.

Si minori pretio vendidisti, valet venditio modò in-
deminem me conserves. l. 5, paragr. 3, h. t. (1)

873. USURAS prestat procurator si pecuniam ad usus
suos convertit, l. 10, paragr. 3, h. t. vide 202, vel
ex morā, ibid.

Vel si ex pecuniā usuras exegit, ibid.

Quia bonā fide hoc congruit ne de alieno LUCRUM
sentiat, ibid.

Sicuti nec DAMNUM pati debet si exigere fœnera-
tam pecuniam non potuit, l. 20, h. t.

Usuras quoque prestat si debitum usurarium solvēre
neglexerit, l. 12, paragr. 10, h. t.

Non pro pecuniā otiosā, si ex consuetudine man-
dantis id fecisset, l. 13, paragr. 1, de usur.

Item & fructus deduc̄tis impensis. l. 10, §. 9, h. t.

874. Procurator tam dolum quām omnem CULPAM
prestat, l. 11, & l. 13, cod. h. t. vide 884.

Non solum pro his quæ geslit, sed etiam pro his
quæ gerenda suscepit, l. 11, cod. h. t.

A seipso exigere tenetur si quid debet, l. 31, h. t.:
vide 201.

Aliena enim negotia exacto officio geruntur, l. 21,
cod. h. t.

Nec quidquam in eorum administratione neglec-
tum, culpā vacuum est. ibid.

Gijj.

(1) Vid. ad argum. Cutzarium, leg. 12, cod.
6. t. lib. 1. lib. 35.

- §75. CASUS impropositos non præstat, l. 13, cod. h. t. à nemine enim præstantur. Goth. ibi. vide tamen 849.
739. Nisi periculum in se suscepere. l. 39, h. t. vide 847.
- §76. Eatenus competit mandati actio ei qui mandavit. quatenus ejus intereat, l. 8, paragr. 6, h. t.
Vel si ex post facto interesse possit. l. 6, §, 4, h. t.
& Cujac. XVII obs. 29, Faber ration. ibi.
- §77. Si DUOBUS mandatum sit, in solidum unusquisque tenetur, l. 60, paragr. 2, h. t.
Idem. De duobus mandantibus. l. ult. in fine, quod jussu, vide 805.
- §78. Qui mandat creditorū ut debitori det intervallum, suo periculo facit, l. 12, paragr. 14, h. t.
Qui autem alium idoneum affirmat, non tenetur nisi ex magnâ & evidenti calliditate, l. 7, paragr. ult. de dolo, vide 2637, 880.
Aūt si decipiendi gratiā & proprii lucri, & sciens eum facultatibus labi, l. 8, de dolo.
Aut favore pupillorum. l. 4, *in fine*, de fidejuss. & nomin. vide 1458.
- §79. Mandatum non est obligatorium, si magis constitutum sit, l. 2, §. ult. h. t. cur ita? vide 2655.
Ut si quis affectione amicali intervenerit, sive monendo procuratores & actores, sive consilio. l. 10, paragr. 7, h. t.
- §80. Qui COMMENDAT hominem non obligatur. l. 12, paragr. 12, h. t. l. 13, cod. qu. cum eo qui. vide 878, 2637.
- §81. Qui mandavit alii credere non convenitur, nisi in subsidium ejus cui ex mandato creditum est. novel. 4, cap. I.
- §82. MÓRTE solvitur mandatum, l. 26, h. t. re integrā, l. 15, cod. h. t.
Tām morte mandantis, d. l. 26, quām ejus cui mandatum est, l. 27, paragr. 3, h. t.
Non tamen solvitur mandati actio, l. 26, & 58, h. t.
Sed ob heredum errorem vel imperitiam, non afficitur *damnum domino qui certi hominis fidem elegit*, l. 57, *in fine h. t.*

Item solvitur contrariâ voluntate mandantis , l. 2 , paragr. 2 , qu. jussu. vide 807.

Modò ante contractum certiorasset. d. paragr. 2 , vide 2269 , 668.

§83. Si tuâ tantum gratiâ tibi mandem , supervacuum est mandatum , & nulla nascitur obligatio , l. 2 , h. t. vide 879.

Nisi facturus non esses nisi ego mandassem l. 6 , paragr. 5 , h. t.

3 **§84.** DOLO facere videtur *mandatarius* qui id quod potest restituere non restituit , l. 8 , paragr. 9 , h. t.

Aut si nolit persequi quod persequi potest , aut non exegerit quod exigere potest , aut solvere. l. 44 , h. t.

§85. Mandatarius IMPENDIA bonâ fide facta contraria actione mandati repetit cum USURIS quæ ipsi absunt , l. 12 , paragr. 9 , h. t.

Item & post moram , l. 18 , cod. h. t.

Quod ex æquo & bono judex arbitrabitur , d. §. 9.

Voluptaria sine mandato facta auferre potest , si sine damno domini fiat. l. 10 , paragr. 10 , h. t. vide 372 , 1319.

§86. Mandatarius vecturas suas repetit dum excurrit in prædia , l. 10 , paragr. 9 , h. t.

Nisi hoc convenit , ut sumptus de suo faceret , *ibid.*

Quamvis is qui mandavit potuisse ipse minus impendere , l. 27 , paragr. 4 , h. t.

Etsi negotio finem adhibere non potuit , l. 56 , paragr. ult. h. t.

Sumptus tamen propter CASUS factos non repetit , l. 26 , paragr. 6 , h. t.

Nisi eos non fuisset passurus si mandatum non suscepisset. Goth. & Fab. ration. ibi ex l. 61 , paragr. 1 , de furtis.

§87. Qui alienam rem defendit , nunquam locuples habetur , l. 126 , sive 166 , de regul. jur. intellige si sine mandato.

Nemo enim alienæ rei expromissor idoneus videtur , nisi sit cum satisfactione , l. 110 , paragr. 1 , de regul. jur. vide 181.

Vel si propriam actionem habeat , ut pater filii no-

Giv.

mine injuriarum agens, cùm duæ sint actiones, una patris altera filii, l. 39, §. 4, de procur. vide 2350.
 388. In causâ mandati, non semper melior causa mandantis fieri potest, deterior nunquam. l. 3, h. t.
 389. De procuratoribus, sive litium defensoribus, vide 179.

TIT. II. Pro socio.

Cod. IV, 37.

390. SOCIETAS est contractus qui ex consensu duorum pluriumve communionem inducit inter eos, Cujac. h. t.

Sive certe rei, sive omnium bonorum, l. 5, h. t.

Contrahitur & verbis, & per nuntium, l. 4, h. t.

Et RE, id est, tacite, d. l. 4, & Goth. ibi.

Judicium pro socio bona fidei est. l. 78, & l. 52, paragr. 1, h. t. vide 2695.

391. Rerum INHONESTARUM nulla societas, l. 57, h. t. vide 131, 2206.

Nec flagitiosæ rei, l. 35, paragr. 2, de contr. empt. vide 2233.

Nec maleficiorum, l. 1, §. 14, de tutel. & rat.

Nec si dolo, aut fraudandi causâ, l. 3, §. ult. h. t.

Delictorum enim turpis atque fæda communio. l. 53, h. t.

392. Pro partibus ÆQUALIBUS societas intelligitur, si non fuerint partes adjectæ, l. 29, h. t.

Si placuit ut quis tres partes habeat, alius unam, valet si plus collaturus est societati, vel pecuniæ vel operæ, vel cuiuscumque alterius rei causâ, d. l. 29, l. 80, h. t.

Item rectè unus pecuniam, alius operam confert, l. 1, cod. h. t.

Cùm plerumquè pauperior operâ suppleat, l. 5, paragr. 1, h. t.

Ità quoque coiri potest ut nullius partem damni alter fentiat, lucrum vero commune sit, l. 29, paragr. 1, h. t.

Veluti si alter solus naviget, peregrinertur vel pericolo subeat, d. paragr. 1.

Non tamen ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiat, & hanc societatem LEONINAM solitum est appellare. *ibid. paragr. 2.*

893. Sicuti lucrum ita damnum commune esse oportet, quod non culpâ socii contingit, *l. 52, paragr. 4, h. t.*

Et CASUS veluti si in latrones incidit, suamque pecuniam perdidit, d. paragr. 4.

Et si quid in medicos impensum est ex eâ causâ d. paragr. 4, vide 907.

894. In societate veniunt omnes quæstus, *l. 7, h. t. id est*, quod ex operâ cuiuscq; descendit, *l. 8, h. t.*

Fruetus quoque l. 38, §. 1, h. t. vide 574.

Et USURÆ sive quod socii intersit ex motâ si pecunia lucri factâ usus sit, l. 60, h. t.

Et quidem sine morâ si pecuniam communem invaserit, l. 1, §. 1, de usur. vide 873, quia dolo fecit.

Quod EMIT non est commune, sed cogitur rem emptam communicare, l. 74, h. t.

Ubi verò communem pecuniam suo nomine fœneravit, usuras retinet, quoniam fortis periculum ad eum pertinet, *l. 67, §. 1, h. t. vide 359, 574, 1383.*

895. Talem DILIGENTIAM sufficit socio adhibere, qualem rebus suis solet, *l. 72, h. t.*

Modò dolum & culpat præfet, l. 52, §. 2, h. t.
Nec exactissima ab eo exigitur, d. l. 72.

Quia qui parum diligentem sibi socium adquirit, de se queri debet, ibid. vide 847.

De NEGLIGENTIA verò tenetur l. 25, h. t. & defidiâ, d. l. 72.

Quamvis in plerisque aliis industriâ societatem auxifset, l. 26, h. t.

Nec compensatur compendium cum negligentia, ibid.

896. Damna FATALIA non præstat, *l. 52, §. 3, h. t.*
vide 875.

Veluti latrocino aut incendio data, d. §. 3, propter vim & casum.

Ne quidem cùm pecus æstimatum accepit ad pascedum, ibid.

Nisi à furibus subreptum sit, ibid. culpâ socii inter-

veniente, glossa ibi in verb. subremptum.

Quia CUSTODIAM præstat qui æstimatum accepit,
d. §. 3, vide 2675.

Nec excusatur nisi fatale damnum sit, vel vis magna.

l. 2, in fine, de peric. & comm. vide 962,

§97. Pecunia ad societatis usum destinata socio perit,
quia nondum communis est, *l. 58, paragr. 1, h. t.*

Nisi in communem arcam versa sit, *l. 82, h. t.*

Idem de equo dato ei qui tres habebat ut quadri-
gam venderet, & quartam pretii daret, l. 58, h. t.
vide 1018.

Nisi ut quadriga fieret & communicaretur. *d. l. 58.*

§98. Socius etiam unius rei condemnatur in id tantum
quod facere potest, *l. 63, h. t.*

Id est, deducto ne egeat, l. 133, sive 173, de regul.
jur. vide 1970.

Nisi dolo fecit quominus poslit, *l. 63, §. 7, h. t.*
vide 2044.

Cùm societatis jus quodammodo FRATERNITA-
TIS in se habeat, *d. l. 63.*

Non verò si negavit se socium esse, *l. 67, in fine h.*
t. l. 22, in fine, de re judic.

Idem de fidejussore modò quasi defensor socii judi-
cium suscepit, l. 63, §. 1, h. t.

§99. Omne æs alienum de communi solvendum est,
l. 27, h. t.

Modò in communem arcam, pecuniæ per socium
mutuatæ versæ sint, *l. 82, h. t.*

Vel si socius societatis nomine contraxerit, Fab. ration.
ibi. cùm sociorum esset institutor. l. 1, de instit. act.
vide 765.

§100. Nemo ex sociis plus parte suâ potest alienare, *l.*
68, h. t.

Nec mutuum dare, *l. 16, de reb. cred.*

Nec condicere, *l. 13, in fine, cod. eod. tit. vide 628.*

Ille verò qui partis dominus est jure suo potius re-
uti præsumitur, quām FURTI consilium iniire, *l.*
51, h. t.

§101. Non id quod privatim interest unius ex sociis,

servari solet, sed quod societati expedit, l. 65, §. 5, h. t.

Unde in prædiis dividundis quod omnibus utilissimum est sequi convenit, l. 21, comm. divid.

902. Prohibendi potius quam faciendi jus est in socio, l. 11, si servit. vindic.

Nam in re pari potior est causa prohibentis, l. 28, comm. divid. vide 2088, 2693.

903. Non sufficit rem esse communem nisi societas intercedat, cum non affectione societatis incidimus in communionem, l. 31, h. t. *legit. b. t. de socio actio*, p.

Rem enim emere in communè, à societate longè remotum est, l. 33, h. t.

Item, qui admittitur socius, ei tantum socius est qui admisit, l. 19, h. t.

Nec socius meus esse potest, quem ego socium esse nolui, d. l. 19 & l. 65, §. 11, h. t. vide 569.

Nam socii mei socius, meus socius non est. l. 20, h. t. l. 47, paragr. 1, de reg. jur.

904. HERES socii socius non est, l. 35 & l. 40, h. t.

Nec ab initio pascici potest ut sit, d. l. 35, & l. 59, h. t. vide 569, nisi notus & nominatim admissus sit.

Sed tantum ut societas duret intersuperstites, l. 65, paragr. 9, h. t.

Fallit in societate VECTIGALIUM, l. 59, h. t.

Heres tamen bonam fidem & culpam præstat, l. 36, h. t.

Et inchoata explicare tenetur, l. 40, h. t.

Et in eum actio est, cum emolumenti successor sit, l. 63, paragr. 8, h. t.

Communio enim necessaria est cum herede, non societas voluntaria. Cujac. X obs. 25.

905. MORTE unius socii societas dissolvitur, nisi alter convenerit, l. 65, paragr. 9, h. t.

Nec potest ultrà mortem porrigi, l. 52, §. 9, h. t.

Nulla enim societatis in æternum coïtio est, l. 70, h. t. vide 569.

Coire tantum potest vel dum vivunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione, l. 1, h. t.

906. Societas solvit ex personis, l. 63, §. ult. h. t. ut

*¶ Societatem intercedere oportet. nec enim sufficit tunc
¶ sibi communem nisi societas intercedat. Communis, actum
¶ sed ag: sicut etiam littera societatem, ut fuit. (in legato)
¶ Tunc si a duobus simul scripta habet; aut
¶ si a duobus separatum unius partes eorum,
¶ non socii futuri.*

A.C.J.

morte capitinis deminutione, l. 40, paragr. 1, h. t.

Non verò emancipatione, l. 65, paragr. 11, h. t.

Item furore, l. ult. cod. h. t.

EGESTATE, d. paragr. 1, putà si bonis cesserit,
paragr. item si quis. instit. h. t.

Vel si ejus univerfa bona publicentur, l. 65, §. 12,
h. t. aut vendantur, d. l. 65, paragr. 1.

Solvitur ex rebus, si nullæ relinquantur, vel con-
ditionem mutent, l. 63, paragr. ult. h. t.

Vel frui non liceat, l. 5, h. t.

Vel ex voluntate, videlicet renuntiatione, d. §.
ult. si omnes dissentunt, l. 65, §. 3, h. t. vide 569.

13 Qui verò solus ante tempus renuntiat, liberat so-
cios suos à se, se autem ab illis non liberat, *ibid.* &
paragr. 6, si societati intersit non dirimi, *ibid.* §. 5.

Ex tunc si ABSENTI renuntiaverit lucrum commu-
nicabitur, non verò damnum, l. 17, paragr. 1, h. t.

Item ex necessitate dissolvitur, l. 65, §. 6, h. t.
veluti si ità injuriosus & damnosus socius sit ut non
expedit eum pati, l. 14, h. t.

Ex actione quoque solvitur, l. 63, §. ult. h. t. id est,
aut stipulatione, aut judicio, l. 65, h. t.

INTEMPESTIVA renuntiatio in aestimationem ve-
nit. l. 17, paragr. 2, h. t. vide 875.

907. **IMPENSAS** recipit socius, l. 38, paragr. 1, & l.
52, paragr. 15, h. t. vide 574, 893.

Et **USURAS** propriæ pecuniæ in communi negotio
necessariò impensæ, si forte mutuatus sit sub usuris,
l. 62, paragr. 2, h. t. vide 203.

Vel quas possit habere si alii mutuum dedisset. d.
paragr. 2.



LIBER XVIII.

TIT. I. *De contrahendâ emptione, & venditione, & de paſtis inter emptorem, & venditorem compositis, & quæ res venire non possunt.*

Cod. IV, 38, 54, 40. ff. 18, t. t. l.

912. *E*MPTIO est conventio nuda quā id agitur ut rei tradendæ dominium in accipientem transeat, dato certo pretio. Cujac. h. t.

Sive mutatio pretii cum merce. Cujac. in cod. h. t.

Nam origo emendi & vendendi à permutationibus cœpit, l. 1, h. t. vide 1032.

913. Rerum quas natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio exuerunt, nulla venditio est, l. 34, paragr. 1, h. t. vide 71, 2206.

Nec in pendenti erit stipulatio. §. 2, instit. de inut. stipul.

Ubi verò emptor ignoraverit, tenetur vendor in id quod interest, l. 4, h. t. Goth. & Fab. ration. ibi.

USUS earum rerum vendi potest, quarum usus ad privatos pertinet, l. 32, h. t.

Item quædam quæ non possunt sola alienari, per universitatem transiunt, l. 62, de acqu. rer. dom.

Ut putà SEPULCHRUM quod ità legari non potest nisi cum universitate. Goth. in d. l. 62, ex l. 14, cod. de legat. Fallit apud nos, monumenta enim in ecclesiis posita, & legare, & transferre quoad usum permittitur.

914. Rei ALIENÆ emptio & venditio est, l. 28, h. t. salvo domini jure, toto tit. cod. de reb. alien. non alien.

Intellige ex eâ actionem nasci, ità ut vendor rem tradat, & de evictione teneatur, l. 11, paragr. 2, de act. empti.

Utque possessio transeat , l. 74, h. t. & jus usui-
capiendi, *ibid.*

*In mobilibus verò difficile , cum furtivas res & vi pos-
sessas bonâ fide emens non usucapiat , paragr. 3 , instit.
de usucap. vide 2032.*

Si qui alienam rem vendiderit heres domino ex-
titerit, cogetur implere venditionem , l. 46, de act.
empt. *vide 1137 , 1278.*

Et rei communis venditio est, *toto tit. cod. de comm.
ren. alien. pro parte ejus qui vendidit. l. 18 , h. t.*

915. SUÆ rei emptio non consistit , l. 4, & l. 10,
cod. h. t. vide 447.

Sive sciens sive ignorans emit. l. 16 , h. t.

*Intellige de proprietate , nam justa possessio rei suæ
emi potest , l. 34 , paragr. 4 , h. t.*

*Item valet si sub conditione quia fortè speratur suam
esse desinere , l. 61 , h. t.*

916. Quoties in corpore vel materiâ ERRATUR nulla
venditio est , l. 9, *in fine , & l. 11 , h. t. vide 1228.*

Videlicet si æs pro auro veneat , l. 4 , h. t.

*Non idem si in qualitate , sed ignorantie emptori
præstatur quod interest , l. 45 , h. t. vide 1112 , 2209.*

Veluti si deterius aurum sit , l. 10 , h. t.

*Nihil verò facit error nominis , cùm de corpore
constat. l. 9 , paragr. 1 , h. t.*

917. SPEI emptio est velutii captus avium , vel pis-
ciuum , l. 8 , paragr. 1 , h. t. *vide 917.*

Sive jactus retis futurus , l. 11 , in fine de act. empt.

*Premiumque debetur , et si nihil captum sit , *ibid.**

*Si jactare noluit pescator , incertum hujus rei esti-
mandum est , l. 12 , de act. empt.*

*Si quod extraxit piscium reddere noluerit , id æsti-
mari debet , quod extraxit , d. l. 12.*

918. Si COMBUSTA domus vendita sit , & hoc igno-
retur , valet venditio modò dimidia , vel major pars
super sit , premium minuendo , l. 57 , h. t.

*Si id solus venditor sciebat , & quantacumque pars
remaneat , & stat , venditio & emptori quod interest
restituet , d. l. 57 , §. 1 , l. 2 , de peric. & comm..*

Si solus emptor omne pretium solvet, l. 57, §. 2, h. t.

Si uterque sciebat, nihil actum fuit. *ibid.* §. 3, do-
lum inter utramque partem compensando. *ibid.* vide
243.

Idem de arboribus dejectis vel absumptis, quo-
rum contemplatione fundus comparabatur, l. 58,
h. t.

Et de duobus rebus uno pretio emptis, si altera pe-
rierit, l. 44, h. t.

919. INVITUS rem propriam distrahere nemo ex con-
ventione compellitur, l. 11 & l. 13, cod. h. t.

Nec alienam comparare, d. l. 11.

Ne quidem à judice *quamvis in manumissionis causā*,
l. 31, *in fine, de fidēic. lib.*

Cum CONSENSUS intercedere debeat, l. 9, h. t.

Justum est enim sua cuique committere, l. 9, cod.
de judeis, vide 2701.

Et iniquum ingenuis hominibus non esse liberam-
rerum suarum alienationem, l. 2, si à paren. *quis
man.*

Indè fit ut si quis vendidit falso se existimans dam-
natum vendere, nulla erit venditio, l. 5, paragr. 1,
de act. empt.

Valet tamen pactum ut emptor si vendat, non aliis
sed sibi venditori distrahat, l. 75 & l. 21, paragr. 5,
cod. tit.

Item, illud valet *hodiē nō vicinus invito vicino prae-*
dium alienet, l. ult. cod. *de reb. alien. non. al. contra*
veteris juris dispositionem, l. 61, *de pactis*.

Item potest ita fieri pignoris datio, *ut si intra cer-*
tum tempus pecunia non sit soluta, jure emptionis
possideat rem justo pretio, l. 16, *in fine, de pignor.*
vide 944.

920. Quod ARRHÆ nomine pro emptione datur, non
eo pertinet quasi sine arrhâ cōventio nihil proficiat,
l. 35, h. t.

Sed ut evidenter probari possit convenisse de pre-
tio, d. l. 35.

Ex arriali pacto personalis duntaxat actio pascientibus præparatur, l. 3, cod. de act. emptionis.

Tanquam adminiculis. Cujac. X. obs. 24.

Venditionem verò recusans qui vendere pollicitus est, in duplum eas reddere cogitur, l. 17, in fine, cod. de fide instrum. vide 1235.

Si emptor recusat, datis à se arrhis cadit, d. l. 17, Vel si intra tempus statutum pretium non solvit, & eâ lege vendidit, l. 1, cod. de pacct. int. empt.

921 PERFECTA emptio est si id quod venierit apparet quid, quale, quantum sit, & pretium & purè venit, l. 8, de peric. & com.

Et adpensum, admensum, adnumeratum sit, l. 35, paragr. 5, h. t. vide 992.

Nisi uno pretio venierit sive universaliter, ibid. §. 6, vide 963.

Nec aliter vires habet, nisi INSTRUMENTA in mundum recepta subscriptionibusque partium confirmata sint, l. 17, cod. de fide instrum. vide 1196.

Interdùm verò sine scriptis. l. 2, in fine h. t. & ibi *Cujac. in Gallia testibus non probatur nisi minoris 100 librarum pretii. Ordin. 1566, art. 54, & 1667, tit. 20, art. 2.*

922. DEGUSTATIO ad hoc proficit ut improbare liceat, l. 34, paragr. 5, h. t.

Necessaria est in vino quasi tunc plenissimè veneat: cum fuerit degustatum, l. 1, de peric. & comm.

Qui verò degustare noluit de se queri debet, l. 15, cod. tit. (de obsignatione dolii, vide 963.)

Alia causa est metiendi, mensura enim non eo proficit ut plus aut minus veneat, sed ut appareat quantum ematur, l. 34, paragr. 5, h. t.

Si ex doliario pars venierit, periculum ad venditorem pertinet antequam admetiatur, l. 35, §. 7, h. t. ex mensurâ enim incipit venditio. Fab. ration. ibi.

Aliud est si non ad mensuram vendidit. l. 1, paragr. 1, h. t. vide 963.

923. Sine PRETIO nulla venditio est, l. 2, c. 1, h. t.

Ex pretio enim emptionis substantia consistit, l. 72, h. t.

Unde qui pretium ponit donationis causâ non exacturus, non videtur vendere, l. 36, h. t.

Venditio tamen viliori pretio facta valet, l. 38, h. t. vide 954.

Præterquam si uno nummo, l. 46, locati. vide 989.

Pretii numeratio venditionem non perficit, sed conventionio, l. 2, paragr. 1, h. t.

Cum solo CONSENSU peragatur etiam inter absentes, l. 1, in fine, h. t.

Non tamen res empta fit accipientis quam pretio soluto, aut satis eo nomine facto, aut fide habitâ emptori, l. 19, & l. 53, h. t.

Et vindicare potest qui vendidit, l. 5, paragr. penult. de trib. act.

Nec ante valet etiamsi tradita fuisset, paragr. venditæ 43, instit. de rer. divis.

Cum autem fides habita est de pretio, actio pretii non soluti tantum competit, l. 8, cod. h. t.

Nec PÆNITENTIÆ locus est licet incontinenti, l. 12, cod. h. t. vide 956, 986.

Sed quasi pignus rem retinere potest vendor, l. 13, paragr. 8, de act. empti.

Quoad emptor fatisfaciat. l. 31, §. 8, de codil. edit. 924. Pretium certum esse debet. §. sed & certum. instit. de empt. l. 7, in fine, h. t.

Et potest quamvis ignoretur, veluti quantum pretii in arca habeo, l. 7, paragr. 1, h. t.

Non alieno arbitrio collatum. Cujac. in cod. h. t.

Poterit tamen ita res vendi quanti Titius æstimaverit, l. ult. cod. h. t. vide 2211.

Non quanti dominus rei venditæ, l. 7, h. t.

Nec quanti emptor, l. 35, paragr. 1, h. t.

Si Titius noluerit vel non potuerit pretium definire, pro nihilo erit venditio. §. sed & certum. instit. de empt.

Nec ad boni viri arbitrium respicitur, l. ult. cod. h. t. vide 990.

Idem. In locato & conducto, l. 25, locati. nec obstat quod in cæteris bona fidei judiciis redigatur. l. 22, paragr. 1, de regul. jur. vide 2211.

925. In pretio emptionis & venditionis naturaliter nec contrahentibus se CIRCUMVENIRE, l. 16, §. 4, de minor. vide 989.

Non tamen in qualitate rei, l. 37, de ædil. edict. vide 1108.

Nec si DOLUS adversarii probari possit, l. 23, locati. ex qualitate facti non quantitate pretii, l. 10, cod. de rescind. vend.

Modò dimidia pars veri pretii soluta sit. l. 2, cod. eod. tit. vide 954.

926. Potest vendor COMMENDARE quod vendit, l. 37, de dolo. vide 880, 2637.

Nec ex eo obligatur si ita in promptu res sit, ut eam emptor non ignoraverit, l. 43, §. 1, h. t. vide 1108.

Hæc enim ignorantia emptori prodest, quæ non in supinum hominem cadit, l. 15, paragr. 1, h. t.

Vel si sic dicuntur ut præstentur, non ut jaotentur, l. 19, paragr. 3, de ædil. edict.

Quo casu cum quodam temperamento ex bono & æquo modicè desiderantur, l. 18, de ædil. edict.

Qui vero decipiendi causâ commendat, de dolo actione tenetur, l. 37, de dolo.

Item quidquid vendor accessorum dixerit, id integrum & sanum dari oportet, l. 27, de act. empti. vide 977.

Plerasque enim res aliquando propter accessiones emimus. l. 34, h. t.

927. Si ita distrahit illa aut illa res utrum ELIGET vendor, haec erit empta, l. 25, h. t. vide 2212.

Si ita ematur illa aut illa res, erit electio emptori quia his verbis sibi profuit.

Alioquin rei electio est utram præstet, l. 10, paragr. ult. de jure dot.

Si una periit, quæ superest danda est, l. 34, §. 6, h. t. vide 682.

Exinde prioris periculam ad venditorem, posterioris ad emptorem respicit. d. paragr. 6.

928. Deficiente conditione nulla emptio est, l. 8, de peric. & comm.

Pro impletâ verò habetur, cùm per emptorem stat quominus impleatur. *l. 50, h. t. vide 2654, 1816.*

929. OBSCURITAS paëti potiùs nocet venditori, quia potuit re integrâ apertiùs dicere, *ll. 21, 33, h. t. 132, sive 172 de regul. jur. vide 138, 2207.*

Si fallendi causâ vel infidiose dissimulaverit, dolus est, *l. 43, paragr. 2, h. t. vide 237, 974.*

Sicuti falsò adseverare ut caro veneat, *l. 13, paragr. 3, de aët. empt.*

In emptis & venditis potiùs id quod actum quâm id quod dictum sit sequendum est, *l. 6, §. 1, h. t.*

Et hæc Sententia accipitur quæ rei gerendæ aptior est, *l. 67, de reg. jur. vide 2207, 138.*

930. Aliud est vendere, aliud vendenti consentire. *l. 120, sive 160, de regul. jur.*

931. Valet paëtum ut si emptor heresve ejus pluris vendiderit, dimidiam partem daret ei qui vendidit, *l. 13, paragr. 24, de aët. empt.*

Non valet ut ad diem pretio non soluto pluris præstetur, si legitimum usurarum modum excedit, *d. l. 13, paragr. 26.*

Sed pro modo legitimarum usurarum stipulatio valet. *l. 9, de usur. vide 940.*

932. Si paëtum sit de RETROVENDENDO & se substrahat emptor ut dominium retineat, denuntiationis & obfigationis, & depositionis remedio, venditori consuletur, *l. 7, cod. de paët. inter empt. vide 941.*

Tale paëtum ad heredes extendi potest. *l. 2, eodem tit.*

933. Qui VINA emit exceptis acidis, non potest ACIDA petere quamvis sibi expediat, *l. 6, de peric. & comm.*

Quia acida vendita non sunt. *Fab. ration. ibi. vide tamen 1728.*

Et quia invitus emptor ea accipere non cogeretur. *d. l. 6.*

934. Sæpè confines fundos etiam suprà justam aestimationem interest nostrâ acquirere. *l. 54, de legat. 2.*

935. Non licet ex OFFICIO quod administrat quis,

emere quid vel per se vel per alium, l. 46, h. t. l.
46, paragr. 1, de jure fisci.

Nisi si paterna ejus distrahanter, l. 61, h. t.

Vel si ad alimoniam, vel vestes pertineat. l. unica,
paragr. 2, cod. de contract. jud. vel.

936. Sine censu & reliquis fundus comparari non po-
test. toto tit. cod. sine cens.

De traditione, vide 973, 984; *de rescione*, 954; *de
periculo & commodo*, 960; *de quantominoris*, 1108; *de
lege commissoriâ*, 940; *de accessoriis*, 977; *de in diem
addictione*, 937.

TIT. II. *De in diem addictione.*

937. In diem ADDICTIO itâ fit, fundus ille centum
esto tibi emptus nisi si quis intra Kalendas januarias
proximas meliorem conditionem fecerit, l. 1, h. t.

Talis emptio conditionalis est. l. 2, h. t.

938. Si quidem hoc actum est ut meliore conditione
allatâ ab emptione discedatur, erit pura emptio quæ
sub conditione resolvitur, l. 2, h. t.

*Quo casu & emptor usucapiet, & fructus, & acces-
siones, & periculum ad eum pertinent*, l. 2, paragr.
1, h. t.

Secùs quando venditio conditionalis est. l. 4, h. t.

939. Melior erit conditio, si persona idoneior accedat
ad emptionem, l. 4, paragr. ult. h. t.

Si solutio sit facilior, vel maturior. *ibid.*

Si levioribus emat conditionibus, vel satisdatio-
nem nullam exigat. *ibid.*

Et quidquid ad utilitatem venditoris pertineat, l.
5, h. t.

Non verò si falsus emptor subjectus sit, l. 4, pa-
ragr. 5, h. t.

*Item necesse habet venditor meliori conditione al-
latâ priorem emptorem certiores facere*, ut ipse
quoque adjicere possit, l. 8, h. t.

Nec ei licet addicere si prior paratus sit plus adji-
cere, l. 7, h. t.

*Quid si non plus sed tantum offerat? Æquitas pro eo
facit ut præferatur.*

TIT. III. *De lege commissoriâ.*

940. Si eâ lege prædium vendidisti, ut nisi intrâ certum tempus pretium fuerit EXSOLUTUM, emptor arrhas perderet & dominium ad te per tineret, fides contraictûs fervanda est, *l. 1, cod. de pacâ. int. empt.*
 Sed modicum ad solvendum spatum datum videtur.
l. 23, in fine, de oblig. & act.

941. OFFERRE debet emptor si vult se legis commissariæ potestati solvere, si habeat cui offerat, *l. 4, paragr. 4, h. t.*

Si defuit vendor cum testari debet, & pecuniam obsignare, *l. ult. h.r.*

Et juri suo consulere denuntiationis, obsignationis & depositionis remedio, *l. 7, cod. de pacâ. int. empt.*

Quemadmodùm est ille qui futurum se, vel datum certò tempore sub pœnâ promisit, *l. 12, cod. de contr. & comm. stip.* vide 1173.

Quia conditio negativa solo lapsu temporis existit.
Fab. ration. in l. 4, paragr. 4, h. t.

Et ea quæ promisit emptor in memoriâ servare debuit, non ab aliis sibi manifestari poscere, *d. l. 12.*

Item, inempta res erit si defuncto venditore, tutoribus filii pretium statuto tempore non numeraverit, *l. ult. de resc. vendit.*

Defuncto verò emptore, nec pupillus restituitur, nisi vendor sæpius denuntiando tutoribus ut solverent, à lege recessisse videatur, *l. 38, de minor.*

Vendor enim qui pretium posteâ accepit vel petiit, legi renuntiavit, *l. 6, in fine, l. 7, h. t.*

Vel post præstitutum diem usuras petiit, *l. 4, cod. de pacâ. int. empt.*

Nec variare & ad legem comm. redire potest qui legi comm. renuntiavit vel commissoriam elegit. *l. 7, & l. 4, §. 2, h. t. cur ita? Vide 2655.*

942. Magis est hac lege sub CONDITIONE resolvi emptionem quam sub conditione contrahi, *l. 1, h. t.*

Nec vindicationem habet qui vendidit, si non pre-

cariam possessionem tradidit, l. 3, cod. de pacl. int. empt.

Sed habet actionem ex vendito. *ibid.*

943. Lex commissoria venditoris causâ cavetur, l. 2, h. t.

Nec eam exercebit INVITUS, l. 3, h. t. vide 2660.

Ex eâ inemptus est fundus, si venditor inemptum eum esse velit. l. 2, h. t.

944. Illicita lex commiss. in PIGNORE, l. ult. cod. de pacl. pign. vide tamen 919, 1086.

945. Si fundus inemptus factus sit, judicium de fructibus in emptorem datur, l. 5, h. t.

Et arrhæ vel alio nomine datum apud venditorem remanent, l. 6, h. t. l. 1, cod. de pacl. int. empt.

Quia nihil penes eum residere oportet, ex re in quâ fidem fecellisset, d. l. 5.

Nisi aliquam partem pretii dedit. l. 4, §. 1, h. t.

TIT. IV. De hereditate vel actione venditâ.

Cod. IV, 39.

946. Venditor hereditatis non SATISDAT, nisi de facto suo, l. 2, h. t.

Nec interest quanta hereditas est, l. 14, in fine h. t.

Nisi de substantiâ ejus affirmaverit, l. 15, h. t. vide 926.

Nec EVICTIONEM præstat in singulis rebus, nisi aliud nominatim convenit. l. 1, cod. de evict.

947. Hereditas esse debet ut sit emptio, nec alea emititur sed res, l. 7, h. t.

Sed & quasi spes hereditatis jam delatae vendi potest, ut in rebus, l. 11, h. t. vide 917.

Hereditatis verò ejus qui adhuc VIVIT, nulla venditio est, l. 1, h. t.

Quia in rerum naturâ non sit quod venierit. d. l. 1.

Item, qui nondum certus de quantitate hereditatis, persuadente emptore quasi exiguum vendidit, non tenetur. l. 4, cod. h. t. l. 9, de dolo.

948. Legata & fideicommissa peti possunt adversus he-

redem qui vendidit, l. 2, cod. de legat. l. 2, cod. h. t. vide 1652.

Sed heres ea ab emptore repetit, l. 2, cod. de legat. l. 2, paragr. ult. h. t.

Nisi fiscus sit qui vendidit, l. 1, cod. h. t.

Vel si ab emptore petita sunt, & actiones emptor sponte suscepit. l. 2, cod. de pact.

949. Tenetur emptor venditori, si quid ei testator debuit, l. 2, paragr. 18, h. t.

Quamvis aditâ, hereditate deberi desit. *ibid.*

950. Si NOMEN sit distractum, debitorem esse præstat non autem locupletem, l. 4, & l. 5, h. t.

Si quale fuit vendidit, l. 74, §. 3, de evict. nec bonum esse nomen affirmavit.

Invito debitore vendi potest. l. 3, cod. h. t. vide 1044.

951. Si res litigiosa vendita sit? Vide 2178.

T I T. V. De rescindendâ venditione, & quando liceat ab emptione discedere.

Cod. IV, 44, 45.

954. Si res majoris pretii MINORIS distracta sit, humanum est ut venditor premium restituendo eam recipiat, l. 2, cod. h. t.

Vel si emptor elegerit, quod deest justo pretio recipiat, *ibid.*

Minus autem premium esse videtur si nec DIMIDIA pars veri pretii soluta fit, d. l. 2, quod fuerat tempore venditionis, l. 8, in fine, cod. h. t.

Nec sufficit quod magno pretio fundum comparatum, minoris distractum esset. l. 4, cod. h. t. vide 575.

955. An in venditione MOBILIUM? Affirmat Robert. 2, animadv. 12, admittit Molin. in mobilibus pretiosis duntaxat. Consuet. paris. §. 33, n. 47, qualia sunt margaritæ, bona mobilia per aversionem vendita, secessiones nemorum. *ibid.*

An profit EMPTORI? Negat Cujac. XVI, obs. 18, affirmit Goth. in l. 1, §. 13, si quid in fraud. nutrat Molin. in d. n. 47, prodeesse tamen concludit. Cu-

jac. fatetur quod error communis obtinuit ut idem jūs sit in emptore d. obs. 18, quibus adde hoc beneficium dari venditori quamvis rei suae vires vel merita atque emolumēta scire debeat, l. 15, cod. h. t. & multò magis favendum emptori qui ea penitus ignoravit, vide 1109.

Interdūm emptori à lege consulitur, scilicet si cæcus emit, & in materiā erravit, l. 11, de contr. empt. Vel si venditor dolo fecit ut pluris venderet, l. 13, paragr. 4, de act. empti. vide 925.

Prodest in divisionibus per perperam factis, l. 3, cod. comm. utr. jud. vide 575.

Et in permutationibus. Goth. in l. 1, parag. 13, si qu. in fraud. Cuiac. in d. obs. 18.

Non prodest ei qui locavit. Goth. in l. 14, cod. de usur. vide 989.

Nec in transactionibus. Goth. in l. 8, de transact. vide 148.

Nec in emphiteusi. Goth. in l. 2, cod. h. t.

Nec si decretum judicis intervenit. Goth. ibi.

Nec post 30 annos. Goth. ibi. decem verò apud nos. Ordin. 1510, art. 46. vide 218.

Nec si iussu testatoris res vendita sit certo pretio, l. 49, paragr. ult. de legat. 1.

Nec si venditor residuum donavit. Goth. in d. l. 2.

Nec si beneficio RENUNTIAVERIT. Goth. ibi. argumento. l. 29, cod. de pact. & l. 14, in fine, de ædil. edit. intellige scienter & justo pretio cognito.

956. Potest dum res integra est, in secta fieri emptio conventione, l. 2, h. t.

Etiam nudâ, l. 5, paragr. 1, h. t. vide 2184.

Modò utriusque partis consensu, l. 1, & l. 2, cod. qu. lic. ob empt. vide 923.

Nec alterutro invito, l. 3, cod. h. t.

Cum non potest pacisci, ut unus tantum maneat obligatus. l. 1, h. t.

957. Res bonâ fide vendita propter minimam causam inempta fieri non debet, l. 54, de contr. empt. vide 1108.

Nec

Nec facile datur actio ad rescindendam perfectam venditionem. l. 6, cod. de act. empt.

958. De rescindenda ex redhibitione, vide 1111, ex retractu, 983; ex lege commissoriâ, 940; ex addictione in diem, 937.

TIT. VI. *De periculo & commodo rei venditæ.*

Cod. IV, 48. *Chambonney*

960. Post perfectam venditionem omne COMMODUM & incommodum ad emptorem pertinet. l. 1, cod. h. t. l. 8, b. t.

961. Qui emendam rem recipit ut prius peritioribus ostenderet, custodiam præstat non verò majorem vim, l. 17, paragr. 4, de præscr. verb. vide 2675.

Res enim EXPERIENDA data perit venditori, l. 20, paragr. 1, eod. tit. vide 729.

Modò in tempore vel causâ experimenti perierit. l. 20, h. t. vide 728, de revendendâ datâ, vide 1028.

962. Ante traditionem talis CUSTODIA desideratur à venditore qualem bonus pater fam. suis rebus adhibet, l. 35, paragr. 4, de contr. empt.

Sive qualem homines frugi, & diligentes, l. 11, h. t.

Exætiorem quam in rebus suis, sicut hi quibus res commodata est, l. 3, h. t. vide 724.

Non tamen qualem diligentissimus præstaret, si forte in rebus suis negligens sit. Fab. ration. in l. 35, paragr. 4, de contr. empt.

Non tenetur verò si res vi adempta est, quia custodia adversus vim parum proficit. l. 31, de act. empti. vide 2675.

963. Si VINUM venditum acuerit vel effusum sit, emptoris erit damnum, l. 1, h. t.

Intellige de universo in horreis vendito, clavibus emptori traditis, l. 2, cod. h. t. vide 2005.

Vel si totum vinum quod esset in dolio venditum sit uno pretio constituto. Fab. ration. in l. 35, paragr. 7, de contr. empt.

Et degustatum sit, l. 1, h. t. vide 922.

Nisi post diem DEGUSTANDO præfinitum , quia per ipsum venditorem factum est , l. 4 , h. t.

Periculum autem ad emptorem , perfectâ emptione , respicit , l. 8 , h. t.

Si cum intelligeret venditor non duraturam bonizatem non admonuit emptorem , tenebitur quanti interest , l. 15 , h. t.

Dolium magis ne summutetur signari solet , quam ut tradere eum videatur , l. 1 , paragr. 2 , h. t.

Videntur tamen trabes traditae quas emptor signasset , l. 14 , in fine , h. t. idem in doliis signatis. Goth. in d. l. 14.

Sed hoc ita cum ad solam venditionis finem signantur. Fab. ration. ibi.

Si AVERSIONE vinum venit , custodia tantum præstanda est. l. 4 , paragr. 1 , h. t.

964. Finis CUSTODIÆ est aut tempus constitutum , aut denuntiatio ut tollat vinum , l. 4 , paragr. 2 , h. t.

Certe antequam ad vindemiam fuerint dolia necessaria debet avehi vinum , d. paragr. 2 , ne infinitam custodiam præstet. ibid.

Licet autem vendori effundere vinum , si intrâ diem admensum non est prius testato emptore , l. 1 , paragr. 3 , & paragr. 4 , h. t.

Si tamen cum posset non effudit , laudandus est , d. paragr. 3 , vide 1732.

Si ei vasæ necessaria sint , quoniam mercator est , ejus commodum erit inspiciendum. l. 2 , h. t.

965. Post venditionem perfectam res emptoris est periculo , l. 4 , paragr. 1 , h. t. l. 4 , cod. h. t.

Et MORTIS casus etiam ante traditionem , si non ex præterito vitio , l. ult. cod. h. t.

Sicuti & post moram emptoris , l. 5 , h. t. l. 4 , cod. h. t.

Modò & ipse vendor non sit in morâ posteriore , l. 17 , h. t. vide 973.

Utriusque autem mora in eodem tempore , potius emptori nocet quam venditori. ibid.


Ex die verò moræ emptoris , de dolo tantum tenetur vendor. l. 17 , h. t.

966. Qui FRUMENTUM in herbis vendidit periculo tempestatis in se suscep^to , tenetur de immoderatâ tempestate , l. 78 , in fine , de contr. empt.

Emptor verò de his quæ ex consuetudine sunt. d. l. & ibi. Fab. ratione vide 1015.

967. SUMPTUS ante traditionem factos vendor repetit , l. 13 , paragr. 22 , de act. empti.

Si quos bonâ fide fecerit. l. 16 , cod. eod. tit.



L I B E R X I X.

T I T. I. De actionibus empti & venditi.

Cod. IV , 49.

971. **Q**ui alienâ pecuniâ comparat , sibi tantum querit non ei cui numini fuerunt , l. 8 , cod. si qu. ult. vide 846 , 1072.

Fallit si res ex pecuniâ dotali comparatæ sunt , do tales enim esse videntur , l. 54 , de jure dot. vide 1277 , & utilis vindicatio datur , l. 55 , in fine de donat. int. vir. non directa , sed in subsidium , l. 12 , cod. de jure dot.

Item , utilis vindicatio datur obtentu militiae , l. 8 , cod. de rei vind.

Vel pupillaritatis , l. 2 , qu. ex facto tut. & electio datur minori , utrum rem petat ex suâ pecuniâ emp tam. l. 3 , cod. arbitr. tut. vide 1070.

972. **T**RADITIO fit de manu in manum. Cujac. in l. 20 , cod. de pac*t*.

Est autem datio possessionis. Cujac. XI , obs. 19.

Vendor ipsam rem præstare , sive tradere tenetur , l. 11 , paragr. 2 , h. t.

Id est possessionem quamvis precariam , modò ha beat emptor facultatem fructus percipiendi , l. 13 , paragr. 21 , h. t. vide 975.

Qui usumfructum retinet , continuò tradidisse creditur. l. 28 , cod. de donat.

973. Si res vendita non tradatur , in id quod interest

Hij

agitur , l. 1 , h. t. l. 4 , cod. h. t. vide 984 , intellige
de corporalibus , sive mobilibus rebus .

*Cum nemo possit cogi præcisè ad factum , quia id non
potest fieri sine vi . Fab. ration. in l. 1 , h. t.*

*Si de immobilibus , sententia judicis pro traditione
erit .*

Opus facere iussus , pecuniam pro opere offerens ,
non audiatur , l. 11 , in fine , de legat. 3 .

Mortuo EQUO vendito , perinde habenda est ven-
ditio ac si traditus fuisset , l. 5 , paragr. 2 , de rescind.
vend.

*Ex empto agit emptor , etiam ultrà rei pretium , l.
1 , h. t.*

Non tamen ultrà duplum , l. unicā , cod. de sent.
quæ pr. vide 535 .

*Item , utilitas emptoris in aestimationem venit ,
quæ modò circā ipsam rem consistit , l. 21 , §. 3 , h. t.*

Non si potuit ex re negotiari & lucrum facere ,
nec si hoc ipso quod non sit tradita damnum passus
sit , d. paragr. 3 , vide 535 .

*Unde si de VINO vendito agatur , condemnare
oportet post moram utro tempore vel loco pluris
fuit , l. 3 , paragr. 3 , h. t. vide 707 .*

Mora verò vendoris emptori non prodest , ipso
moram faciente . l. 51 , h. t. vide 965 .

974. Debet vendor & instrumenta fundi exhibere , &
fines ostendere , l. 48 , in fine , & l. 52 , h. t.

Si CELAVIT servitutem , vel non dixit de tribu-
to , tenetur , l. 1 , §. 1 , & l. 31 , §. 1 , h. t. vide 459 .
1115 , si modò emptor ignoravit , d. l. 1 , paragr. 1 .

Si ignorans non dixerit , præstat id QUANTI MI-
NORIS emisset emptor , l. 13 , h. t. l. 61 , de ædil.
edict. vide 1109 .

Si sciens reticuit , omnia detimenta , d. l. 13 , ob-
dolum , l. 66 , paragr. 1 , de contr. empt. vide 929 ,
459 .

Si emptor onus & gravamen cognovisset , nullam
adversis venditorem habet actionem , sive sciens ,
sive ignorans reticuit , l. 9 , cod. h. t. vide 249 ,
1108 .

Quia non videtur celatus qui scit, neque certiorari debuit qui non ignoravit, l. 1, in fine h. t.

Item, tenetur venditor SERVITUTEM sciens, et si excipisset servitudes si quæ deberentur, l. 39, h. t.

Vel adjectum esset, nève eo nomine quid præstaret, l. 6, paragr. ult. h. t.

Dolus enim est, quem semper abesse oportet in iudicio empti, quod bonæ fidei est. d. paragr. ult.

975. Si venditor DOMINUS rei non fuit, sufficit ei evictionis nomine se obligare, l. 1, de rer. perm. l. 11, paragr. 2, h. t.

Quamvis aperte in venditione comprehendatur, nihil evictionis nomine præstatum iri, pretium debetur re evictâ, utilitas non debetur, l. 11, paragr. ult. h. t. vide 1125.

Cùm conventio contra bonam fidem non sit sequenda, l. 1, paragr. 7, depos. vide 141.

Non tenetur verò de evictione quæ fit per violentiā, l. ult. cod. h. t. vide 1128.

Qui autem sciens alienam rem vendidit ignorantia, priusquam evincatur præstabat quod interest, l. 30, paragr. 1, h. t. vide 974.

Hæc enim scientia dolus malus est. d. paragr. 1.

976. Sive dominii quæstione motâ, sive IMMINEAT evictio, satis offerri debet emptori, l. 18, §. 1, de peric. & comm. l. 24, cod. de evict. vide 1123.

Nec anteà pretium solvere cogetur, si quæstio mota sit, d. paragr. 1.

977. INTEGRAM rem præstare debet qui vendidit, l. 6, §. 4, h. t. vide 1013.

Et integras eligere si octaginta vendidit & plures sint, non si sola octaginta sit, l. 54, §. 1, h. t.

Et si quid rei accessum est, l. 27, h. t. l. 33, de ædil. edict. vide 926, 985.

Nisi in contrarium actum sit, l. 6, §. 4, h. t.

ANIMALIA sana præstari debent, l. 11, §. 4, h. t. vide 1108.

Quod verò uno deest emptori, compensatur cùm his quæ in cæteris amplius inveniuntur. l. 42, h. t.

978. Jus AQUÆ transit ad emptorem, etiamsi nihil dictum sit, l. 47, de contr. empt. H iij

Et ipsæ fistulæ per quas aqua ducitur. *ibid.* & *l. 49,*
& l. 78, eod. tit.

Quamvis extrâ ædes sint, *l. 48, eod. tit.*

Etiam si jus aquæ amissum sit, d. l. 49.

ITER quoque ad hauriendum. *l. 10 de servit. urb.*

l. 3, paragr. 3, de servit. rust. vide 493.

979. ÆDIUM sunt quæ propter ædes habentur, *l. 13.*
in fine h. t.

Et si extâ ædificium, ut puteal, lines, fistulæ...,
l. 15, & l. 17, paragr. 8, h. t.

Distracta ut reponantur ædificii sunt, *l. 17, §. 10,*
l. 18, paragr. 1, h. t.

Non autem parata ut imponantur, si nondum per-
fecta sint quamvis in ædificio posita, *l. 17, paragr.*
5, h. t. vide 1737.

Idem, de tegulis tegendi gratiâ allatis, l. 18, pa-
ragr. 1, h. t.

Erga parietem ADFIXA non sunt ædium si ornatûs
causâ parantur, non quo ædes perficiantur, *l. 245,*
de verb. signif.

Fundi nihil est nisi quod terrâ se tenet, *l. 17, h. t.*

Unde FRUCTUS pendentes pars fundi videntur,
l. 44, de rei vindic. vide 1161, 420, quamvis matu-
ri, l. 13, paragr. 10, h. t.

Non autem animalia, nec pisces in piscinâ, *l. 15*
& 16, h. t.

Nec instrumenta fundi, etiam si cohærent, *l. 17,*
h. t. nisi ita defossa sint, ut inde moveri non possint.
Fab. ration. ibi.

Veluti dolia in horreis defossa. l. 76, de contr.
empt.

980. Alienatio fit cum suâ CAUSA quæ esset futura si
apud nos ea res mansisset, *l. 67, de contr. empt.*

Item, emptor iisdem defensionibus uti potest, l.
76, paragr. 1, eod. tit. vide 1136.

Qui ITER vendidit, non tenetur si emptor domi-
nus vicini fundi non fuerit. *l. 6, §. 5, h. t. vide 448.*

981. Tenetur emptor nummos vendoris facere, *l. 11,*
paragr. 2, h. t.

Et USURAS ex die traditionis præstare, *l. 13, pa-*
ragr. 20, h. t. l. 5, cod. h. t.

Nam cum ei possessio tradita est, usuras aequitatis ratione praestare cogitur, donec pretium obtulerit, quamvis pecuniam obsignatam in depositi causam habuerit, l. 2, cod. de usur. vide 1156, 1177.

Non autem ultrà ne quidem ex morâ, l. ult. de peric. & comm.

Licet venditor plus quam ex usuris querere potuit. ibid.

Nisi si certo loco dare promisit. l. 2, paragr. ult. de eo qu. cert. vide 715.

982. Sorte solutâ, usuræ non praestantur, licet post moram, l. 49, paragr. 1, h. t.

Id est post sententiam antecedentem. Goth. ib. vide 1154, 2665.

Quia non sunt in obligatione, sed officio judicis praestantur d. paragr. 1.

983. Ut PROXIMI extraneos ab emptione removent abrogatur. l. 14, cod. de contr. empt. removent jure nostro. Ordin. novemb. 1581, & Statuto 1472.

984. Cui primum res tradita est, hic potior est, l. 31, paragr. ult. h. t.

Inter idem jus habentes, l. 15, cod. de rei vindic. l. 9, paragr. 4, de publ. in rem act. vide 1074.

Quia in pari causâ possessor potior haberi debet, l. 170, sive 128, de regul. jur. vide 2113, 2693.

Cum & preferatur qui prior est tempore, l. 98, cod. tit. & possessor quamvis nullum jus habeat, l. 5, si ususfr. pet.

In lucro enim faciendo, durior est causa petitoris, l. 33, de regul. jur.

Dominium rei venditæ aliis transferre potest vendor, qui nondum tradidit, l. 6, cod. de hered. vel act.

Sed quanti interest præstat, ei cui non tradidit, d. l. 6, vide 973.

Idem si duobus res locata sit. Goth. in l. 9, cod. de loc.

985. Jumenta cum ORNAMENTIS vendita intelliguntur, l. 38, de ædilit. edit.

Si in ipsâ venditione ornata sint, d. l. 38, §. 11.

De ornamentis vero restituendis actio in 60 diebus datur. d. l. 38.

986. Adversus venditorem venditionem impugnantem, datur exceptio. *toto tit. de except. rei vend. l. 46, h. t. vide 1137.*

Adversus heredem ejus datur exceptio dolii, *l. 73, de evict. vide Luperier, lib. 1, qu. 9 & 1004.*

987. Si eandem rem RURSUS pluris minoris emero, discessimus à priore emptione, *l. 2, de resc. vend.*
Si pretium solutum non sit. *ibid.*

Non verò si sibi conditione rursus emam, *l. 7, eod. tit.*

De evictionibus, vide 1123.

TIT. II. Locati conducti.

Cod. IV, 65. XI, 70, 71.

988. *LOCATIO CONDUCTIO est conventio nitida faciendi fruendivè aliquid, certâ mercede, Cujac. h. t.*

Emptioni & venditioni proxima, iisdemque juris regulis consistit, *l. 2, h. t.*

Nam ut emptioni venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit, si & locatio conductio, si de mercede, *d. l. 2, vide 923.*

Nec valet si alter errat in pretio, *l. 52, h. t. intellege si dominus pluris existimet, non si minoris. ibid.*

Non verbis sed CONSENSU contrahitur, *l. 1, h. t.*

Si materia data sit ab eo qui locavit, *l. 2, §. 1, h. t. vel aliquid faciendam dedit. l. 22, §. 1, h. t.*

Locatio enim est quoties materia non alienatur, *l. 66, de contr. empt.*

Veluti si aurum dedero ut annulus fiat, *l. 2, paragr. 1, h. t.*

Locat enim artifex operam suam, id est, faciendi necessitatem, *l. 22, paragr. 2, h. t.*

Item quoties faciendum aliquid datur, locatio est. *d. l. paragr. 1.*

LOCATOR est qui dat utendum vel faciendum ali- quid, conductor qui accipit. Cujac. II obs. 28.

989. Licet se invicem in mercede CIRCUMSCRIBERE,

sicut in venditionis pretio, l. 22, in fine h. t. vide 925, 1108.

Nec prætextu minoris pensionis, locatio rescinditur, si dolus absit, l. 23, h. t.

Ne quidem si nec dimidia justæ mercedis. Goth. in l. 14, cod. de usur. vide 955.

Nummo tamen uno conductio nulla est, sed donationis instar. l. 46, h. t. vide 923.

990. Si ut arbitratu domini opus adprobetur *convenit*, perinde habetur ac si boni viri arbitrio. l. 24, h. t.

Sicut in judiciis bonæ fidei, l. 78, pro socio, vide 2211.

Ubi merces alieno ARBITRIO collocata sit, & is non potuit eam definire, pro nihilo est conductio, l. 25, h. t. vide 924, intellige ante rei traditionem.

991. Si Faber incudem vel malletum fregerit, non imputatur ei qui locaverit opus, l. 2, paragr. 1, de l. Rhod. de jaētu. vide 757.

992. Opus quod AVERSIOne locatum est, donec adprobetur, conductoris periculum est, l. 36, h. t.

Vel quatenus admensum non sit, si in pedes mensuras ve præstetur, d. l. 36.

Nisi per dominum steterit quominus adprobetur, vel admentiatur. ibid. vide 2654.

Vel si vi majore interciderit. ibid. & tale opus fuit ut probari deberet, l. 37, h. t.

Putā si cæptum ædificium quod faciendum suscepserat, terræ motu nondum perfectum concussum sit, l. 59, h. t.

Quod autem operis VITIO accidit, operarii detrimentum est, l. ult. h. t. cur ita? Vide 2653.

Idem, si mures vestimenta fulloni data roserint, quia debuit ab hac re cadere, l. 13, paragr. 6, h. t.

993. Si quid promisit conductor, si in DIEM ita factum non esset, vir bonus æstimabit, ut eo spatio absolveretur sine quo fieri non possit, l. 58, paragr. 1, h. t. vide 713.

Transacto verò tempore, si posteà fiat liberatur, l. 137, paragr. 3, de verbor. oblig. vide 2213.

994. Totius temporis merces debetur, si per operarium

non stetit quominus locatas operas præstare , l. 38 ,
h. t. vide 767 , 157 .

Modò eodem anno ab alio non acceperit . l. 19 ,
paragr. 8 , h. t.

995. Portorium , PEAGES & DROITS , præstat mu-
lio , qui ea se transiturum non ignoravit , l. 60 , paragr.
8 , h. t.

Nisi propter res exactum sit. Goth. ibi.

996. Si dum res portatur aut reponitur , à conductore
fracta sit , ità periculum præstat , si non fecit omnia
quæ diligentissimus quisque , observaturus fuisset . l.
25 , paragr. 7 , h. t. vide 1017 .

997. Qui mercedem accipit pro CUSTODIA , peri-
culum custodiæ præstat , l. 40 , h. t. vide 962 .

Et damnum ab alio datum , si custodire potuit , l.
41 , h. t. vel prohibere , l. 29 , h. t. vide 1015 .

*Non tamen casus fortuitos , nisi periculum in se re-
cepit. Fab. ration. in l. 40 , h. t. vide 2675 .*

Tunc enim tenetur de effractis & compilatis hor-
reis , l. 55 , h. t.

Non si virtus materiæ damnum datum sit . l. 13 , §.
5 , h. t.

998. MORTUORUM vœtura non debetur , si pro-
deportatis tantum conventum sit , l. ult. de l. Rhod.
de jaçtu .

Si hoc non appareat debetur , d. l. ult.

Prægnantis verò vœtura , nato infante non ange-
tur . l. 19 , paragr. 1 , h. t.

999. Potentior est causa nauli , vœtura juuentorum .
l. 6 , paragr. 1 & paragr. 2 , qui pot. in pign.

Licet posterior sit , paragr. 1 , vide 1069 , 1023 .

1000. Qui propriam rem conduxit , existimans alie-
nam , dominium non transfert , l. 20 , cod. h. t.
vide 447 .

Cum errantis nullus consensus sit ; l. 23 , cod. h. t.
vide 2228 .

Nec solet locatio dominium mutare , l. 39 , h. t.

Si SCIENS , transfert , l. 19 & 37 , de acq. vel
amitt. vide 2009 .

Possessionem tamen priùs restituere debet , & tunc

de proprietate litigare, l. 25, cod. h. t. vide 2017.
 1001. Nemo prohibetur rem quam conduxit fruendam
 alii locare, nisi aliud convenit, l. 6, cod. h. t. vide
 405.

Modò nec abutatur, nec contumeliosè utatur. l. 27,
 paragr. 1, de usufr.

Correi conductionis sicut & emptionis, tenentur in
 solidum. l. 47, h. t. 2220, 2222.

1002. Locatio facta quoad id qui locasset vellet, MOR-
 TE ejus tollitur. l. 4, h. t.

1003. SUCCESSOR singularis colono non tenetur,
 nec colonus ei, l. 32, h. t. & Got. ibi. vide 410.

Proindè emptori necesse non est stare colono, l. 9,
 cod. h. t. nec legatario, l. 32, h. t.

Heres verò tenetur erga colonum, d. l. 32, l. 120,
 in fine de legat. 1, vide 986.

Non si locator fructuarius sit, heres enim ejus non
 tenetur ut frui præstet, l. 9, paragr. 1, h. t.

Colonus securus erit si ad conductionis securitatem,
rem ipsam locatam specialiter pignoratam habeat.
Goth. in l. 9, cod. h. t.

Dominus qui fundum vel domum quam locaverat
 vendidit, ex conducto tenetur. l. 25, §. 1, h. t. l. 13,
 §. penult. de act. empt. vide 1011, 1014.

1004. HERES coloni, colonus non est, l. 60, pa-
 ragr. 1, h. t.

Sed in conductione succedit, l. 10, cod. h. t. & ex
 conducto agit, l. 19, paragr. 8, h. t.

Eique onus contractus incumbit. d. l. 10.

1005. Finito tempore intelligitur dominus ex integro
 locare, cum patitur colonum in fundo esse, l. 14,
 h. t.

Una cum vinculo pignoris, l. 16, cod. h. t. ar non
 fidejussorum. Cujac. in l. 13, paragr. 11, h. t.

In ipso tantum anno, l. 13, paragr. 11, h. t.

Nisi defuncto vel furente domino, l. 14, h. t.

Secus in prædiis urbanis. d. §. 11, prout enim quis-
 que habitavit ita & obligatur. ibid.

1006. Si dominus frui non patiatur, quod interest
 præstabitur, l. 15, paragr. 8, h. t. vide 1014.

Si colonum EXPULSIT , non liberatur ex eo quod postea fundo frui eum patiatur , l. 24 , §. 4 , h. t.

Et quantum per singulos annos compendii facturus erat , colonus consequetur , d. paragr. 4.

Sera est enim patientia truendi , nisi rebus adhuc integris , & paucis diebus prohibuisset . ibid.

Sed pñnam à ruptâ conventionis fide prœstat . l. 15 , cod. h. t.

1007. Dominus ædes demoliens quamvis ex necessitate mercedem amittit , l. 30 , h. t. vide 1014.

Non tamen ex levi demolitione , si paulò minus commodè colonus utatur , l. 27 , h. t.

Si sine necessitate , sed quia melius ædificare vellet tenetur quanti conductoris interest . l. 30 , h. t.

1008. Si necessarias sibi ædes propriis usibus dominus probaverit , resolvitur conductor , l. 3 , cod. h. t. modò aliae aptæ non inveniantur quod raro contingit.

Vel si eas corrigere maluerit . d. l. 3 , intellige necefariò . l. 30 , h. t. refectis autem ædibus , in veterem locationem restitui , jure potuerit , inquilinus . Goth. in l. 3 , cod. h. t.

1009. Si vicino ædificante OBSCURENTER lumina , tenetur locator , l. 25 , paragr. 2 , h. t.

Licebitque colono vel inquilino , relinquere conductionem , d. paragr. 2.

Sicuti si ostia fenestravè nimium corruptas non restituat . ibid.

1010. Si domus EXUSTA sit , locator frui non prætabit , l. 19 , paragr. 1 , h. t. vide 1015.

Sed ejus temporis quo ædificium stetit , merces erit præstanda . d. paragr. 1.

1011. Evicta domo licet sine culpa ejus qui locavit , non alias absolvetur quam si aliam non minus commodam habitationem præstet , l. 9 , h. t.

Et emolumentum conductionis si pluris à conductorre locata sit . l. 7 , & l. 8 , h. t. vide 1001.

1012. Qui DOLIA vitiosa locavit , licet ignorans , tenetur in id quod interest , l. 19 , paragr. 1 , h. t. l. 6 , paragr. 4 , de aët. empti.

Sicut & in venditiis , d. paragr. 4 , vide 977.

Qui autem ab initio vitiosa scienter conduxit, habet quod sibi imputet, l. 13, paragr. 6, de *damno inf.*

De saltu pascuo in quo herba mala nascebatur, quem ignorans locavit, pensionem tantummodo non petet, l. 19, paragr. 1, h. t.

Idem, si venditus pestilens fundus esset, redhibitio procedit. l. 49, de *ædil. edict.* vide 1112.

1013. Si per dominum stat quominus ex conducto fruilecat, mercedem restituet, non si quid pluris interfit, l. 33, h. t.

Nisi ab eo prohiberetur, vel prohiberi possit ne id alter faciat. *ibid.*

Tunc enim etiam lucrum præstat. *ibid. intellige intrinsecum. Goth. ibi. vide 973.*

1014. Omnem vim, & casum cui resisti non potest, dominus colono præstat, l. 15, paragr. 2, h. t.

Pensionem remittendo, d. l. 15, paragr. 7.

Si aliter convenerit, pacto standum est, l. 9, paragr. 2, h. t.

Modò specialiter casus expressi sint, l. 4, paragr. 4, si qu. caut. l. 8, cod. h. t.

Non si generaliter. l. 24, paragr. 8, de *damno inf.*

1015. Pro VI MAJORE sunt uredo, vel solis fervor non assuetus, l. 15, paragr. 2, h. t.

Incendium. *ibid. paragr. 3, vide 1016.*

Vis tempestatis calamitosæ, d. paragr. 2.

Non tamen si conditionem rerum & tempus novis condūctor. *Goth. in l. 8, h. t.*

Nec si in his locis grando fructum verberare solita fuerit. *Goth. ibi.*

Nec si ex vitiis quæ ipsâ re oriuntur, veluti si vinum acuerit, vel si raucis aut herbis segetes corruptæ sint, l. 15, paragr. 2, h. t.

Nisi labes omnem fructum tulerit, d. paragr. 2, vel plus quam tolerabile est læsi fuerint fructus, l. 25, paragr. 6, h. t.

Tunc quoque damnum seminis ad colonum pertinet, l. 15, parag. 7, h. t.

Alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodiçum lucrum non aufertur, d. paragr. 6.

Item, remissio nihil obest domino si sequentibus annis contigit ubertas, & integrum pensionem habet, etiam hujus anni quo remisit, l. 15, paragr. 4, h. t. modò ultrà biennium duravit conductio. Goth. in l. 8, cod. h. t.

Item, remissio non datur ei qui prædium non coluit, l. 15, paragr. 3, h. t.

Nec quoties ipsius culpā, vel negligentia processit. Goth. in d. l. 8, vide 2639.

Culpa autem ejus erit, si inimicus ejus arbores exciderit, l. 25, paragr. 4, h. t. vide 1128.

Idem, de CULPA servorum, vel hospitum, l. 11, h. t. vide 1016.

Mala enim electio in culpā est, d. l. 11, & ibi. Goth. l. 60, paragr. 7, h. t. vide 539, 748.

Cum bonos debuit eligere, l. 3, de public. & vect.

Si casus fructibus à solo separatis contigit, remissio non datur, quia periculo conductoris sunt. Fab. ration. in l. 15, paragr. 2, h. t. Goth. in l. 8, cod. h. t.

Secūs si PARTIARIUS sit, ille enim quasi societas jure & damnum & lucrum cum domino fundi partitur. l. 25, §. 6, h. t.

1016. INCENDIUM sine culpā fieri non potest, l. 11, de peric. & comm. l. 3, paragr. 1, de offic. præf. vig.

Non tamen si servorum negligentia factum sit, continuo dominus in culpā erit, d. l. 11.

Si enim ex levissimā culpā, conductor non tenetur. Goth. in d. paragr. 1, Fab. ration. in l. 12, h. t.

Modò eam diligentiam adhibuit, quam debent homines frugi ac diligentes præstare, l. 11, de peric. & comm.

Si dictum sit ne scenum componeret, vel ne ignem haberet & habuit, tenetur conductor, etiamsi fortuitus casus admisit incendium. l. 11, paragr. 1, & paragr. 4, h. t.

1017. Præstat conductor CUSTODIAM, l. 28, cod. h. t. vide 2675.

Et servorum factum, l. 30, §. ult. h. t. si noxios servos habuit, l. 27, paragr. 11, ad l. Aquil.

Nisi in his quæ fortuito casu, d. paragr. ult. vel cuius resisti non potest, l. 28, cod. h. t.

Idem, de damno injuriâ ab alio dato. *l. 19*, *commod.* nisi propter inimicitias domini datum sit. *l. 25*, *paragr. 4*, *h. t. vide 1015.*

1018. Si deferuerit conductor habitationem, vel fundi culturam, statim dominus agere potest, *l. 24*, *paragr. 2*, *h. t.*

Quatenus indemnitas ejus servetur *l. 55*, *§. 2*, *h. t.*

Si tantummodo absens sit, & pensiones non solverit, horrea ædesve publicè aperire, & ea quæ ibi sunt describere licebit, post biennium, *l. 56*, *h. t.*

Si timoris causâ emigraverit, & justa sit, non debetur merces, *l. 27*, *paragr. 1*, *h. t.*

Quod si vel non denuntiavit, vel resistere potuit, & non restitit, tenetur, *l. 13*, *§. 7*, *h. t. si potuit citrè evidens salutis suæ periculum. Fab. ration. in d. §. 7.*

Item, si male in re locatâ versatus sit inquilinus, expelli poterit. *l. 3*, *cod. h. t.*

1019. Colonus curare debet, ut opera rustica suo quoque tempore faciat, *l. 25*, *paragr. 3*, *h. t.*

Ne INTEMPESTIVA cultura deteriorem fundum faceret, *d. paragr. 3.*

Idcirco villarum curam agere debet, ut eas incorruptas habeat. *ibid.*

Instrumenta verò præstare debet dominus, nisi aliud convenerit, *l. 19*, *paragr. 2*, *h. t. vide 1735.*

Si ea æstimata colonus accepit, pro emptore habetur. *l. 3*, *h. t. vide 1028.*

1020. Conductor repetit IMPENSA necessariè vel utiliter facta, *l. 55*, *paragr. 1*, *h. t. vide 1317.*

Ut si vineas posuit, *l. 61*, *h. t.*

Aut villam vel stabulum refecit, ut frui liceret. *l. 15*, *paragr. 1*, *h. t.*

1021. USURÆ pensionum tardius illatarum non nisi ex mœrâ debentur à colono, *l. 17*, *§. 4*, *de usur.*

Vel si ita convenerit, *d. paragr. 4*, *ex stipulatu + vel nudo paçto. Gloss. & Doçt. ibi. vide 318.*

Etiam contra fidejussorem, si in omnem causam fidejusserit, *l. 54*, *h. t.*

FRUCTUUM nomine prædiorum urbanorum pensiones accipiuntur. *l. 36*, *de usur.*

1022. Adiecta tollit inquilinus , modò pristinam factiem ædibus reddat , l. 19 , paragr. 4 , h. t.

Quamvis connexa , l. 59 , de rei vindic. vide 411.

Quæ verò destruxit , instaurare debet. l. 29 , cod. h. t.

1023. Invecta & illata in prædiis urbanis pignoris jure tenentur , domino etiam ignorantे , l. 5 , cod. h. t.

l. 4 , in fine , in qu. caus. pign. l. 4 , de pactis. vide 609.

Non solùm pro pensionibus , sed & pro deteriorationibus , l. 2 , in qu. caus. pign.

Idem , de inventis ab eo cui inquilinus locavit , l. 11 , §. 1 , de pign. act.

Pro eâ summâ duntaxat , in quam à conductore locavit , d. paragr. 1.

Nisi gratuitam habitationem conductor ei præstiterit , l. 5 , in qu. caus. pign.

Res verò posterioris conductoris fundi domino non obligantur , l. 24 , §. 1 , h. t. vide 1024.

Quamvis res primi expressè obligatæ essent. Fab. ration. in d. paragr. 1.

Non tamen omnia inducta & illata , sed ea tantum quæ ut ibi sint , illata fuerint , pignori sunt , l. 7 , inf. in qu. caus. pign. id est , perpetuò non ad tempus. Goth. in d. l. ex l. 32 , de pignor.

Ex die quā ea in fundum induxit , undē si jam specialiter hypothecæ nomine cuique obligata sint , is potior erit , l. 11 , §. 2 , qui pot. in pign.

Quamvis colonus convenerit ut domino pignori essent , d. §. 2.

Idem , in horreis diversoriis , vel areis conductis , l. 3 , in quib. caus. pign.

Et in stabulis quamvis in continentibus ædificiis non sint. l. 4 , §. 1 , eod. tit.

1024. In prædiis rusticis invecta & illata tacitè pignori non sunt , l. 4 , in qu. caus. pign. sed tantum ibi nata. Cujac. in d. l. 4.

Vel si voluntate domini in fundum colonus induxit . l. 5 , cod. de locato.

1025. Cùm conductor BIENNII continui pensionem non solverit , sine metu pœnæ expelli potest. l. 54 , paragr. 1 , h. t.

1026. Qui titulo conductio*n*is accepit possessionem , prius restituere debet , & tunc de proprietate litigare .
l. 25 , cod. h. t. vide 1000 , 2017.
1027. *De jure emphiteutico , vide 386.*

TIT. III. *De æstimatoria actione.*

1028. Datur hæc actio cùm res æstimata vendenda data fuit , *l. 1 , h. t.*

Et quidem bonâ fide , & judicio bonæ fidei . *ibid.*

Æstimatio autem periculum facit ejus qui suscepit , *l. 1 , paragr. 1 , vide 725 , 1276.*

Si æstimationem se præstaturum recepit , *l. 5 , paragr. 3 , comm.*

Si ego te rogavi meum erit periculum , si tu me rogasti , tuum , *l. 17 , §. 1 , de præser. verb. vide 629.*

Si neuter rogavit , dolum & culpam præstat qui suscepit . *d. paragr. 1.*

1029. Res æstimatur ex eo tempore quo peti potest , *l. 59 , & l. 60 , de verbor. oblig. l. 11 , de re judic.*

Idem , si in diem vel sub conditione stipulatum sit , d. l. 59.

Si alter pro nobis solvit , ad tempus solutionis potius referri debet . *l. 37 , mandati.*

1030. *De æstimatione vulnerati , vide 537 , & in indicis pro cæteris æstimationibus.*

TIT. IV. *De rerum permutatione.*

Cod. IV , 64.

1032. Permutatio vicina est emptioni , *l. 2 , h. t. & vicem emptionis obtinet , l. 2 , cod. h. t. vide 912.*

Sed non potest discerni uter emptor vel uter vendor sit , l. 1 , h. t.

Nec solo consensu perficitur , nisi re fecutâ . *l. 1 , §. 2 , h. t. vel stipulatio subjecta sit . l. 3 , cod. h. t.*

1033. Ex alterâ parte traditione factâ , si alter rem nolit tradere , conditioni tantummodo locus est , quasi re non fecutâ , *l. 1 , h. t. intellige si stipulatio non intervenit.*

Nec valet si aliena res sit quæ ex unâ parte datur , *l. 1 , paragr. 3 , h. t.*

Secūs in venditione. l. 28, de contr. empt. vide 914.
1034. Si lesione rescindatur? Vide 955.


TIT. V. De præscriptis verbis & in factum actionibus.

1035. Præscriptis verbis agendum est, cùm deficiunt vulgaria atque usitata nomina, l. 2, h. t.

Plura enim sunt negotia quam vocabula, l. 4, h. t.

Sed supplet Prætor in eo quod legi deest. l. 11, h. t. vide 23.

1036. Si facio ut facias, præscriptis verbis datur actio, quæ similis erit mandati. l. 5, paragr. 4, h. t.



L I B E R X X .

TIT. I. De pignoribus, & hypothecis, & qualiter ea contrahuntur, & de pœnis earum.

Cod. VIII, 14, 35.

1038. **P**IGNUS est convenio quā quid supponitur; sive deponitur propter alterius obligationis fidem, & adimplendæ rei debitæ vinculum. Cujac. in tit. de pign. act. vide 1042.

HYPOTHECA pignus est, nudo consensu & sine traditione contractum. Cujac. in cod. h. t.

Inter pignus & hypothecam, tantum nominis sonus differt, l. 5, paragr. 1, h. t.

Näm propriè pignus dicitur, cùm res transit ad creditorem, hypotheca cùm non transit, l. 9, paragr. 2, de pign. act.

Sed & pignus contrahitur etiam nudâ conventione, et si traditum non sit, l. 1, eod. tit.

Modò de fide debiti constiterit, l. 1, cod. si pign. convent.

Interdum erit hypotheca licet in re mobili, pignus enī traditur, hypotheca constituitur. Goth. in l. 1, de pign. act.

Pignus appellatur à pugno, quia res manu tradun-

- tur, undē propriè rei mobilis constituitur. *l. 238*,
paragr. 2, de verbor. signif.
- 1039.** Quidquid rei pigneratæ ACCREDIT, pignera-
 tum intelligitur, *l. 18*, *parag. 1, de pign. act. vide*
1059, 2127, 845.
- Etiam si prioribus capitibus decendentibus, totus
 GREX fuerit renovatus, *l. 13*, *h. t.*
- Undē ædificata in areâ pigneratâ ejusdem pignoris
 sunt, *l. 29*, *paragr. 2, h. t.*
- Qui verò bonâ fide ædificavit, non aliter cogen-
 dus est restituere quām sumptus quatenus pretiosior
 res facta est receperit, *d. paragr. 2, vide 373.*
- Idem*, si ædes combustæ, deinde restitutæ sint à de-
 bitore, *l. ult. h. t.*
- Fundi enim mutatio, non mutat causam pignoris,
l. 16, paragr. 2, h. t.
- Verūm* quidquid pignori commodi vel incommodi
 fortuitò acceslit, id ad debitorem pertinet. *l. 21*,
paragr. 2, h. t.
- 1040.** Et vindicare, & alienare, & servitutem imponere
 potest in fundo, etiam fisco obligato. *l. 205*,
de regul. jur.
- 1041.** Contrahitur hypotheca per pactum conventum,
 etiam sine scripturâ, *l. 4, h. t.*
- Et inter absentes, *l. 23*, §. 1, *h. t.* & sine die &
 consule, *l. 34*, *paragr. 1, h. t. vide 2710, 1096.*
- Trium vel amplius virorum subscriptiones, pro
 quasi publicè confecta accipiuntur. *l. 11, cod. qui pot.*
in pign. quod apud nos non obtinet.
- 1042.** Pignus constituit Magistratus ex quācumque
 causâ in possessionem aliquem miserit, *l. 26*, *de*
pign. act. De stipulationibus Prætoriis, vide 2295,
2298, 2302.
- Et ob causam judicati, *l. 1, cod. si in caus. judic.*
Nam in vicem justæ obligationis, succedit ex causâ
 contractus, auctoritas jubentis, *d. l. 1, vide 2188.*
- Item*, & ex edicto Prætoris. toto tit. *cod. de Præt.*
pign. & ibi Goth.
- 1043.** Qui rem alienam pignori dat, vel accipit, nihil
 agit, *l. 2, de pign. act. & tit. cod. si aliena res.*

Nisi posteà dominus rei esse coeperit, l. 41, de pign. act. l. 22, h. t. vide 1789.

Idcirco dari potest sub conditione, si debitoris facta fuerit, l. 16, paragr. 7, h. t.

Item, valet si instrumentum dominus scripserit, quamvis non obsignaverit, l. 26, paragr. 1, h. t. vide 806.

Nisi quasi testis, l. 39, de pign. act. vide 1221.

Vel si manifestissimè appareat deceptum esse. l. 8, paragr. 15, qu. mod. pign.

1044. NOMEN debitoris pignerari specialiter, & generaliter potest, l. 4, cod. quæ res pign.

Et vendi invito debitore, l. 3, cod. de hered. vel act. vend. vide 950, 2262.

Et nomen acceptum à debitore nostro, l. 18, de pign. act.

Et nomina possunt in causâ judicati jure pignoris capi. l. 15, paragr. 8, de re judic. l. 5, cod. de exec. rei jud. l. 1, cod. de præt. pign. vide 2047.

1045. Qui aliud pro alio pignori dat, tenetur STELLIONATUS, l. 36, de pign. act. vide 2385.

Vel si scienter rem alienam, aut alii pigneratam. ibid. paragr. 1, vide 1043.

Nisi par utriusque debito fuerit pignus. d. paragr. 1.

1046. Et pignus pignori dari potest, l. 13, paragr. 2, h. t. & toto tit. cod. si pign. pign.

Quod enim potest vendi, potest & pignerari, l. 9, paragr. 1, h. t.

Et superficies posita in alieno solo, l. 15, qui pot. in pign.

Sed potior est causa domini soli, si non solvatur ei solarium. ibid. vide 384, 1069, de servitutibus pigneratis, vide 449.

Res hypothecæ dari potest, pro quâcumque obligatione quamvis futurâ, l. 5, h. t.

Vel naturali tantum, ibid. l. 14, paragr. 1, h. t.

Vel pro obligatione alienâ l. 5, paragr. 2, h. t.

1047. Et sub CONDITIONE res pigneratur, l. 13, paragr. 5, h. t. vide 2205.

Quâ existente perindè habetur, ac si stipulatio sine

conditione esset, l. 11, paragr. 1, & l. 9, paragr. 1, qui pot. in pign.

Quod intellige de conditione casuali, vel mixta, d. l. 9, paragr. 1, & ibi. Goth. in principio, d. l. 9.

Non de eâ quæ sit in potestate debitoris. ibid. putâ, si pecuniam accepero, sit res obligata. l. 11, qui pot. in pign. hæc enim non potest tetrotrahi. Goth. in d. l. 9.

1048. Eo tempore pignoris obligatio contrahitur, quo pecunia numerata est, l. 4, quæ res pign.

Fallit quatenus ab initio numeratio necessaria est, ut in marito cuius bona obligantur ex die promissæ DOTIS, non ex die solutionis, l. 1, qui pot. in pign. vide 1071.

Quia in ejus potestate non fuit, indotatam mulierem reddere. d. l. 1.

1049. Non plûs habere creditor potest in pignore, quam habet qui pignus dedit. l. 3, paragr. 1, h. t. vide 2658.

1050. Generalis hypotheca etiam bona post quæsita continet, l. 1, h. t.

Et fœtus pecorum, l. 13, h. t. alluviones, l. 16, h. t.

Quæque futura sunt, l. 15, h. t. licet non expressa, l. ult. cod. qu. res pign.

Si de obligatione rerum ad se pertinentium dixerit. d. l. ult.

1051. Obligatione generali non continentur ea quæ verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse, ut supellex, vestis, l. 6, h. t. l. 1, cod. quæ res pign.

Lectus, & ejus accessoria. Goth. in d. l. 6.

Et quod ad culturam agri pertinet, l. 8, cod. quæ res pign.

Siquidem nemo præsumitur velle carere necessariis, ad usum communem & quotidianum. Goth. ibi. vide 1063.

BOVES & instrumenta aratoria, pignoris causâ adstrahi non possunt, pro debitibus quæ civiliter poscuntur. l. 7, cod. quæ res pign. auth. agricultores cod. eod. Nota quod hæc authentica Imp. Frederici non Juf-

tiniani sit. In Gallia similem constitutionem sequimur.
16 Mart. 1695.

1052. Cùm generaliter hypotheca constituta est, non tenetur creditor probare rem in bonis debitoris fuisse, tempore contractus, l. 15, paragr. 1, h. t.

Cùm teneantur & quæ habet, & quæ postea adquisierit. *ibid.* Secùs in speciali. d. paragr. 1.

1053. Res pignerata tenetur & in USURAS invito debitore, priori creditori à secundo solutas, l. 12, §. 6, qui pot. in pign. l. 22, cod. h. t. vide 1068, 2271.

Non verò in usurarum usuras, non enim negotium alterius gesit, sed magis suum. d. paragr. 6.

1054. Res quam quis emere non potest, quia commercium ejus non est, jure pignoris accipi non potest, l. 1, paragr. 2, quæ res pign.

Nec spes præmii. l. 5, cod. eod. tit.

1055. Pignus habet qui mandante domino ob RESTITUTIONEM ædificiorum dedit redemptori (à Louvrier.) l. 1, in quib. caus.

Cæterisque præfertur, l. 5, qui pot. in pign. vide 1069.

Et qui ob EMPTIONEM prædii, modò expresse obligaverit. l. 17, cod. h. t. vide 1070.

1056. Universa bona eorum qui censentur, vice pignorum tributis obligata sunt, l. 1, cod. in qu. caus. pign. vide 384. *Census, id est, tributum fisco. Cujac. ibi.*

Quamvis specialiter id non exprimatur. l. 2, cod. eod. tit.

1057. Qui TRIUM cohærentium annorum apochas solutionis profert, superiorum temporum non cogitur ostendere. l. 3, cod. de apoc. publ.

1058. Non solum quæ matris sunt, sed & VICTRICI bona pignoris obnoxia sunt, præteritæ tutelæ ratione ciinis, si filius tutorem alium mater non fecerit ordinare, l. 6, cod. in qu. caus. ping. nov. 22, cap. 40, vide 1369, 1247, 1928.

Si mater legitimè liberorum tutelam suscepisset, d. l. 6, l. 2, qu. mul. tut.

Sive tutelam gereret quasi protutrix. Novel. 22, cap.

40, in princ. cum ei major graffandi facultas fuerit.
vide 1809.

1059. Res empta ex pecuniâ creditâ, in causâ taciti
pignoris non est, l. 17, cod. h. t. vide 1070.

Nec si ex pecuniâ pigneratâ, l. 7, in fine, qui pot. in
pign.

Nec ex depositâ, l. 6, cod. de rei vindic. vide 1072.

Nec ex pretio fructuum pignerati prædii. l. 3, cod.
in qu. caus. pign.

Quamvis fructus tacitè pignerati sint. d. l. 3.

1060. In prædiis rusticis, FRUCTUS pignori sunt
domino fundi locati, etiam si id non convenerit. l.
7, in quib. caus. pign.

1061. De actione pigneratitiâ, vide 735; de solvendo
pign. 1097; qui potiores, 1068; de lege commiss. 944,
919, 1086; de anticresi, 1153; de jure offerendi, 1079.

**TIT. II. In quibus causis pignus, vel hypothe-
theca tacitè contrahitur.**

Cod. VIII, 15.

1062. Vide 1055, & seq. ex dotali pecunid, 971, 1277;
ex pupillari, 1070; de invectis & illatis, 1023; ex
tutelâ, 1386.

**TIT. III. Quæ res pignori, vel hypothecæ
datae, obligari non possunt.**

1064. Vide 1051, 1054.

**TIT. IV. Qui potiores in pignore, vel
hypothecâ habeantur:**

Cod. VIII, 18, 19.

1068. Cùm de pignore utraque pars contendit, præ-
valet jure qui prævenit tempore, l. 2, cod. h. t.

Cùm prior tempore potior sit jure, l. 4, cod. h. t.

Nisi posterior cum voluntate prioris creditoris, de
hypothecâ pactus est, l. 12, paragr. 4, h. t.

Nec obstat si alter SPECIALITER prædium pignori

acceperit, l. 2, h. t. l. 6, cod. h. t. vide 1083, simul & traditionem, l. 12, §. ult. h. t.

Etiam adversus fiscum, l. 8, h. t. nisi in post quæsitum, l. 28, de jure fisci. contrà, l. ult. h. t. quæ non obstat. Cujac X, obs. 22.

Item, prior potior est, etiam USURARUM nomine, ex die obligationis. l. 18, h. t. vide 1053.

1069. Si à non domino duobus res pignerata sit, prior potior est, l. 14, h. t.

Si à diversis non dominis, possessor melior est. ibid. vide 1074.

Posterior potior est priori, si in rem conservandam vel reficiendam impensum est, l. 5, h. t.

Et PRIVILEGIUM exigendi habet, l. 1, de cess. bon. l. 24, de reb. auct. jud. sive 9, §. 1, de privil. credit, vide 1160.

Vel si in instruendam eam, aut emendam credidit, l. 26, ead. sive 11, de privil. credit. vide 1070.

Vel cuius pecunia salvam fecit totius pignoris causam, l. 6, h. t.

Vel si ex causâ nauli, vecturæ jumentorum, mercedis horreorum, l. 6, §. 1, & §. 2, h. t. vide 999, 1023.

Item, potior est causa domini soli pro salario (rente fonciere.) l. 15, h. t. vide 384, 1046.

1070. Is cuius pecuniâ prædium comparatum probatur, omnibus creditoribus antefertur, modò pignori ei specialiter obligatum sit, l. 7, cod. h. t.

Non verò si obligatum non sit, l. 17, cod. de pignor. vide 1059, 1072.

Idem est, si ex numinis PUPILLI fuerit res comparaata, l. 7, h. t. vide 971.

Utilis enim datur ei actio ad rem vindicandam, vel mutuam pecuniam exigendam. l. 2, qu. ex facto tut. l. 3, cod. arb. tut.

1071. Actio ex stipulatu pro DOTE, potior est contra mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati, l. ult. paragr. 1, cod. h. t.

Non verò contra fiscum si anterior sit, l. 2, cod. de priv. fisci. vide 1254.

Intellige

Intellige de numeratâ pecuniâ, non de cautâ seu confessâ. Goth. in d. l. ult. vide 1048.

Item, de creditoribus tacitam tantum hypothecam habentibus. Goth. ibid. in verbo omnes.

Hæc lex ult. nullam vim haber apud nos.

1072. Prior est cuius pecunia statim ad creditorem privilegiorum pervenit, *l. 24, §. 3, de reb. auct. jud. sive 9, §. 3, de privileg. cred.* vide 1078.

Etiam per debitoris personam, si modò non post aliquod intervallum, d. paragr. 3.

Et sub pacto credat, ut in locum ejus succedat, l. 1, cod. de his qu. in pr. vide 1079.

Nullum verò PRIVILEGIUM habet ille cuius mercis pretium ad alium pervenit, l. 23, cod. de oblig. vide 971.

Si ex pretio rem comparavit, veniet in petitionem pretium non res, l. 25, §. 1, de hered. petit. vide 361, 846.

Idem, in eo qui ex pecuniâ DEPOSITA sibi possessionem comparavit, l. 6, cod. de rei vindic. vel ex dotali. l. 12, cod. de jure dot. vel creditâ. l. 17, cod. de pign. vide 1059, vel sociali. l. 74, pro socio. vide 894, vel quoquomodo alienâ, vide 971.

1073. Qui acceperunt pignora, omnibus qui in actionibus personalibus privilegium habent præféruntur. *l. 9, cod. h. t. secùs in actionibus in rem.*

1074. Si eadem res duobus simul in solidum obligata sit, inter ipsos melior est causa possidentis, *l. 10, de pignor. vide 2693.*

Nam OCCUPANTIS melior conditio est, inter eos quibus ex eâdem causâ debetur, *l. 19, de re judic. vide 984.*

Fallit si ut pro partibus res obligaretur actuum est, l. 10, de pignor.

Si pariter veniant, pro quantitate debiti non pro dimidiis partibus, dividitur. *l. 16, §. 8, eod. tit. l. 96, §. 3, de solut.*

Veluti si eodem die, idem pignus, utrique datum est separatim. ibid. §. 8.

Sed si simul illi & illi, uterque in solidum aget. d. paragr. 8.

Cum enim pluribus res simul pignori datur, æqualis omnium causa est. l. 20, §. 1, de pign. act.

1075. Tertius creditor qui primum superavit, secundum vixisse non intelligitur, l. 16, h. t.

Nec obstat regula si vinco vincente te, à fortiori vincam te. Goth. ibi. vide 2678.

1078. In personalibus actionibus, in locum creditorum SUCCEDIT qui ita contraxit; ut pecunia sua ad priores perveniat, l. 2, de cess. bonor. vide 1072, intellige privilegiarios, l. 24, §. 3, de reb. auct. sive 9. §. 3, de privil. cred. & glossa in d. l. 2, in verbo creditores.

Idcirco fisco solvens, privilegio succedit, l. 2, cod. de his qu. in prior.

Modò in se transferri impetraverit. l. 3, & l. ult. cod. de priv. fisci.

1079. In jus pignoris non succedit qui nihil convenit de pignore, licet sua pecuniâ antecedens dimissus sit, l. 3, qu. res pign.

Nisi in rem obligatam emit, ut pretium perveniret ad priores creditores, l. 3, cod. de his qu. in prior. vide 1072.

Vel si solvens ipse creditor sit, l. 12, §. 9, h. t.

Qui enim pignus secundo loco accepit, ità jus suum CONFIRMARE potest, si priori creditorì solverit, l. 1, l. 5, cod. h. t. vide 1093.

Aut eum accipere noluisset, si obsignavit, & depositum, nec in usus suos convertit, l. 1, cod. h. t. vide 2273, 1177, debitum & usuras. vide 1053.

Etiam invito debitore, l. 12, paragr. 6, h. t. & invito creditore, l. 11, paragr. 4, h. t.

Si posterior à priore pignus emit, OFFERRI ei à debitore potest, l. 6, h. t.

Non enim tam acquirendi dominii quam servandi pignoris sui causâ, intelligitur pecuniam dedisse. ibid.

Idem, in fidejussore emente. ll. 2, 5, paragr. 1, h. t. 59, paragr. 1, mandati.

1080. Qui pignoris jure rem persequuntur, à vindicatione rei removeri solent, si qualiscumque possessor

Qui potior. in pign.

195

OFFERRE vellet. l. 12, paragr. 1, qu. mod. pign.
1081. De privilegiis creditorum. Vide 2065; fisci, 2547;
de jure offerendi, 1089.

TIT. V. *De distractione pignorum, & hypothecarum.*

Cod. VIII, 28, 29, 30.

1083. Qui generalem simul & specialem habet hypothecam, prius agere debet in his quae nominatim pignori obligata sunt, l. 2, cod. de pign.

Etiam adversus debitorem. l. 9, cod. h. t.

1084. Potest creditor pignus solemniter vendere, si ei satisfactum non sit, l. 9, & l. 14, cod. h. t. vide 1471.

Quamvis de distractione conventum non sit, l. 4, de ping. act.

Si convenit ne distraheretur, furti tenetur qui distrahit, nisi prius ter denuntiatum sit debitori ut solvat, d. l. 4, in fine.

De lege commiss. in pignore. vide 944, 919.

1085. Creditoris arbitrio permittitur ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit distractis ad suum comodum pervenire, l. 8, h. t.

Primùm tamen ex mobilibus argum. l. 15, de re judic. ubi de distractione pignorum ex causâ judicati agitur, vide 2047. deinde ex specialiter obligatis. l. 2, cod. de pign. & hypot. vide 1083.

1086. SOLEMNITER fieri debet alienatio, l. 3, cod. de jure dom. imp.

Creditoribus admonitis, l. 6, & l. 8, cod. de remiss. pign.

Debitore testato, l. 4, cod. h. t. & præsenti pecuniâ, l. 15, §. 7, in fine de re judic.

Creditor possessionem pignoris adipiscens, vim quidem facere non videtur, attamen non debet, nisi auctoritate Præsidis, l. 3, cod. de pign. & hypot.

Quamvis lege conventionis. ibid.

Si solemnis peractis emptorem invenire non posuit, à Principe impetratur dominium. toto tit. cod. de jure dom. impetr. si maluerit pignora in creditum possidere, l. 15, §. 3, de re judic.

Apud nos si emptores non inveniantur, bona creditori adjudicantur (par collocation) ex statuto Provincie expressim confirmato, toute vente par decret interdite, Declar. Reg. 20. Mart. 1706, 18 mart. 1621, vide 2288.

1087. Qui praeium obligatum a creditoro comparavit, si in vacuam possessionem inductus non est, nullam in rem actionem habet, l. 13, cod. h. t. vide 2000.

Hypothecarii enim actione nudam possessionem avocamus. l. 13, in fine de pign. & hypot. & ibi. Goth.

1088. Nec per subjectam personam, creditor pignus quod ipse vendit comparare potest, l. 10, cod. h. t.
Nisi debitor ipse vendiderit, d. l. 10.

Debitori datur biennum ad luendum pignus, ex die impetrati dominii, l. 3, paragr. 3, cod. de jure imp. dom.

Apud nos ex statuto provinciali debitor recuperare potest res distractas intrâ annum, OFFERENDO integrè iudicatum cum expensis. Mourgu. pag. 71, n. 6, Mass. pag. 24.

1089. Jure pignoris re distractâ, de proprietate vinci non potest qui emit, l. 18, cod. h. t. vide 1099.

Creditor enim qui permittit rem venire, pignus dimittit, l. 118, sive 158, de regul. jur. l. 4, §. 1, quod. mod. pign. vide 1096.

Nisi contra bonam fidem actum, sit non observatis solemnitatibus, l. 4, cod. si vend. pign.

Nec si debitor emptori pretium OFFERRET, l. 2, cod. si anter. cred.

Quia non superest hypothecaria, l. 1, cod. eod. tit.

Attamen si priori creditori debitor vendidit, vel in solutum dedit, audietur posterior si debitum OB-TULERIT, d. l. 1.

Si debitor vendidit extraneo, emptori poterit offerre posterior, quantum ad priorem creditorem per venerit, cum usuris. l. 3, paragr. 1, h. t.

1090. Coheres debitoris, nisi totum debitum solyat, portionem suam luere non potest. l. 2, cod. si unus ex plur. vide 1097.

1091. Si alius possideat, inhibetur hypothecaria, donec personaliter actum sit cum reo & intercessore. auth. hoc si debitor. cod. de pign. ex nov. 4, cap. 2, vide 2244.

1092. Post venditionem jure perfectam, de EVIC-
TIONE non tenetur creditor, l. 10, h. t. vide 2688,
paragr. 2, 1099.

Nec de restitutione pretii, l. 11, paragr. 16, de
act. empti.

Sed tenetur de DOLO veluti si sciret rem sibi non
obligatam, vel non esse ejus qui sibi obligavit, d.
paragr. 16.

Si quid FRAUDULENTER factum sit, non emp-
tor sed creditor conveniendus est, l. 7, cod. h. t.

Ad hunc quoque tenetur creditor, ut quam habet
actionem, eam emptori præstet. l. 38, de evict. l.
13, h. t.

1093. Si creditor ab emptore pretium servare non po-
nuit, debitor liberatus non est, l. 9, h. t.

Cum non liberetur, nisi pecuniâ perceptâ. d. l. 9,
vide 1097.

1094. Si creditor PLURIS vendiderit, usuram præ-
tabit si eâ pecuniâ usus sit, l. 6, §. 1, de pign. act.

Vel si eam tardius restituit, l. 7, eod. tit.

Non autem si eam depositam habuerit, d. §. 1.

Modò priùs eam obtulerit debitori. l. 2, cod. de
usur. vide 1156.

TIT. VI. Quibus modis pignus, vel hypotheca solvitur.

Cod. VIII, 26.

1096. Obligatio pignoris CONSENSU contrahitur,
& dissolvitur, l. 2, cod. de remis. pign.

Sic liberatur hypotheca, si consensit creditor ven-
ditioni, l. 7, h. t. vel euicunque alienationi, l. 4,
paragr. 1, h. t. vide 1089.

Vel si rem legare permisit, l. 8, paragr. II, h. t.

Non verò si sciente eo, debitor rem vendiderit,
ibid. paragr. 15.

Quia sciebat creditor ubique pignus sibi durare, d.
paragr. 15.

*Quid si subscripterit instrumentum venditionis, vel
pignerationis? Vide 1043, 806.*

1097. Manet hypothecaria actio, donec SOLUTA
pecunia aut satisfactum sit, l. 6, h. t. l. 13, §. 4, de
pignor. vide 1093, 736.

*Idcirco qui pignori plures res accepit, non cogitur
unam liberare, nisi accepto universo quantum debe-
tur, l. 19, de pign. & hypoth.*

Quia INDIVISA pignoris causa, l. 65, de evictione.
etiam inter coheredes, l. 1, cod. si unus ex plur.

Nec si heres pro parte esset qui solvit, l. 8, §. 2, de
pignor. l. 16, cod. de distract. pign. vel qui accepit,
l. 11, §. 4, de pign. act.

*Præterquam si duorum creditorum unus heres sit,
& ei debitor obtulerit quantum posteriori debet, l.
ult. h. t.*

*Item, si debitor obtulerit quod debetur, ac si cre-
ditor non acceperit, DEPOSUERIT consignatum,
ad restitutionem pignoris urgere poterit, l. 3, cod.
de luit. pign. vide 735, 1156, 1079, 2273.*

Etiam ob CHIROGRAPHARIAM pecuniam pig-
nus retineri potest, l. un. cod. etiam ob chir. ad-
versus debitorem, non adversus alium creditorem.
d. l. un. vide 2688, paragr. 3.

1098. Reviviscit pignus, si resoluta venditio sit cui cre-
ditor consenserat, l. 10, h. t.

Vel si eam ratio juris impedit, l. 4, §. ult. h. t.

*Aut si pretium servare non potuit, l. 9, de distr.
pign. vide 1093.*

Non autem si ad debitorem legitimo modo, res
consensu creditoris alienata revertatur, l. ult. cod. de
remiss. pign. modò effectus venditionis fecutus sit, l.
8, paragr. 6, h. t.

*Vel si ex legato, modò legatum repudiatum non
sit, ibid. paragr. 11.*

1099. Qui præsens & programmate admonitus est, eo
tempore quo prædium distraheretur, obligationem
amisit, l. 6, cod. de remis. pign. vide 1089.

Nam & fiscalis HASTÆ fides facile convelli non debet. l. 8, eod. tit.

M100. Qui CAUTIONEM reddit jus pignoris amisisse videtur, l. 7, cod. de remis. pign.

Vel si chirographum cancellatum est, l. 24, de probat. vide 2283.

Videtur enim convenisse ne peteret, l. 2, paragr. 1, de pact.

Nisi creditor manifestis probationibus sibi adhuc deberi ostenderit, l. 24, de probat.

Nec obstaret præsumptio solutionis. *ibid.*

M101. Valet remissio pignoris ex inutili DONATI-

NE, l. 1, paragr. 1, h.t.

Ex remissâ enim hypothecâ, nulla donatio fieri intellegitur. Goth. ibi in verbo lex.

Secùs si ex inutili pacto, l. 5, cod. de remiss. pign. vide 1098.

Item, valet ex venditione, & traditione, consentiente creditore factâ. l. 2, cod. eod. tit.

M102. MULIER rectè jure hypothecarum sibi competenti renuntiat. l. 21, cod. ad S. C. Vellei. vide 817.

M103. NOVATA debiti obligatio pignus perimit, .II. paragr. 1, de pig. act. vide 2258.

Nisi convenit ut pignus repetatur. *ibid.*

M104. NAVIS ex materiâ sylvæ pigneratæ pignoris non est, quia aliud materia, aliud navis, l. 18, §. 3, de pig. act.

Nisi nominatim dictum sit, quæque ex sylva facta natave sint. *ibid.*

M105. Pignus durat licet res MUTATA sit, veluti de domo datâ hypothecâ & horto factâ, l. 16, paragr. 2, de pig. & hypoth.

Vel de loco, deinde vineis in eo positis. *ibid.*

M106. Quomodo præscribatur? Vide 2031, 2159.



LIBER XXI.

**TIT. I. De Ædilitio edicto, & redhibitione,
& quanti minoris.**

1108. **C**Urant Ædiles nè emptores à venditoribus circumveniantur, l. 57, h. t.

Præterquam in pretio, l. 16, paragr. 4, de minor. vide 925.

Idem in permutationibus, l. 19, §. 5, h. t. vide 955.

Et in accessoriis rei venditæ, l. 32, & l. 33, h. t.

Aiunt enim qui mancipia vendunt, certiores faciunt emptores quid MORBI vitiive cuique sit, l. 1, paragr. 1, h. t.

Idem de Jumentis, l. 38, h. t. & omni animali, l. 11, paragr. 4, de act. empt. l. 48, paragr. 6, h. t.

Idcirco cavere debet venditor ea fana præstari, d. paragr. 4, vide 977.

Non tamen si pavida vel calcitrofa sit, l. 4, paragr. 3, h. t.

Nec si vitium morbusve appareat, l. 1, paragr. 6, & l. 14, paragr. ult. h. t. vide 926.

Hoc enim tantum intuendum est ne emptor decipiatur, d. paragr. 6.

Nec si sciret emptor de morbo aut cæteris rebus, l. 48, paragr. 4, h. t. cur ita? Vide 249.

Aut si usus rei non impediatur, l. 1, §. 8, & l. 4, §. 6, h. t. veluti si quid levissimum, d. paragr. 8, vide 957.

Nec propter id quod commendandi causâ dictum est, l. 37, de dolo, vide 926.

Ne id quod affirmaverit venditor amarè ab eo exigatur, sed cum quodam temperamento, l. 18, h. t.

Idcirco admittendo quæ sic dicuntur ut præstentur, non ut jagtentur, l. 19, §. 3, h. t.

Nec si editi beneficio renuntiatum sit, l. 31, de pact. vide 137.

Nisi venditor consultò reticuit. l. 14, §. 9, h. t. vide 2167.

1109. Etiam vitia IGNORANS vendor , edicto te-
netur , l. 1, §. 2 , h. t. vide 974.

Potuit enim ea nota habere. *ibid.*

Nec interest emptori cur fallatur , ignorantia ven-
ditoris an palliditate. *ibid.*

1110. Sunt emptori ædilitiae actiones arbitrarie duæ ,
REDHIBITORIA quæ res rescindit in totum , & æsti-
matoria quæ rescindit in partem. Cujac. h. t.

1111. REDHIBITIO quasi redditio , l. 21, h. t.

Interdum propter unius vitium omnes redhiberi
possunt , licet in singula capita pretium constitutum
sit , l. 34 , paragr. 1, h. t.

Scilicet cum manifestum est , non nisi omnes eum
esse empturum , d. §. 1, eo quod separari non expe-
diat , veluti quadrigas , vel mulas pares. *ibid.* & l.
38 , in fine h. t. vide 1120.

1112. Etiam in fundo vendito redhibitio procedit , ve-
luti si pestilens sit , l. 49 , h. t. vide 916.

Vel lethiferas herbas habens , ignorantem emptorem.
l. 4 , cod. h. t. vide 1012.

1113. Resoluta emptione , uterque nihil amplius con-
sequitur , quam haberet si venditio facta non esset ,
l. 23 , § 1 , h. t.

Quemadmodum in integrum restitutus. *ibid.* §. 7.

Proinde ac si neque emptio , neque venditio inter-
cessit , l. 60 , h. t. vide 217 , 269.

Idcirco ACCESSIONES reddit emptor , ll. 23 , §.
1 , 29 , §. 2 , h. t. antequam pretium consequatur ,
l. 25 , in fine , h. t.

Si quid damni sensit , vel quid impendit , conse-
quetur , l. 29 , §. 3 , h. t.

Antequam rem restituat. *ibid.*

Nec solùm USURAS pretii , sed & si quid emptionis
causa erogatum est , l. 27 , h. t.

Non tamen animalium cibaria , quia eorum mi-
nisterio utitur. l. 30 , §. 1 , h. t.

1114. Redhibitionis TEMPUS sex menses utiles ha-
bet , l. 19 , in fine h. t. l. 38 , h. t.

Id est , ex quo experiundi potestas , & pateat vitium ,
l. 55 , h. t. vide 2647.

Vel intra 60 dies utiles , si convenerit ut nisi res placuerit , redhibeatur , non præfinito tempore , l. 31 , §. 22 , h. t.

Poterit tamen conveniri , ut in perpetuum redhibito valeat . *ibid.*

Non idcirco tamen dissolutam ignorantiam emptoris excusari oportebit . *l. 55 , h. t.*

¶ 115. *Æstimatoria*, id est , quanto MINORIS emisset , l. 43 , §. 6 , h. t. *l. 39 , de aët. empti.*

Finge si scissit servitutem , l. 61 , h. t.

Si sciens vendorum reticuit , omnia detrimenta præstat . *l. 13 , de aët. empti. vide 974.*

¶ 116. Sæpius agi potest quanto minoris , modò ne lucrum faciat , & BIS rei æstimationem consequatur , l. 31 , §. 16 , h. t. *l. 32 , §. 1 , de evict.*

¶ 117. Hæc intra utilem ANNUM datur actio , l. 2 , cod. h. t. *l. 19 , in fine h. t.*

Et ultrà , si justa causa interfit , l. 31 , §. 23 , h. t.

Non nocebit ei qui sex mensium exceptione redhibitoria exclusus est , si velit intra annum æstimatoria agere . *l. 48 , §. 2 , h. t.*

¶ 118. Durat redhibitoria , item & æstimatoria , quamvis res ob evictionem sive morbum , non teneat emptor , l. 44 , §. 2 , sive ob mortem , l. 38 , §. 3 , & l. 47 , in fine h. t.

Neque ex post facto decrescit obligatio , d. §. 2.

Quod fallit in evictionibus . *l. 21 de evict. vide 1130.*

¶ 119. An pertineat edictum ad LOCATIONES ? Negat l. 63 , h. t. affirmat Cujac . XII , obs. 38 , ex l. 33 , cod. de locato . *vide 1012.*

Ad venditiones fiscales non pertinet , l. 1 , §. 3 , h. t.

Attamen locum habet , si Respublica vendidit . *ibid. paragr. 4.*

¶ 120. Si jugum MULARUM sit quarum altera vitiosa est , ex utriusque pretio componendum erit , quanti minoris sit , l. 38 , §. 3 , h. t. *vide 1111.*

Cùm uno pretio utræque venierint . d. §. 3.

¶ 121. Statim ut res tradita est , committitur stipulatio quanti interest emptoris , l. 44 , §. 2 , h. t. *l. 16 , §. 2 , de eyict.*

*Modò sine culpâ actoris, familiæve ejus. l. 48, h. t.
vide 2649, §. 6.*

1122. *Aktiones ex edicto adversus heredes competunt,* l. 23, §. 5, h. t.

Et heredibus. l. 48, §. 5, h. t. modò omnes consen-
tiant. l. 31, §. 5 & §. 7, h. t.

TIT. II. *De evictionibus, & duplœ stipu-* *latione.*

Cod. VIII, 45, 46, X, 5.

1123. *EVINCERE, id est, non vincere tantum, sed*
etiam rem abducere. Cujac. & Goth. h. t.

Quod enim evincitur amplius in bonis non est, l.

150, sive 190, de reg. jur.

Idcirco qui possidet venditorem convenire non po-
test, ex eo quod aliena vel obligata res dicatur, l.
3, cod. h. t. dummodò controversia non sit.

Nisi sciens alienam rem ignorantie vendiderit, l. 30,
§. 1, de act. empti. vide 914.

Motâ verò questione interim potest, non ad pre-
mium restituendum, sed ad rem defendendam, l. 74,
§. 2, h. t.

Dominii quæstione motâ, pretium solvere emptor
non cogitur, nisi fideiustores idonei offerantur à vén-
ditore, l. 18, §. 1, de peric. & comm.

Idem, si in limine contractus IMMINEAT evic-
tio. l. 24, cod. h. t. vide 976.

1124. *Emptori duplum promitti à venditore oportet,*
nisi aliud convenit, l. 37, h. t. quod hodie non est
in usit.

Quâ actione deficiente, ex empto agendum est, l.
11, §. 14, de act. empti, l. 19, & l. 60, h. t.

Sive tota res evincatur, sive pars, l. 1, h. t.

Et pro qualitate, l. 1, in fine h. t. sive quanti suâ in-
terest, l. 60, h. t. l. 25, cod. h. t.

Etiam ultrâ rei pretium, l. 23, cod. h. t.

Juxta consuetudinem ejus regionis in quâ negotium
gestum est, l. 6, h. t. licet fundus alibi sit. glossa. ibi.

Etsi specialiter evictionem non promiserit. l. 6,
cod. h. t. vide 975.

1125. Si convenit NIHIL evictionis nomine præstatum iri, pretium quidem debetur re evictâ, utilitas non debetur, l. 11, paragr. ult. de act. empti. vide 975, 1132.

Post venditionem pignoris jure perfectam, securus est emptor. l. 10, de distr. pignor. vide 1091.

1126. Evictus sicut & ex vendito agens consequitur SUMPTUS, veluti in aedificia erogata, l. 13, paragr. 22, de act. empti.

Utque melior fieret res, l. 9, cod. h. t.

Habitâ fructuum ratione, l. 16, cod. h. t.

Et impendia retinere potest contra vindicantem, l. 14, paragr. 1, comm. divid. l. 45, paragr. 1, de act. empti. vide 736, exceptione doli. dd. ll.

Consequitur quoque ea quæ per rem acquirere potuit. l. 8, h. t.

1127. Sumptus immodicos non repetit, l. 43, in fine de act. empti. vide 1318.

Iniquum enim videtur eum qui minimo vendidit pretio, in magnam quantitatem obligari. *ibid.*

Idcirco si dominus pauper sit, sufficit emptori permetti tollere quæ possit, dum ita ne deterior sit fundus, l. 38, de rei vindic. vide 372, 736.

Nisi paratus sit dominus tantum ei dare quantum habiturus est possessor his rebus ablatis, d. l. 38.

Neque malitiis indulgendum est, si nihil latus sit nisi ut officiat. *ibid. vide 372.*

1128. Non tenetur venditor de evictione factâ per VIOLENTIAM, l. ult. cod. de action. empti. vide 975, nec de vi regia, l. 11, h. t.

Nec de injuriâ quæ fit emptori. l. 51, h. t. l. 8, cod. h. t.

1129. Actionem non habet emptor si judicium venditori, aut heredibus ejus non denuntiaverit, l. 8, cod. h. t. quasi dolo fecit, l. 53, paragr. 1, h. t. cùm posset & vietus sit, dd. ll.

Sive per injuriam judicis, d. l. 8, quod apud nos non obtinet.

Sive quoniam parum instructus esset, l. 53, paragr. 1, h. t.

Nisi cognoscere ubi esset non potuit. *ibid. paragr. 6.*
Vel si denuntiandi necessitas remissa sit ex pacto, l. 6, h. t.

Vel si curavit venditor ne sibi denuntiari posset, l. 56, paragr. 5, & l. 55, paragr. 1, h. t.

Denuntiatione verò factâ singulis heredibus, si unus tantum sistat, omnibus vincit aut vincitur, *l. 62, paragr. 1, h. t. l. 85, paragr. 5, de verb. obligat.*

Et FIDEJUSSORIBUS etiam si ignoraverint, *l. 7, cod. h. t.*

Item regressum non habet emptor, si judicio non adfuit, l. 8, cod. h. t.

Cùm magis propter absentiam victus videatur, *l. 55, h. t.*

Nec si compromiserit, & victus sit, *l. 56, paragr. 1, h. t.* nullâ enim necessitate cogente id fecit. *ibid.*

1130. Non tenetur venditor de futuro CASU post contractam emptionem, l. 11, h. t.

Nec si res perierit, antequâm evincatur, *l. 21, h. t. l. 26, cod. h. t. vide 1118.*

Quia nemo evincit sed fatum, *d. l. 21.*

Nec si minor res esse cœperit, quia damnum emptoris erit, *l. 70, h. t.*

Quamvis si major, eò quod ei accessit petat, l. 16, h. t. l. 64, paragr. 1, h. t.

Actio enim ex empto non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id quod interest competit. *d. l. 70, vide tamen 1139.*

1131. Non tenetur venditor, si ex personâ emptoris vel facto, res evicta sit, l. 27, h. t. vide 1015, 1128.

Nec si emptori rem habere licet, *l. 57, h. t.* vel eam pro derelicto amisit, *l. ult. h. t.*

Vel usucapione dominium consequutus sit, l. 54, h. t.

Vel si culpâ suâ non usuccepit. l. 56, paragr. 3, h. t.

1132. Non tenetur venditor si emptor SCIENS rem alienam vel obligatam comparavit, l. 27, cod. h. t. vide 1108, 564, cur ita? Vide 249.

Præterquâm si de evictione convenit, *d. l. 27, quo casu pretium tantummodo consequetur, l. ult. in fine, cod. comm. de legat. vide 1125, 1685.*

1133. Rei vindicatione agens non cogitur de evictione
cavere, si possessor maluerit pretium quām rem ei
restituere, l. 35, paragr. 2, *de rei vindic.*

Sibi enim possessor imputare debet, qui non resti-
tuit rem. d. paragr. 2.

1134. Venditor hereditatis evictionem non præstat in
singulis rebus, l. 1, cod. h. t. vide 946.

1135. DONATOR de evictione non tenetur, nisi de
eā causum sit, l. 2, cod. h. t. vide 1971.

1136. Emptor venditoris jure, & defensionibus uti
potest, l. 28, cod. h. t. vide 980.

Eadem enim causa plerumque esse debet, l. 198,
sive 156, *de regul. jur.*

1137. Quem de evictione tenet actio, eundem agentem
repellit exceptio doli. Goth. ex l. 17, h. t.

Improbè enim rem à se distractam evincere cona-
tur, d. l. 17.

1138. Si FINES agri venditor demonstravit, & aliquid
evincatur, tenetur, l. 10, cod. h. t.

Quamvis id quod relinqueretur quantitatem debi-
tam haberet, l. 45, h. t.

Nisi finibus suis vendidit, licet demonstravit, d. l.
10, & ibi. Goth. Nous disons, Et autres plus vrais con-
fins, ou tant que contient, tunc enim lis finalis ad
venditorem non pertinet, d. l. 10.

1139. BONITATIS æstimatio facienda cùm pars
evincitur quæ fuisset venditionis tempore, non cùm
evinceretur, l. 13, h. t.

Ex empto enim non agitur ad rem, sed ad pretium
consequendum. Molin. de eo quod interest. n. 66, vol.
3, p. 445, pro rata partis evictæ, ibid. n. 67, non ha-
bita ratione ad valorem in tempore evictionis, sed ad
valorem in venditionis tempore. d. n. 67.

TIT. III. *De exceptione rei venditæ & traditæ.*

1140. Vide 986, 1137.

LIBER XXII.

TIT. I. *De usuris, & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus, & morâ.*

Cod. IV, 32. **V**, 56. **VI**, 47. **VII**, 54. **X**, 8.
Novel. 32.... 136. cap. 4...

1142. **U**SUR^A est redditus pecuniae creditae, qui debetur à tempore contractus, vel à tempore moræ, in diem quod ea pecunia solvatur, vel quod is redditus pecuniam æquaverit. Cujac. in cod. h. t.

Item, est ad sortem accessione. Cujac. h. t.

Vel usus sortis estimatio. Goth. h. t.

Ut usura ab usu dicitur, sic factus à fatura. Goth. h. t.

1143. Usura in fructu non est, quia non ex ipso corpore, sed ex nova obligatione oritur, l. 121 de verbor. signif.

Naturâ enim non pervenit, sed jure percipitur, l. 62, de rei vind.

Nec propter lucrum potentium, sed propter MORAM non solventium infligitur, l. 17, §. 3. in fine h. t.

Vicem tamen fructuum obtinet. l. 34. h. t.

1144. Usuraru^m MODUS sic definitur, ut illustres personæ usque ad tertiam partem centesimæ stipulari possint, quatre pour cent par an. l. 26, §. 1, cod. h. t.

Cæteri homines ad dimidiam centesimæ, (six pour cent) d. §. 1, in Gallia cinq pour cent. Edict. Octob. 1670. Jun. 1725.

Negociatores ad bessem, (huit pour cent. ibid.

In trajectitiis contractibus ad centensimam, douze pour cent, & haec est ultima meta usurarum. ibid. id est centesima sortis pro quolibet mense. Hodie indefinitè propter majus extensoris navigationis periculum, vide 118 r.

Si suprà modum stipulatæ sint , superfluo detracto vires habebit stipulatio , l. 9 , h. t.

1145. Si quis MINORIS usuras per multos annos recepit , utilis erit exceptio pacti , l. 13 , h. t. per certos annos , vel certum tempus , l. 5 , & l. 8 , cod. h. t.

Scilicet 10 , vel 20 annos , vel forte 5 , in odium usurarum . Glossa d. l. 13 , in verbo per tanta.

Modò sciens per triennium . Goth. in d. l. 5.

Verum præteritas usuras omisisse videtur , qui non petiit per longi temporis intervallum , id est , decennium . l. 17 , §. 1 , h. t. si ex reditu constituto , per quinquennium . Ordin. 1510 , art. 71.

1146. Usuræ ex STIPULATIONE peti possunt , l. 9 , h. t. l. 3 , cod. h. t. non apud nos nisi sorte transmissa (par constitution de rente) vel qualitate contractus , veluti venditionis . vide 981.

Non ex nudò pacto , l. 7 , §. 5 , de pactis .

Nec ex consensu , l. 7 , cod. h. t. nisi favore fisci , l. 17 , §. 5 , h. t. vel civitatum l. 30 , h. t.

Item , peti possunt ex oleo , & quibuscumque fructibus mutuò datis , propter incerti pretii rationem , l. 23 , cod. h. t.

Et accessio frumenti vel ordei , ex nudo pacto , l. 12 , cod. h. t.

Unde usu nostro cum usuris , vel uti plurimi fuerit adjudicantur elecione reo datâ , contra jus vet. ut n. 1149 , vide 356.

Ex pacto autem usuræ debitæ si solutæ fuerint , non repetuntur , l. 3 , cod. h. t. vide 680.

Et per retentionem pignoris servantur . l. 4. cod. h. t. de fructibus usque ad modum legitimum . l. 8 , in qu. caus. pign.

1147. In bonæ fidei contractibus ex MORA usuræ debentur , l. 32 , paragr. 2 , h. t. vide 318.

Et omnes fructus , l. 38 , §. 15 , h. t. vide 2695.

Cum non tam ex obligatione proficiantur , quam ex officio judicis , l. 54 , locati vide 1154.

Et lite contestatâ , l. 35 , h. t.

Sed sufficit semel moram intervenisse , ut perpetuò debeantur . l. 87 , paragr. 1 , de legat. 2.

1148. *Ex contractu STRICTO numquam veniunt usuræ, ut quidem post litem contestatam (in puncto juris.) Faber ration. in l. 54, locati ex l. 1, cod. de cond. indeb. quod apud nos non servatur, veniunt enim à die citationis, du jour de l'ajournement. Ord. d'Orléans, art. 60.*

CAUSA verò præstatur post acceptum judicium. *l. 3, §. 1, & l. 38, §. 7, h. t. vide 1167, 368.*

1149. Usuræ eorum FRUCTUUM qui post litem contestatam officio judicis restituendi sunt, non præstantur, *l. 15, h. t.*

Si locupletior non sit qui restituit, l. 20, §. 6, de hered. petit. vide 356.

Ne quidem à malæ fidei possessore, d. l. 15, vide tamen 1146.

Item nec USURARUM usuræ, quamvis in sortem redactæ. l. 28. cod. h. t. præterquam à tute. l. 7, §. 12, de adm. & peric. vide 1384.

1150. Pecuniae quæ ex detimento solvitur, usuræ non præstantur, *l. 24, ad municip. vide 2611.*

Nec si quis conveniatur non est contractu, sed officio quod administraverit, l. 21, §. 1, eod. tit.

Nisi magistratus actione quæ competit in tutores conveniatur. l. ult. de magistr. com. vide 1466.

1151. Cursus usuraruin ultrà DUPLUM non procedit, *l. 27, paragr. 1, cod. h. t. vide 535.*

Particularibus solutionibus in duplum computatis. Novel. 121 & 138, vide 2688, §. 38, quod olim non obtinebat, l. 10, cod. h. t.

Ultrà duplum solutæ, forti imputantur, d. Novel.

121.

Vel repetuntur, l. 26, §. 1, de cond. indeb.

1152. Qui in FUTURUM usuras accepit, tacitè pacatus videtur, nè intrà id tempus sortem petat, *l. 57, de paçt. l. 2, paragr. 6, de doli except.*

Valet stipulatio ut donec usuræ solverentur, fors non peteretur l. 4, §. 3, de paçt. Telles sont nos constitutions de rente dont cette loi peut avoir fourni l'idée.

1153. Qui vice usurarum habitatione usus est, illicitum foenus non contrahit, quamvis ultrà legitimum.

modum domus redigeret si locaretur, l. 14, cod. h. t.

Sed vilius conducta habitatio videtur. *ibid.* si verò creditor ablocavit eam, & plus redegit ex mercede, quod amplius erit sorti imputabit. *Goth. in d. l. 14.*

Cum in usuras fructus percipiat, tam fundi quam ædium dum retinet possessionem, l. 11, paragr. 2, de pign. & hypoth.

In possessionibus cessat imputatio, propter incertum fructuum eventum, l. 17, cod. h. t.

Item, usuras illicitas SORTI mixtas, sortem non vitiare constat. l. 20, h. t.

1154. PRÆSCRIPTA principali actione, cessat actio super usuris, vel fructibus præteriti temporis, l. 26, cod. h. t. vide 2665, 982.

Nec obstat singulis annis earum actiones nasci, d. l. 26.

Idem, si fors reddita sit, non enim sunt duæ actiones, alia fortis, alia usurarum, sed una, l. 4, cod. depos.

Licet post moram sorte solutâ, cum haec non sint in obligatione, sed officio judicis præstentur, l. 49, paragr. 1, de act. empti. vide 1147.

De annis præstationibus. vide 2156.

1155. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exæctor, nec usuris opprimes. 22, *Exod. 25.*

Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, ne accipias usuras ab eo. 25. *Levit. 35 & 36.*

Non faenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno, 23 *Deuter. 19 & 20.*

1156. Ratio non habetur usurarum ex eo die quo debitor post oblationem pecuniae in jure, eam obsignavit, & DEPOSUIT, ll. 7, h. t. II & 19, cod. h. t. *Goth. in d. l. 11, legit in jure, vide 1385, 2273.*

OBLATIONE præsentibus testibus solemniter factâ, l. 6, cod. h. t. l. 9, cod. de solut. vide 1177, 982, sine quâ inutiliter obsignata deponeretur, l. 2, cod. h. t.

Depositum fit in loco publico, l. 19, cod. h. t.

Cessant usuræ ex eo tempore quo pecunia oblata est,
l. 6, cod. h. t.

ABSENTE verò creditore, Præsidem super hoc in-
 terpellare debet debitor, *d. l. 6.*

Quo subsequuto, etiam periculo debitor liberatur,
l. 19, cod. h. t.

Modò non minorem pecuniam quām debebat ob-
 signaverit, *l. 41, §. 1, h. t.*

Et eodem loco quo debetur, l. 9, cod. de solut.
vide 2273.

Porrò si postea à conventus ut solveret moram fecerit,
 nummi steriles ex eo tempore non erunt, *l. 7, h. t.*
vide 1177.

PUBLICUM locum intellige, vel sacratissimas
 ædes, vel ubi competens judex deponi eos disposuerit, *l. 19, cod. h. t.*

1159. *FRUCTUS* sunt fruges, & quæcumque ex terrâ
 nascuntur, & quidquid pecora ferunt. *Cujac. h. t.*

Et ovium fœtus in fructu sunt, l. 48, paragr. ult. de
acqu. rer. dom.

VENATIO in fructu non est, nisi fructus fundi ex
 venatione constet, *l. 26, h. t. vide 408, 1162.*

Prædiorum urbanorum pensiones, pro fructibus ac-
 cipiuntur. *l. 36, h. t. vide 1021.*

1160. Fructus eos esse constat qui deductâ impensa
 supererunt, *l. 7, solut. matr. l. ult. in fine de oper.*
serv.

Sive quod justis sumptibus deductis superest, *l. 1,*
cod. de fruct. & lit.

Etiam in prædoniis, l. 36, §. ult. de hered. petit.

Quod enim in fructus redigendos impensum est,
 ippos fructus deminuit, *l. 46, h. t.*

Idem, si in tutelam ædificiorum. l. 7, §. 16, solut.
matr. vide 1069.

1161. Omnis fructus non jure SEMINIS, sed jure soli
 percipitur, *l. 25, h. t.*

Quoniam in percipiendis fructibus, magis corpo-
 ris jus ex quo percipiuntur, quām seminis ex quo
 oriuntur, aspicitur. *ibid. §. 1.*

Item, pars fundi fructus videntur, quamvis maturi, l. 13, §. 10, de act. empti. vide 979, 420.

Fructusque fiunt, simul atque à SOLO separati sunt, l. 25, paragr. 1, h.t.

Idecirco, si in meo fundo frumentum tuum severim, segetes meæ erunt, d. paragr. 1, vide 1170.

Exceptione verò doli mali, impensas servabis, l. 9, de acq. rer. dom. vide 1171.

1162. Fructus rei est pignori dare licere, ll. ult. h.t. 72, de reg. jur. v.de 449.

Item. Arbores cæduæ in fructu cedunt, l. 7, §. 12, solut. matr. vide 408.

Et marmor, si talis est ut lapis ibi renascatur. *ibid.* paragr. 13.

Et fodinæ. *ibid.* paragr. 14, vide 398.

Et aucupia, venationes, piscationes. vide 408, 1159.

Et quod ex locatâ re mercedis nomine capi potest, l. 19, h.t. vide 405.

Non tamen THESAURUS, l. 7, §. 12, solut. matr. vide 1995.

Nec ARBORES si vi tempestatis ceciderunt. *ibid.* vide 407.

1163. BONÆ FIDEI emptor esse videtur qui ignoravit eam rem alienam esse, aut putavit eum qui vendidit jus vendendi habere, l. 109, de verb. sign.

Ille in percipiendis fructibus id juris habet quam dominus, l. 25, §. 1, h.t. l. 48, de acqu. rer. dom. vide 374, 356.

Eiusque fiunt, mox cùm à solo separati sunt, d. l. 48, l. 13, in fine, quib. mod. ususfr. vide 420.

Nec interest ea res sit pupilli aut vi possessa, d. l. 48.

Qui juris si cognovit fundum alienum esse? *Idem* dicendum quandiu evictus non fuerit, l. 25, §. ult. h.t. tametsi instructus sit, quamvis enim cognovit alienum, attamen ignorat an dominus jure suo uti voluerit, præsertim quia usucatio superveniente scientiâ non impeditur, l. 48, §. 1, de acqu. rer. dom. ne

quidem denuntiatione, l. 13, pro emptore, vide 2162, 2027.

Quamvis ex denuntiatione cæperit malæ fidei professor esse, & usuras debere, l. 20, paragr. 11, de petit. hered. vide 356.

Post motam verò controversiam quasi PRÆDO tenetur. l. 25, paragr. 7, eod. tit.

1167. CAUSA est qualitas & utilitas omnis quæ circā rem est. Cujac. h. t.

Post item contestatam præstatur, quamvis in personam actum sit. l. 2, h. t. l. 20, de rei vind. vide 1148, 368.

1168. ACCESIONIS verbum latissimè patet, & comprehendit appendices, sequelas, consequentias omnes, & usuras rei quæ in judicio est. Cujac. h. t.

Rei cedit quod sine illâ esse non potest, veluti pars statuæ adjecta, scriptio, pictura. l. 23, paragr. 2 & 3, de rei vind.

1169. Litteræ chartis cedunt, d. paragr. 3, l. 9, paragr. 1, de acqu. rer. dom.

Tabula picturæ cedit, d. l. 9, paragr. 2, vide 1171.

Quod rei ornandæ causâ adhibetur, rei cedit, l. 19, paragr. 13, de auro arg. mund.

Veluti gemmæ inclusæ in argenteis vel aureis vasis, quamvis pretiosiores. ibid. paragr. ult.

Utrâ autem sit ACCESSIO, visu atque usu rei æstimandum est. l. 29, paragr. 1, eod. t.

1170. Domus & ædificia solo cedunt, l. 2, cod. de rei vindic. & omne quod inædificatur, l. 7, paragr. 10, de acqu. rer. dom. vide 979.

Item, fata, & plantata, l. 11, cod. de rei vindic. vide 1161.

Et vi fluminis allata, si radicibus cohærent. l. 5, §. 3, de rei vind. l. 7, §. 2, de acqu. rer. dom. vide 1991, 2001.

1171. In omnibus in quibus mea res per prævalentiam aliam rem trahit, si eam vindicem, per exceptionem doli mali cogar pretium ejus quod accesserit dare, l. 23, §. 4, de rei vindic.

Et picturæ impensam, l. 9, §. 2, de acqu. rer. dom.
& scripturæ. *ibid.* §. 1.

Idcirco qui bonâ fide possidens ædificavit, vel se-
vit, sumptus servat, l. 11, cod. de rei vindic. l. 9, de
acq. rer. dom. & glossa in verbo consevit. vide 368.

Et impendia retinere potest, l. 14, §. 1, comm. di-
vid. l. 45, §. 1, de act. empti.

Non tamen immodica, l. 43, in fine eod. tit. vide
1127, 1318.

De accessionibus in re legatâ. vide 1641....

1172. *MORA* est culpâ non respondentis ad conventio-
nem opportunam creditoris, vel debitoris. Cujac. h. t.

Si interpellatus opportuno loco non solverit, l. 32,
h. t. vel tempore, l. 39, de solut.

Nulla enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla
petitio est, l. 127, de verb. obl. l. 88, de regul. jur.

Item, mora fieri intelligitur non ex re, sed ex per-
sonâ, l. 32, h. t.

Attamen aliquando in re moram esse decerni solet,
si forte non extat qui conveniatur, l. 23, in fine h. t.
hæc est mora irregularis.

Item, si minori 25, ann. tardius solvatur in his quæ
moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus,
& fideicommissis, & legatis. l. 3, cod. in quib. caus.
in int. vel si fisco. l. 17, §. 5, h. t.

1173. Qui statuto tempore non solvit, vel fecit, pro-
missam stipulatione poenam dabit, l. 12, cod. de contr.
& comm. vide 941.

Quamvis nullus eum admonuit. *ibid.*

Cùm ea quæ promisit ipse in memorâ suâ servare,
non ab aliis sibi manifestari debeat poscere. *ibid.*

Nec proprii facti potest ignorationem prætendere,
l. 7, ad Vellei. vide 1229.

Proindè tunc dies INTERPELLAT. Goth. in d.
l. 12.

De interitu verò rei non tenetur, nisi interpellatus
sit. l. 23, de verbor. oblig.

1174. Qui reip. causâ abest, vel in vinculis hostiumve
potestate esse cœperit, moram facere non videtur, l.
23, h. t. vide 279.

Vel si quis exceptionem alleget, l. 21, h. t.

Vel judicium accipere paratus sit, l. 24, h. t. adversario cessante, l. 47, h. t.

Vel ad judicium sine dolo malo provocat, l. 63, de regul. jur.

Mora apud judicem examinabitur, cum sit magis facti quam juris. l. 32, h. t.

1175. *Quoties culpa, id est, mora debitoris intervenit, perpetuatur obligatio, l. 91, §. 3, de verb. oblig.*

Et CASUS praestantur. l. 23 & 82, §. 1, eod. t.

1176. *Unicuique sua mora nocet, l. 133, sive 173, de regul. jur. l. 32, paragr. 4, h. t. vide 2661, non alterius. d. paragr. 4.*

Quod & in duobus reis promittendi observatur, dd. ll.

Non ad augendam obligationem, sed tantum ad perpetuandam eam. Goth. in d. paragr. 4.

Nisi auctio obligationis expressim conventa sit.

Molin. in labyr. div. part. 3, n. 125.

1177. *OFFERENDO mora purgatur, ll. 73 §. 2, 91, paragr. 3, in fine de verb. obl. vide 1156, 982.*

Quamvis interpellatus dare noluit, l. 72, paragr. 1, de solut.

Modò non cessasset offerre, l. 122, paragr. 5, de verb. oblig. vide 2273.

Et omni tempore paratus sit tradere, l. 3, paragr. ult. de act. empti.

De mora in re legata, vide 1644; fidecommissa, 1687.

1179. *De usuris in socio, vide 894, & de cæteris in indice.*

TIT. II. *De Nautico fœnore.*

Cod. IV, 33. Novel. 106, 110.

1181. *NAUTICUM fœnus periculi pretium est, l. 5, h. t.*

Si modò in aleæ speciem non cadat. ibid. vide 1146.

Veluti ex jaclu retis, cum non sit pretium periculi, sed sortis.

Ex pacto constituitur , citrā stipulationem , d. l. 5 ,
paragr. 1 , l. 7 , h. t. vide 1146.

512 so/so Usque ad usuras centesimas , l. 26 , cod. de usur.
vide 1144.

*Et ultrā, trajeclitia enim pecunia creditoris, quamdiū
navigat navis, infinitas usuras recipere potest. Paul.
sent. lib. 2, r. 14, paragr. 3.*

Intellige ultrā licitum modum. l. 2 , cod. h. t.

1182. Non adscribitur creditori quidquid ex præcipiti
avaritiâ , & incivilis debitoris audaciâ accidit. l. 3 ,
cod. h. t.

TIT. III. De Probationibus , & præsumptionibus.

Cod. IV, 19.

1183. PROBATIONES sunt testimonia , vel instrumenta
quibus fides veri constat. Cujac. h. t.

1184. Ei incumbit probatio qui dicit , non qui negat ,
l. 2 , h. t.

Cùm per rerum naturam NEGANTIS factum pro-
batio nulla sit , ll. 23 , cod. h. t. 10 , cod. de non num.
pecun.

Secùs de negante jus , l. 5 , h. t. vide 1193.

Item secùs in his que tempus & locum habent ad-
junctum. Goth. in d. l. 5.

Ut si quis probaret eo die fese vel adversarium ab-
fuisse , l. 14 , in fine , cod. de contr. & comm. stip.

Nimis autem grave est urgeri partem diversam ad
exhibitionem , l. 6 , sive 7 , cod. de testib.

Undè proprias afferre debet petitor probationes ,
non adversus se reus. ibid. vide 126.

1185. Eum probare oportet qui AGIT , l. 21 , h. t.

Nam actore non probante reus obtinet , etiam si
nihil ipse præstet , l. 4 , cod. de edend. vide 379 ,
2016.

Nec negantes debitores oportet armatâ vi terrori ,
sed convictos tantùm condemnare , l. 9 , cod. de
obligat.

Cùm in lucro faciendo , durior sit causa petitoris ,
l. 33 ,

l. 33, de regul. jur. & melior causa possidentis, l. 168, five 126, paragr. 2, eod. t. vide 2693, 2683.

Et favorabiliores rei, potius quam actores habentur, l. 167, five 129, eod. t. vide 138.

Idcirco non debet actori licere quod reo non permititur. l. 41, eod. t.

1186. Probare debet qui EXCIPIT, *l. 9, h. t. actoris enim partibus fungitur, l. 19, h. t. vide 2144.*

Nisi si quis excipiendo dicat, defunctum de herede ejus non convenisse, l. 9, h. t.

Quia plerumque tam heredibus nostris, quam nobismetipsis cavemus. d. l. 9, vide 140, 2204.

Item, probare debet qui pecuniam solutam affirmit, l. 1, cod. h. t. vide 2283.

Vel indebitam dedit, l. 25, h. t. aut promisit. ibid. paragr. ult, vide 693.

Cum præsumptio sit pro eo qui accepit, contra solventem. d. l. 25.

Qui enim solvit, numquam ita resupinus est ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat. d. l. 25, vide 147.

Nisi is qui indebitum queritur, pupillus, minor, miles, aut simplex sit. ibid. paragr. 1, vide 1226.

Sed haec ita si totam summam indebet solutam is qui dedit contendat, non si pro parte. ibid. paragr. 2.

Licentia in omnibus his concedenda adversario iusjurandum inferre. ibid. paragr. 3.

1187. Si quis in scriptis se specialiter promissor dixerit, non jam ei licentia sit causæ probationem exigere, *l. 13, cod. de non num. pecun. vide 1199.*

Cum suis confessionibus quisquis acquiescere debat. d. l. 13, vide 2050.

Et nimis indignum est testimonio proprio resistere. ibid. vide 2700.

Idcirco cum iusjurandum dedit super depositum in codicillis testator affirmavit, credenda est scriptura, l. 37, §. 5, de legat. 3, intellige ex fide instrumenti authentici sicuti sunt codicilli, & contra testatorem, non contra alium. Goth. ibid. vide 1199, 1672.

Nec in fraudem creditorum, l. 28, ad Vellei. vide 2075.

Nec in favorem illius qui ex testamento capere non poterat. *l. 27, h. t.*

1188. Judicem ex sententiâ animi sui estimare oportet quid aut credat, aut parum probatum opinatur, *l. 3, paragr. 2, de testib.*

Confirmabitque motum animi ex argumentis & testimoniis, nec ad multitudinem, sed ad sinceram testimoniorum fidem, *l. 21, paragr. 3, eod. t. vide 2397, 1217.*

Alias veluti consentiens FAMA confirmat rei de quâ quaeritur fidem, *l. 3, paragr. 2, eod. t.*

Cum sœpè sine publicis instrumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, *d. paragr. 2.*

Et in contractibus, rei veritas potius quam scriptura perspici debet, *l. 1, cod. plus val. qu. vide 2688, paragr. 22.*

Quid in criminalibus? *Vide 2500, 2397.*

1189. Census & MONUMENTA publica potiora sunt testibus, *l. 10, h. t. vide 554, 2640.*

Gesta enim quæ sunt translatâ in publica instrumenta, perpetuam habent firmitatem. *l. ult. cod. de re judic.*

1190. Sine scriptis valet quod actum est, si habeat probationem. *l. 4, & l. 5, de fide instr. legitimam. l. 4, cod. h. t. vide 1204, 1196.*

1192. PRÆSUMPTIO est conjectura, seu divinatio in rebus dubiis. *Goth. h. t.*

Circà fideicommissum. *vide 1673, contra reos, 2500.*

1193. Jure permisum & factum quidquid præsumitur, nisi contrarium probetur. *Goth. in l. 5, h. t.*

Id est præsumitur pro solemnitate actus, & jurisdictionis. ibid. vide 2202.

Unde probare debet qui dicit adversarium suum ab aliquo jure prohibitum esse specialiter, lege, vel constitutione. *l. 5, h. t.*

1194. De confessis in jure, *vide 2050.*

T I T. IV. *De fide instrumentorum.*

Cod. IV, 21. Novel. 73.

1195. INSTRUMENTORUM loco habentur tam

testimonia , quām personæ . l . 1 , h . t . l . 10 , cod . de rei vindic . vide 1207 .

1196. Ex authentico non ex indice (copie) fiscus convenientius est , l . 2 , h . t . & privatus . glossa ibi .

Nec instrumenta nisi in mundum recepta , subscriptionibusque partium confirmata vires habent , l . 17 , cod . h . t .

Non si domestica , seu privata l . 5 , cod . de probat .

Fiunt autem scripturæ , ut facilius probari poslit , l . 4 , h . t .

Sine his enim valet quod actum est , si habeat probationem . ibid . vide 1190 .

1197. Diei repetitio (antidata) interponi non debet , l . 3 , h . t . vide 2457 .

Sed falsi crimen non est , si inter præsentes & convenientes res actitata sit . d . l . 3 .

1198. Scripturæ diversæ sibi invicem derogantes , ab eadem parte prolatæ , nihil firmitatis habent . l . 14 , cod . h . t . vide 1777 .

1199. Exemplo perniciosum est , ut credatur scripturæ quā unusquisque sibi adnotatione propriâ debitorem constituit , l . 7 , cod . de probat . & iniquum , l . ult . cod . de conv . fisc . debit .

Nec si fiscus ei successerit , d . l . ult . quamvis in ultimâ voluntate , l . 6 , cod . de probat .

Creditur verò si contrà scribentem . l . 13 , eod . de non num . pec . vide 1187 .

1200. Si quis in aliquo documento alterius documenti faciat mentionem , nulla ex hac memoriâ fiet exactio , nisi aliud documentum proferatur . Novel . 119 , cap . 3 , vide 1205 , undè hoc vulgare , non creditur referenti nisi constet de relato .

Similiter in chirographo pecuniarum facta commemoratio debiti ex aliâ causâ , vim obligationis non habet , l . ult . de probat . sed habet vim probatoris modò causam promissor dixerit . l . 13 , cod . de non num . pec .

1201. COMPARATIONES litterarum ex publicis instrumentis , vel chirographis trium testium subscrip-

220 Lib. XXII , Tit. IV.

tiones habentibus , fieri debent , l. 20 , cod. h. t.
apud nos non nisi publicis , & authenticis scripturis.
Ordin. decemb. 1684 , art. 7 & 8.

Item , ex his litteris quibus adversarius utitur. auth.
ad hæc , cod. h. t.

1204. AMISSIO instrumenti non obest , si modò ma-
nifestis probationibus debitorem esse apparuerit , l. 1 ,
cod. h. t. vide 1190.

Idem. Si chirographum cancellatum fuerit , l. 24 ,
de probat.

Nec tollitur substantia veritatis , l. 10 , cod. h. t.

Proinde longi temporis possessione munitis , nihil
juris aufert. l. 7 , cod. de præscr. long. temp.

Attamen non statim casum conquerentibus facile
credendum est. l. 5 , cod. h. t.

1205. Chirographis EXUSTIS , debitores pupilli ex in-
ventario conveniri possunt , l. 57 , de adm. & per.

Undè si tutor per dolum vel culpam prætermiserit ,
tenetur. ibid.

Nec obstat authent. si quis , cod. de edendo , modòin-
strumentum in inventario auctoritate simut judicis , &
parte citatâ descriptum sit. Goth. in d. l. 57.

Pars verò tantum exscripta chirographi , nihil pro-
baret, Goth. ibid. argum. l. 24⁴, de legibus. vide 28.

Creditur inventario si confessus fuerit tutor amplio-
rem quantitatem substantiæ , l. 13 , cod. arbitr. tut.

Neque enim sic homo simplex , imò magis stultus
invenitur , ut in publico inventario scribi contrà se
aliquid patiatur. ibid.

1206. Si morandæ solutionis gratiâ à debitore FALSI
crimen objicitur , nihilominus ad solutionem com-
pelli oportet , l. 2 , cod. ad l. Cornel. de fals.

Salvâ executione criminis , ibid.

T I T. V. De Testibus.

Cod. IV , 20. Novel. 90.

1207. Eandem vim obtinent , tam fides instrumento-
rum , quam depositiones testium , l. 5 . cod. de fide
instr. vide 1195.

Cum in contractibus veritas potius quam scriptura perspici debet, l. 1, cod. plus val. qu.

Sed contrà SCRIPTUM testimonium, non scriptum testimonium non fertur, l. 1, cod. h. t. in editione. Goth. intellige si quis testatur contrà ea que Constitutiones subscripsit.

Cum actorum simulatio quaestio facti sit, à judice autem examinanda, l. 2, cod. plus val. qu.

Et error scripturæ, probari possit ab eo qui scripsit. l. 15, de probat. quid de instrumentis publicis? Vide 1189.

1208. Quidam testes non producebat, sed TESTIMONIIS uti volebat, quibus apud nos locus non est, l. 3, paragr. 3, h. t. ideo non probabat. ibid.

Alia enim auctoritas præsentium testimoniis, alia testimoniiorum quæ recitari solent. ibid. paragr. 4.

1209. INVITUS ad testimonium cogitur, l. ult. cod. de fide instr. in medio. fallit in agnatis & cognatis, usque ad sobrino natos, l. 4, h. t. (au troisième degré) vide 1213.

Idem. EXCUSANTUR senes, valetudinarii, milites, & qui Reipub. causâ absunt, l. 8, h. t.

Et quibus venire non licet, d. l. 8.

Item, non temerè testes evocandi sunt per longum iter, l. 3, paragr. 6, h. t.

SUMPTUS verò competentes recipere debent, l. 10, sive 11, cod. h. t. & impendia, l. 3, §. 4, h. t.

Ita ut sine damno, & compendio suo procedant. l. 15, sive 16, in fine cod. h. t.

1210. Etiam MAGISTRATUS si rem exigat testimonium dicant, l. 21, paragr. 1, h. t.

Et ipse Praetor, adulterii causâ, d. paragr. 1.

Et Episcopi, ut propositis sacrofancis evangelii dicant ea quæ noverint, non tamen jurent. auth. sed judex, cod. de Episc.

Et illustres, & suprà illustres, si sacra forma interveniat, l. 15, sive 16, cod. h. t.

Hi sunt qui domi jurant. l. 15, de jurejur. vide 648.

1211. MULIERES testimonii in judiciis dicendi jus habent, l. 18, h. t.

222 Lib. XXII, Tit. V.

Non in testamentis. l. 20, paragr. 6, qui test. fac.
1212. DOMESTICI testimonii fides improbatur, l. 2, sive 3, cod. h. t.

Eos enim quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit, l. 24, h. t.

Nec idonei videntur, quibus imperari potest ut testes fiant. l. 6, h. t.

1213. Pater & filius testes utriusque in alieno testamento, vel negotio adhiberi possunt, l. 17, h. t. vide 1497.

Non pater filio, aut filius patri, l. 9, h. t.

Nullus enim idoneus testis in re suâ, l. 10, h. t.

Nec quoties aliquid negotii agitur per quod acquiratur, l. 20, paragr. 3, qui test. fac. poss.

Adversus autem se, nec volentes admittuntur. l. 5, sive 6, cod. h. t.

1214. In reum testimonium dicere, non licet ei qui IMPUBES est, l. 3, paragr. 5, h. t.

Aut minor 20 annis, l. 20, h. t. quod fallit apud nos, cum etiam impuberis admittantur si necessarii & idonei videantur. Ordin. 1670, 6, 2.

Aut publico judicio DAMNATIS. d. paragr. 5, vel reus, l. 20, h. t.

Vel ob carmen famosum damnatus, l. 21, h. t.

Vel ob adulterium, ne quidem in testamento, l. 14, h. t.

Vel calumniæ, l. 13, h. t.

Aut. si in vinculis custodiâve publicâ est, l. 3, §. 5, h. t.

Vel judicatus, vel convictus pecuniam accepisse, ob testimonium dicendum, vel non. ibid.

Nec propter turpitudinem senatu motus, l. 2, de senat.

Nec quorum fides vaccillat, l. 1, & l. 2, h. t.

Nec qui antè in eum reum testimonium dixit, l. 23, h. t. quod non observatur apud nos, eò quod non sponte testimonium dicant.

Nec mulier palam quæstum faciens, l. 3, §. 5, h. t.

Nec patroni in eâdem causâ, l. ult. h. t.

Nec executor negotiorum. ibid.

Nec hereticus, vel judæus adversus orthodoxum, l. 21, cod. de heretic. præterquam in testamentis vel

contractibus. *ibid.* apostatus quoque in testamento potest, *l. 3, cod. de apost.*

Potest & in pecuniariâ causâ, glossa. l. 3, paragr. 5, h. t. in verbo, in reum.

1215. Ubi numerus testium non adjicitur, etiam DUO sufficient, *l. 12, h. t.*

Si de generis (filiation) probatione, quinque, vel tres si illis instrumenta suffragentur, l. 14, vel 15, cod. h. t.

UNIUS omnino testis responsio non audiatur, etiamsi præclaræ Curiæ honore præfulgeat, *l. 8, sive 9, in fine cod. h. t.*

Judex moderare debet numerum testium, nè ad vexandos homines superflue multitudo testium protrahatur. *l. 1, in fine h. t.*

1216. Jusjurandi religione testes arctantur, priusquam perhibeant testimonium, *l. 8, sive 9, cod. h. t.*

Sub utriusque partis præsentia. *l. 18, sive 19, cod. h. t.*

1217. Testium fides diligenter examinanda est, *l. 3, h. t.*

Honestioribus potius testibus, fides adhibetur, *l. 8, sive 9, cod. h. t. vide 1188.*

Eorum dignitas, fides, mores, & gravitas examinanda est, *l. 2, k. t.*

Et conditio, & an honestæ, & inculpatæ vitæ, *l. 3, h. t.*

An locuples, vel egens. *ibid.*

Inimicus, vel amicus. *ibid.*

Item, utrum unum eundemque meditatum sermonem attulerint, l. 3, paragr. 1, h. t. Quia tunc corrupti creduntur. Goth. ibid.

Nec ad multitudinem, sed ad sinceram testimoniorum fidem. *l. 21, paragr. 3, h. t. vide 1188.*

1218. Qui teste usus est, eundem in aliâ lite arguere non potest, *l. 16, sive 17, cod. h. t.*

Nisi ex novâ causâ. *ibid.*

1220. Qui FALSO vel variè testimonium dixerunt, vel utriusque parti prodiderunt, puniuntur, *l. 16, h. t.*

Si dolo malo fecerint, *l. 1, ad leg. corn. de fals.*

Primum quidem de perjurio , dein de falsi crimine ,
l. 12 , sive 13 , cod. h.t.

*Præterquam si quis ex necessitate juris in litem jura-
vit , l. ult. de in lit. jur.*

*Exilio verò puniuntur , relegantur , vel curia sub-
moventur. Paul. 5 , sent. 13.*

Deportatione , & bonorum publicatione , l. 1 , in
fine de l. corn. de fals.

Et tormentis , si plebei sint , l. 14 , sive 15 , cod. h. t.

Interdum capitali judicio. l. 1 , paragr. 1 , ad l. corn.
de fiscar. vide 2455 , 2440 , & ita apud nos Ordin.

1535 , 19 , 9.

1221. Qui SUBSCRIBIT ut testis probare ea non in-
telligitur quibus subscripsit , l. 39 , de pign. act. &
ibi Goth. ex l. 34 , paragr. 1 , de legat. 2 , vide 1043.

Nec ex hoc obligatur , l. 6 , cod. de fidejuss.

*Nisi subseripserit quasi contrahens. Goth. in d. l. 39 ,
ex l. 9 , paragr. 1 , quib. mod. pign.*

Et deceptus non appareat , l. 8 , paragr. 15 , qu.
mod. pign.

Quid in emancipato ? Vide 806.

1222. De testibus testamentariis. vide 1497 , & sequ.

TIT. VI. De juris & facti ignorantia.

1225. IGNORANTIA vel facti , vel juris est. l. 1 , h. t.

1226. Regula est juris quidem ignorantiam cuique no-
cere , l. 9 , h. t.

*Verum in omnibus juris error , in damnis amitten-
da rei suæ non nocet , l. 8 , h. t.*

*Sed nulli prodest , l. 2 , paragr. 15 , pro empt. ac-
quirere volenti , l. 7 , h. t.*

Vel in usucapione , ll. 4 , h. t. 31 , de usurp. vide 2027.

*Nequidem ei qui l. falcidiâ usus non est , l. 9 , pa-
ragr. 5 , h. t.*

*Fallit in eo qui putavit sibi hereditatem deferri ,
ille enim prædo non est , quamvis in jure erret , l.
25 , paragr. 6 , de petit. hered. vide 375 , proindè acqui-
rere potest. Goth. ibi.*

*Item , fallit in minoribus 25 annis , l. 9 , h. t. l. 2 ,
cod. h. t. etiam in lucro , l. 11 , cod. h. t. vide 260 ,
non tamen in delictis , l. 37 , paragr. 1 , in fine de
minor. vide 270.*

*Fallit quoque in foemini, sed non in lucro, l. 8,
h. t. l. 11, & ult. cod. h. t.*

Et in milite qui juris ignorantia non adivit hereditatem, l. 9, paragr. 1, h. t.

Non prodest autem si jurisconsulti quisquam copiam haberet, vel si ei facile sit, scire ei detimento esse juris ignorantia. l. 9, paragr. 3, h. t.

2227. CONSTITUTIONES Principum nec ignorare cuique, nec dissimulare permittitur, l. 12, cod. h. t. vide 38.

Turpe quidem est patricio, & nobili, & causas oranti, jus in quo versatur ignorare. l. 2, paragr. 43, de orig. jur.

2228. FACTI ignorantia in damnis, vel compendiis non obest, ll. 8, 9, h. t. vide 1999.

Imo & prodest potest, l. 9, paragr. 5, h. t.

In usucapione, l. 4, h. t.

Et ei qui l. falcidiā usus non est, l. 9, cod. ad l. falc. vide 1849, 68 t.

Et qui falsum ignoravit, l. 3, de l. corn. de fals. vide 1522.

Quia qui nescit, is videtur experiundi potestatem non habere, l. 6, de calumn.

Nec videntur qui errant consentire, l. 15, de jurisd. l. 116, paragr. 2, de regul. jur.

Nulla enim errantis voluntas est, l. 20, de aqu. & aqu. vide 2050, 1000.

Jus finitum & potest esse & debet, sed facti interpretatio plerumque prudenterissimos fallit, l. 2, h. t.

Nisi summa negligentia objiciatur, veluti si omnes in civitate sciant quod ille solus ignoret, l. 9, paragr. 2, h. t.

SCIENTIA enim neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipienda est. *ibid.*

Sed ejus qui rem diligenter inquirendo notam habere possit. *ibid.* intellige modò justa sit causa inquiringi.

Nec supina ignorantia ferenda est, nec scrupulosa inquisitio exigenda, l. 6, h. t.

Neque stultis solet succurri, sed errantibus. l. 9, paragr. 5, in fine h. t.

¶ 229. Alterius scientia non nocet , nec prodest , t. 5 , h. t. vide 2661.

Alienī enim facti ignorantia , tolerabilis error est , l. ult. inf. pro suo.

Proprii verò facti non potest quis ignorantiam prætendere , l. 7 , ad S. C. Velleii. vide 1173.

Plurimum enim interest , utrum quis de alterius causā & facto non sciāt , an de jure suo ignoret . l. 3 , h. t.

¶ 230. Quantūm ad crimen veluti stellionatūs pertinet , excusat ignorantia facti , l. 16 , §. 1 , de pign. act.

Quantūm ad contrarium judicium , veluti si debitor rem alienam dedit in pignore , non excusat . ibid.

L I B E R X X I I I .

T I T. I. De sponsalibus.

Cod. V , 1.

¶ 232. **S**PONSALIA sunt mentio & re promissio futurum nuptiarum , l. 1 , h. t.

Sive spes matrimonii , l. 13 , §. 3 , ad l. jul. de adult. Distra à spondendo , l. 2 , h. t.

Sicut nuptiae , consensu contrahentium fiunt , l. 11 , h. t.

Sed sufficit nudus , l. 4 , h. t.

Ætas definita non est , si modò non sint minores quam 7 annis , l. 14 , h. t.

¶ 233. CONSENSUS eorum exigendus est , quorum in nuptiis desideratur , l. 7 , §. 1 , h. t. intellige ut non evidenter dissentiant , d. paragr. 1 , vide 1241.

FILIO FAMILIAS dissentiente , nomine ejus fieri non possunt , l. 13 , h. t.

FILIÆ dissentendi licentia conceditur , si indignum moribus , vel turpem sponsum pater eligat , l. 12 , paragr. 1 , h. t.

Aut diversæ religionis , l. 3 , paragr. 1 , cod. h. t.

Aut ex aliâ justâ excusatione . ibid.

*Apud nos liber consensus exigitur & in filiâ familiâs.
l. 11, h. t.*

1234. TUTOR nec dissolvit, nec constituit sponsalia, nisi ex voluntate pueræ, l. 6, h. t.

*Nec factam pupillam suam ipse uxorem ducere, nec
filio suo in matrimonio adjungere potest. l. 15, h. t.
vide 1245.*

1235. Sponsalibus renuntiare despontata potest, l. 1,
cod. h. t.

ARRHAS verò acceptas in duplum reddit, si ma-
jor sit 25 annis, l. 5, *cod. h. t.*

In simplum, si minor sit, ibid. vide 920.

Non quidem si alter causam ut nuptiæ non celebra-
rentur præbuit, l. 3, *cod. h. t.*

*Ut putà si intrà biennium in eâdem Provinciâ de-
gens supersederit, l. 2, cod. h. t.*

*Vel post 3 peregrinationis annos, l. 2, cod. de
repud.*

Restituuntur arrhæ si sponsus vel sponsa deceperit,
nisi jam defunctâ personâ causam præbuit, l. 3, *cod.
h. t.*

1236. FUROR posteà interveniens sponsalia non infir-
mat. l. 8, *h. t.* intellige si alter consentiat. vide 1246,
1477.

1237. Privilegium in conditione sponsæ datur, exem-
pli dotis si nuptiæ non fuerint secutæ, l. 74, *de jure
dot. l. 2, de priv. credit.*

*De adulterio in sponsâ, vide 2519, de donationibus,
1293, 1296.*

T I T. II. *De ritu nuptiarum.*

Cod. V, 4. & sequ. Novel. 22.

1238. NUPTIÆ sunt conjunctio maris & fœminæ,
& consortium omnis vitæ ; divini & humani juris
communicatio, l. 1, *h. t.*

Individuum vitæ confuetudinem continens. paragr.
1, *infl. de patr. potest.*

Modò PUBERES sint, & annos explesset 12, nup-
ta. l. 4, *h. t.*

1239. Non potest videri nupta , quæ virum pati non potest. l. 30 , qu. dies leg.

1240. Nuptias non concubitus , sed consensus facit , l. 30 , de regul. jur. l. 15 , in fine , de cond. & dem.

Et in virginie nuptiæ consistere possunt , l. 6 & 7 , h. t.

In CASTRATO verò nec dos est , nec matrimonium , l. 39 , paragr. 1 , de jure dot.

Secùs in SPADONE. *ibid.*

1241. Nuptiæ consistere non possunt nisi CONSENTIANT omnes , id est , qui coeunt , l. 2 , h. t.

Nec filius familias invititus ad uxorem ducendam cogitur , l. 12 , cod. de nupt.

Ubi verò , licet patre cogente contraxit , maluisse videtur , l. 22 , h. t.

Item , nisi consentiant quorum in potestate sunt , l. 2 , h. t.

Sive volentibus parentibus , l. 18 , h. t.

Nec avi auctoritas sufficit filio non consentiente , si nepos uxorem ducat , l. 16 , paragr. 1 , quæ sufficeret si nuptis nubat. *ibid.*

Intelligitur autem patrem consentire , nisi evidenter dissentiat , l. 7 , paragr. 1 , de spons. l. 5 , cod. de nupt. *vide* 2706.

Quamvis nuptias ignoraret , l. 11 , de statu hom.

In Galliâ expressè requiritur consensus patris & matris , tutoris vel curatoris , Edicto 1580 , art. 25 & 26 , & 1639 , art. 1.

Ubi verò pater liberos in potestate injuriâ prohibuerit nubere , id est , si conditionem non querit , à Præside cogitur , l. 19 , h. t.

Prætor vel Præses dotem decernit , si pater captus sit , vel oppressus à latronibus , l. 5 , §. 4 , de jure dot.

EMANCIPATUS sine consensu patris uxorem ducere potest , l. 25 , h. t.

Cum sit emancipatio pro consensu , etiamsi tacite emancipatus sit , putà annis 30 , fœminæ ann. 25 , ex Edicto 1580 , art. 25 & 26 , nec rectè poterit ex hac causa EXHEREDARI , modò consensum patris vel matris petierit , d. Edict. juxta Novell. 115 , cap. 112.

quod tamen imperfectum constat, dum vetat hujusmodi nuptias & punit, non tamen eas rescindit. Goth. in l. 25, h. t. vide 2682, contractum verò civilem rescindere potuit regia potestas, non sacramentum.

VIDUÆ intrâ 25 annum, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententiâ non convenient, l. 18, cod. de nupt.

Si delectu mulieris voluntas patris repugnat, & propinquorum, judiciaria cognitio adjungitur. *ibid.*

Si pares sint genere ac moribus competitores, is posterior existimetur quam ipsa approbaverit. *ibid.*

Si ignoretur ubi pater sit, post triennium liberi ejus utriusque sexus nubent, l. 10, h. t.

Idem. Si ab hostibus captus est, l. 9, paragr. 12, h. t. intellige de captivitate quâ servus efficitur.

Si patris auxilio destituta puella intra 25 annum sit, MATRIS & propinquorum, & ipsius quoque requiritur judicium, l. 20, cod. de nupt. & TUTORIS, l. 1, eod. t.

Si dissentiant, arbitrium Præsidis necessarium est d. l. 1.

Ad officium verò CURATORIS non pertinet nubat puella an non. l. 8, eod. tit.

1242. In honestum visum est vinculo PÆNÆ matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta, l. 134, de verb. oblig.

Fallit si quid ut Mæyiam uxorem ducat relictum sit, aliud est enim eligendi matrimonii pœnæ metu libertatem auferre, aliud ad testamentum certâ lege invitari, l. 71, paragr. 1, de cond. & dem. vide 1787, 1820.

Idem. De institutione. l. 9, paragr. 10, & paragr. 11, de hered. instit.

1243. Semper in conjunctionibus non solum quod licet considerandum est, sed & quod honestum sit, l. 42, h. t. l. 152, de regul. jur. vide 2668.

Et naturale jus, & pudor inspiciendus est, l. 14, paragr. 2, h. t.

Idcirco nuptiæ consistere non possunt, inter personas quæ in numero parentium liberorum sunt, usque ad infinitum, l. 53, h. t.

*Vel quasi parentium, veluti si à sacrosancto suscep-
perunt Baptisimato, l. 26, cod. de nupt.*

*Nec inter me, & sponsam patris mei, l. 12, paragr.
1, h. t.*

*Nec sponsa mea patri meo, quamvis natus non pro-
priè dicatur. ibid. paragr. 2.*

*Inter liberos fratrum, sive consobrinos possunt, l.
3, h. t. l. 19, cod. de nupt. In Galliā jure canonico
durat prohibitio, usque ad quartum consanguinitatis &
affinitatis gradum, sive filios pronepotum. cap. non
debet, extra. de consang. vide 1913.*

**1245. TUTORES & curatores, & filii eorum & he-
redes, & pater, & fratres, pupillas suas ducere pro-
hibentur, ll. 59, 60, paragr. 5, 64, paragr. 1, 67,
paragr. 2, h. t. vide 1809.**

*Nec filius tutoris, mortuo patre tutelæ rationi obf-
trictus, l. 67, h. t.*

*Si nondūm redditā tutelæ ratione, vel post reddi-
tam si non pupillæ exacto 25, nec non utili anno, l.
6, cod. de interd. matr. id est 26 anno incepto, l.
66, h. t.*

*Mater verò pupillæ, cùm tutore vel filio tutoris nu-
bere potest, l. 2, cod. de interd. matr.*

*Item, nec ex testamento pupillæ quam duxit uxori-
rem, capere potest, l. ult. de legat. I.*

*Illa quidem potest, nihil enim imputatur mulieri
quæ à tutore decepta est. d. l. ult.*

*Item, quamquam in arbitrio matris, pater esse vo-
luerit filiam collocari, frustrà tamen ab eâ tutor da-
tus eligeret, l. 62, h. t.*

*Cessat prohibitio, si à patre desponsa destinatave
testamento fuisse, ll. 36, 66, h. t. 7, ad l. jul. de
adulter.*

*Item, cessat in protutore, vel procuratore, l. ult.
cod. de interd. matr. vide 1058.*

*Et in avo qui neptis tutelam geslit, si eam collo-
care velit nepoti ex altero filio, l. 67, §. 1, h. t.*

*Potest autem tutor filiam suam collocare adulto suo
in matrimonium. l. 64, paragr. 2, h. t. l. 5, cod. de
interd. matr.*

1246. *Furor contrahi matrimonium non finit, quia consensu opus est, l. 16, paragr. ult. h.t. vide 1241.*

Sed recte contractum non impedit. ibid. vide 1477.

1247. *Mulier quae LUCTUS religione non praestitit, infamis est, l. 1, cod. de sec. nupt.*

Sicut & pater qui eam in matrimonio collocavit, & ille qui sciens eam uxorem duxit, l. 1, de his qui not.

Hæc secundo viro ultrà tertiam bonorum dare non potest in dotem, nec ex testamento, l. 1, cod. de sec. nupt.

Omnium hereditatum & supremâ voluntate relictorum expers est. d.l. 1.

Et quæ prior maritus ei reliquerit amittit. ibid.

Item hereditates ab intestato, non ultrà tertium gradum potest vindicare. ibid.

Eisdem pœnis subjicitur quæ parit intra luctum tempus, si modò indubitatum sit sobolem ex defuncto non existere. auth. eisdem pœnis. cod. de sec. nupt.

Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria.

Novel. 39, cap. 2, paragr. 1.

Item, & ea quæ suscepitâ liberorum tutelâ secundò nupsit, non priùs tutorem petens, & rationem rediens, & exsolvens omne quidquid debet. d. auth. hæc verò limitandum in his quæ ex priore marito suscepit, vide 1928.

1248. *Si post ANNUM LUCTUS nubat mulier, quidquid quovis titulo ex bonis prioris mariti secuta est, integrum ad filios transmittit, l. 3, cod. de secund. nupt.*

Solo retento usufructu. Novel. 22, cap. 32, nisi relictum sit eâ lege, ut ex secundis nuptiis interiret. d. cap. 32.

Idem, in MARITO qui secundò nupsit, l. 5, cod. de sec. nupt. Novel. 98, cap. 1.

Sublato ei jure eligendi inter liberos. Novel. 22, cap. 25.

Hæc enim omnia propria sunt liberis, quamvis parentium heredes non sint, nisi probentur ingrat. auth. hæc res. cod. de sec. nupt.

Nec mater inter eos eligere potest. *Novel. 2, cap. 1.*
Cum omnes secundis similiter exonorati sunt nuptiis. *Novel. 22, cap. 25.*

Et omnibus simul fecit injuriam. *Novel. 2, cap. 1.*
Si liberi ex diversis matrimonii sint, singuli patrum suorum sponsalitias retinent facultates, *l. 4, cod. de sec. nupt. Novel. 22, cap. 29.*

Item, qui vel quae secundò nupsit, nihil amplius secundo conjugi quovis titulo conferre potest, quam ei ex liberis prioris matrimonii cui minor portio derelicta, vel data fuerit. *Novel. 22, cap. 27.*

Prædefuncti intestati filii portio ad filios proprios venit, sin autem non habuerit, sit fratum vocatio, & patris, aut matris quamvis secundò nupsit, unâ cum fratribus. *Novel. 2, cap. 3, vide 1927.*

Exceptâ antè nuptiali donatione quae filiorum est solum lucrum, eis à lege datum. *d. cap. 3, paragr. 1, vide 1299.*

Item, si filii omnes & nepotes præmoriantur, ad patrem sive matrem totum redit, *l. 6, paragr. 1, cod. de sec. nupt. intellige ab intestato*, non si scriptos heredes habuerint. *Novel. 2, cap. 3.*

Salvis matri allegationibus, si forte irrationabiliter fuerit exheredata. *d. cap. 3, in princ.*

Accipere quoque potest ex testamento filii prioris matrimonii. *Novel. 22, cap. 46, paragr. 1.*

Item, quod mater quæ secundò nupsit filio donavit, non potest ex INGRATITUDINE revocari. *auth. quod mater. cod. de revoc. donat.*

Nisi ex tribus casibus. 1, si vitæ ejus insidiatur. 2, si manus impias in eam intulerit. 3, si totius substantia molitus est jaetoram. *ibid. vide 1973.*

Qui de educatione liberorum? Vide 1426.

1249. Non prius ad 2 nuptias venire permittitur, quam de MORTE mariti militis legitimè constituit. *Novel. 117, cap. 11.*

Quantoquinque annos in expeditione maritus manferit, sustinere debet uxor. *d. cap. 11.*

Quamvis eum mortuum audierit, nec litteras nec responsum ab eo suscepit. *ibid.*

1250. Quæ ad 2 venit nuptias, prioris mariti nec dignitatibus, nec privilegiis utitur. l. 10, cod. de nupt. Nov. 22, cap. 36.

1251. Nemo BINAS uxores habere potest, l. 2, cod. de incest.

Licet judæus sit, l. 7, cod. d. jud.

De Bigamiae pænâ, vide 2428.

TIT. III. De Jure dotium.

Cod. V, 12, 11.

1253. DOS est pecunia marito nuptiarum causâ datâ vel promissa. Cujac. h. t.

Ut semper apud eum sit, l. 1, h. t. constante matrimonio, l. 21, paragr. 4, ad munici.

Sine matrimonio esse non potest, l. 3, h. t. vide 1266.

1254. Dotium causa semper & ubique præcipua est, l. 1, solut. matrim. vide 1071.

Et in ambiguis pro dotibus respondere melius est, l. 70, h. t. l. 85, de regul. jur.

Reip. enim interest mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt. ll. 2, h. t. 1, sol. matr.

Undè potior est causa dotis quam Reip. cui postea maritus obnoxius factus est. l. 9, cod. h. t.

1255. Universa bona mulier sibi constituere potest, l. 4, cod. h. t. l. 72, h. t.

Mulier in MINORI ætate dotem dare, & exigere potest, consentiente curatore. l. 28, cod. h. t. etiam si universa bona.

1256. Omnidè PATERNUM officium est dotem dare, l. ult. cod. de dot. prom.

Idcirco interdùm cogitur pater in matrimonium filiam collocare, & dotare, l. 19, de ritu nupt. vide 1241.

Quod non obtinet in MATRE, nisi ex magnâ & probabili causâ, l. 14, cod. h. t. & lege specialiter expressâ. ibid.

Nequè pater dotare potest filiam de bonis uxoris suæ invitæ. ibid.

Si pater rebus tām suis quām maternis , vel aliis dotem constituit , quasi de suo constituisse intelligitur , *l. ult. cod. de dot. prom.*

Si substantiam idoneam possidet , non si penitus inopiā tentus . *ibid.*

Ne dūm EFFUSO sermone fēse jaſtat , in promptum incidat sui periculum , *ibid. in fine.*

1257. Qui dotem promisit eam non retinet , ex eo quod mulier INGRATA extiterit , *l. 69 , §. 6 , h. t.* *vide 1974.*

Et de evictione tenetur , l. 1 , cod. h. t.

Quodammodo enim creditor , aut emptor intelligitur , qui dotem petit , *l. 19 , de oblig. & act.*

Cūm ex promissione dotis non videatur ex lucrativa causā rem habere . *ibid.*

1258. Dotis FRUCTUS ad maritum pertīquent , *l. 7 , h. 1.*

Idem. De usufructu in dotem dato , tunc enim jus ipsum in dote est non fructus. ibid. paragr. 2.

Cūm ipse onera matrimonii subeat . *d. l. 7.*

Ibi enim dos esse debet , ubi onera matrimonii sunt , *l. 56 , paragr. 1 , h. t. l. 65 , in fine , pro socio.*

Nec conventio valet , ut fructus in dotem converteretur , si itā dos reddatur sterilis , *l. 4 , de paēt. dotal.*

Undē valet si ex fundo qui dotalis non sit , & ob hoc majorem dotem dedit . *ibid.*

Ea verò quæ fructus non sunt dotem augent , aut si ex lapidinīs lapidem , vel arbores quæ fructus non essent voluntate mulieris vendiderit , *l. 32 , h. t.*

Si mulier promisit cūm moreretur , viva exhibere debet , *l. 20 , h. t.*

Secūs si sic pater promiserit , *l. 76 , h. t.*

1259. Quæ pondere , numero , mensurā constant , mariti periculo sunt , *l. 42 , h. t.*

Quia in hoc dantur ut eas distrahat . *ibid.*

In cœteris talem præstat DILIGENTIAM quam rebus suis , *l. 17 , h. t. l. ult. cod. de paēt. conv.*

Et CASUM si culpa præcessit , *l. 66 , solut. matrim* *vide 725.*

DOLUM verò malum duntaxat si mora per mulierem fuit quominus ipsa dotem restituendam ab eo reciperet, l. 9, *solut. matr.*

Item, si usucapio perficitur, viri periculo est. l. 16, *de fundo dot* vide 1280.

1260. Tempus solvendæ dotis ex die nuptiarum, non ex die stipulationis numeratur, l. 48, h. t.

Si promissor defectus sit facultatibus, imputabitur marito, l. 33, h. t. modò fuerit in morâ exigendi. *Goth. in l. 71, h. t.*

Vel maluerit quam sortem usuras exigere. d. l. 71, & *Goth. ibi.*

Vel stipulatus sit novandi causâ, l. 35, h. t.

Nisi pater dotem promiserit, aut ipsa mulier, l. 33, h. t.

Nec judex audiet dicentem, cur patrem non urserit ad solutionem, multò minùs cur ipsam non convenerit. *ibid.*

Fallit si extraneus dotem donavit. *ibid. vide 1312.*

Parcendum tamen est marito, qui eum non præcipitavit ad solutionem qui donaverat. d. l. 33.

1261. Nulla PRÆSCRIPTIO quamvis 30 vel 40 annor. mulieribus opponitur, nisi ex quo possint actiones movere, l. 30, cod. h. t. vide 2157.

Vel si ante matrimonium jam cœperat, l. 16, *de fundo dot.* vide 1280.

1262. Ad heredem mulieris privilegium dotis non transit, l. un. cod. de priv. dot.

Quod privilegium jam præstabatur transit, l. 13, §. 3, *de fundo dot.*, id est, si vivens mulier petierit.

Si heres filius sit, transit. *Cujac. in tit. cod. de priv. dot.*

1263. PARAPHERNA vocantur bona quæ extra dotem mulier habet, l. 8, cod. de paet. conv.

Mariti non efficiuntur, quamvis plerumque tradantur, & ipse custodiam repromittat, l. 9, §. 3. h. t.

Muliere autem prohibente, vir in paraphernis se imiscere non potest, l. 8, cod. de paet.

Actiones enim omnino apud uxorem manent, l.

ult. eod. t. etiam per extraneum exercendæ. ibid.

*Porrò si maritus actiones movet, nulla ratihabi-
tio ab eo exigitur. ibid.*

*Item, USURAS circà se & uxorem expendere po-
test. Ibid.*

Hypothecâ obstrictus pro forte quam exegerit. ibid.

*Et paraphernis CONSUMPTA donante uxore non
repetuntur, nisi in quantum maritus locupletior. l.
17, cod. de don. int. vir. veluti si ex his creditori suo
solverit.*

1264. Dotis quantitatem, in testamento pater per
alium declarare potest, *l. 14, de dote prael. vide
1271.*

*Item, filia legatorum non habet actionem, si ea
quæ in testamento reliquit, vivus pater posteâ in
dotem dedit, *l. 11, cod. de legat.**

*Vel si priùs centum promisit dotis nomine, deindè
centum legavit. l. 84, §. 6, de legat. 1.*

TIT. IV. De pacis dotalibus.

Cod. V, 14.

1266. Stipulationes & hypothecæ inesse dotibus intel-
liguntur, *l. iii. §. 1, cod. de rei uxor. act. vide
2071.*

*Etsi dos sine scriptis detur, vel promittatur *d. §. 1.**

*Stipulationes propter causam dotis habent in se
conditionem hanc, si nuptiae fuerint fecutæ, *l. 21,
de jure dot. vide 1253, 1276.**

*Pacisci post nuptias, etiamsi nihil ante convenerit,
licet. *l. 1, h. 1.**

1267. Dos à patre promissa, *cum commodum erit, hoc
est, cum sine imcommodo meo potero, l. 125, de
verb. signif.*

*Cum commodissimum esset, intelligitur cum primùm
sine turpitudine & infamiâ dari possit, *l. 79, paragr.
1, de jure dot.**

*Cum potero, id est, cum deducto ære alieno pote-
ro, vel cum salvâ dignitate meâ. *d. l. 125.**

Pecunia promissa modò ne invitus solveret, non

exigetur, in dotis enim causâ non est, quamvis à patre, l. ult. paragr. 1, h. t.

Si arbitrio soceri, vide 1271.

1268. Pactum quominus actionem integræ dotis mulier habeat, non valet, l. 3, cod. de paet. conv.

Nec pater post nuptias, deteriorem causam filiae facere potest, l. 28, de jure dot. l. 29, solut. matr.

Pactum verò ut pater minus habeat, valet, l. 6, cod. de paet. conv.

Pactum ut mortuâ in matrimonio filiâ dos apud vi-
rum remaneret servandum est, etiamsi liberi non in-
terveniant, l. 12, h. t.

Secùs si morte mariti solutum sit matrimonium, cùm sit tale pactum contra dotem, l. 2, h. t. l. 3, cod. de paet. conv.

Nec si convenisset, esset servandum. d. l. 2.

Item, ut mortuâ filiâ dos socero, vel suo heredi reddatur, valet, l. 9, h. t.

*Item, ut reddatur patri qui constituit, quamvis li-
beris superstitionibus decesserit filia, deductâ parte ter-
tiâ (leur legitime) l. 23, h. t.*

Pacta enim pro restitutione dotis, vel pro tempore, vel pro usuris, vel pro aliâ quâcumque causâ ser-
vantur, l. un. paragr. ult. cod. de rei ux. act.

Sed non itâ de PARAPHERNIS, qui a pacto non de-
fertur hereditas. Cujac. in cod. de paet. conv.

Multò minus ne vir uxori succedat, l. 5, cod. de
paet. conv.

*Item, non valet pactum ut dos longiori die solva-
tur, l. 16, h. t. mulieri scilicet non patri. l. 19, h. t.*

1269. PROFECTITIA dos est, quæ à patre profecta est, de bonis vel facto ejus, l. 5, de jure dot.

Ad patrem filiâ amissâ solutionis loco REVERTI-
TUR, l. 6, eod. t. l. 4, cod. solut. matr. si sine libe-
ris filia decesserit, statuto Provinc. 14, decemb. 1456,
ex l. 26, paragr. 2, h. t. vide 1270.

Nec filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret, l. 6,
de jure dot.

Si quis patri donaturus dotem dedit, à patre pro-
fectum esse intelligitur, l. 5, paragr. 2, de jure dot.

Dos ab avo data , profectitia non est , l. 79 , eod. t.
revertitur tamen ad patrem æquitate rei , l. 6 , de
coll. bon. vide 1889.

Quippè officium avi circà neptem , ex officio pa-
tris ergà filium pendet. d. l. 6.

Et quia pater filiaæ , ideo avus propter filium , do-
tem nepti dare debet. *ibid.*

1270. Ad extraneum dos non revertitur , nisi sibi stip-
ulatione prospexerit , l. un. §. 13 , de rei uxor. act.

Idquè incontinenti , l. 24 , cod. de jure dot.

EXTRANEUS autem est , qui in potestate personam
dotatam non habet. *Goth. in d. paragr. 13.*

Jure nostro dos **MATRI** revertitur citrà stipulatio-
nem , etiamsi nepotes ad quos dos pervenit præmorian-
tur , quod non observatur in patre. Duperier , maxi-
mes , liv. 5 , du droit de retour. Undè in hoc magis fa-
vetur matri , quam patri. *ibid.*

1271. Dos promissa arbitratu ficeri , non demonstrata
re vel quantitate , valet pro modo facultatum pa-
tris , & dignitate mariti , l. 69 , paragr. 4 , de jure
dot. vide 1264.

Nec obstat fundo non demonstrato inutile legatum
esse. *ibid. vide 1833* , sicut nec valet incertà stipulatio.
ibid. l. 75 , de verb. oblig. vide 2212.

Nulla quoque actio est , si mulier dotem dare pro-
missit , cùm neque species ulla , neque quantitas pro-
missa sit. l. 1 , cod. de dote prom.

1272. Si à patre filia dotem ita accepit , ne quid aliud
ex hereditate patris speraret , non ex eo pacto jus
successionis mutatur , l. ult. de suis & legit. l. 3 , cod.
de collat. vide 134.

Nec intestato patri succedere filia prohibetur. d. l. 3.

Verum moribus nostris hæc conventio recepta est.
Goth. in d. l. 3.

Et ex jure canonico si jurata sit. cap. quamvis de pact.
in sexto. intellige in Galliâ, non apud nos.

1273. Dos in priùs matrimonium data , converti in
posterior matrimonium dicendum est , nisi probetur
aliud convenisse. l. 30 , de jure dot.

T I T. V. *De fundo dotali.*

Cod. V, 23.

1276. Si prædiis dotalibus inestimatis aliquid accessit, vel decessit, ad mulierem pertinet, l. 10, paragr. 1, *de jure dot.*

Idem. De cæteris rebus non æstimatis, d. l. 10.

Si ÆSTIMATIS, ad maritum. *ibid.* vide 1311.

Quia æstimatione fit vera VENDITIO. *ibid.* §. 4 & 5.

Et maritus debitor efficitur summæ, veluti prætii, l. 5, cod. *de jure dot.*

Et in se periculum & lucrum recipit, l. 10, cod. eod. t. vide 1028.

Modò æstimatio facta non sit post contractum matrimonium, l. 12, *de jure dot.*

Item, ubi nuptiæ secutæ non sunt, res repeti debet, non pretium, l. 17, paragr. 1, eod. tit.

Ex fundo æstimato & evicto, quidquid consequitur maritus contrà uxorem, id in restitutione dotis ad mulierem redigetur, ne lucrum sentiat, l. 16, *de jure dot.*

Quia non simplex venditio sit, sed dotis causâ. *ibid.*

1277. Res quæ ex dotali pecunia comparatæ sunt, dotales esse videntur, l. 54, *de jure dot.*

Scilicet quali dotales, l. 22, *inf. solut. matr.*

In subsidium duntaxat. Goth. in l. 12, cod. *de jure dot.*

Proindè dominium vindicare mulier non potest. *ibid.*

Ità constante matrimonio PERMUTARI dos potest, pecunia in rem aut ex re in pecuniam, si mulieri utile sit, l. 26, *de jure dot.* l. 21, *de pac*t.* dot.*

Quod si fuerit factum, fundus vel res dotalis efficitur, l. 27, *de jure dot.*

1278. Dotale prædium maritus invitâ muliere per l. juliam prohibetur ALIENARE, l. 4, h. t. & instit. quib. alien. in princ. & obligare. d. l. 4.

Hodiè nec illâ consentiente, l. un. paragr. penult. cod. de rei ux. act. vide 2688, paragr. 33.

Ne mulier fragilitate naturæ sive in repentinam deducatur inopiam. ibid. vide 1289.

Si dœs lucro mariti cessit, fundus emptori avelli non potest. l. 17, h. t. l. 42, de usurp. & usuc. vide 1137, 914.

1279. *Maritus neque potest SERVITUTES fundo debitas amittere, neque ei alias imponere, l. 5, h. t.*


Nec ad communis fundi divisionem provocare, licet possit provocari. l. 2, cod. h. t. vide 569.

1280. *USUCAPIO fundi dotalis viri periculo perficitur, ab eo qui jam cœperat bonâ fide posidere, l. 16, h. t. vide 1261.*

Nam licet l. julia vetat alienari, non tamen interpellat eam possessionem, si antequam constitueretur dotalis fundus, jam cœperat. ibid.

Attamen si paucissimi dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerint, nihil erit quod imputetur marito. ibid.

1281. *Si in dote dandâ CIRCUMVENTUS sit alterius, etiam majori 25 annis, succurrendum est. l. 6, paragr. 2, de jure dot.*



L I B E R X X I V.

T I T. I. *De donationibus inter virum & uxorem.*

Cod. V, 16, 3, Novel. 162, cap. 1.

1289. *HÆ donationes non valent, l. 1, h. t. licet traditio intervenerit, l. 3, §. 10, h. t.*

Nec circâ IMPENSAS in res dotales factas, l. II, paragr. 1, de imp. in res dot.

Nec per interpositas personas, l. 5, §. 2, h. t.

Nec per eos in quorum potestate sunt, l. 4, cod. h. t.

Ne mutuato amore invicem spoliarentur, ll. 1, 31, paragr. 7, h. t.

Neve

Neve venalitia essent matrimonia, l. 2, h. t.
Item, ne concordia pretio conciliari videretur, l. 3, h. t.

Neve mulier in paupertatem incideret, deterior ditor fieret. *ibid.*

Non verò amarè, nec tanquam inter infestos prohibentur, l. 28, paragr. 2, h. t. vel malevolos, l. 31, paragr. 7, h. t.

Sed maximo affectu solam inopiam timentes. *d.* paragr. 2.

1290. Valent tamen quasi MORTIS CAUSA factæ, ll. 9, paragr. 2, 11, paragr. 1, 32, paragr. 1 & 2, h. t. 2, cod. de dote caut.

Consentiente patre, si uxor donans in potestate sit, l. 3, cod. h. t.

Quasi testamento confirmatae valent, undè falcidia ibi potest locum habere, l. 32, paragr. 1, h. t.

Si modò insinuatæ sint, l. 25, cod. h. t. vide 1968.

Nec divortium factum sit, l. 62, h. t. nisi restau-rato matrimonio, l. 32, paragr. 11, h. t.

Insinuatæ, ad tempus reducuntur quo interpositæ fuerunt. l. 40, de mort. caus. don. l. 20, cod. h. t.

1291. Non valent si donator semel PÆNITUIT, l. 32, paragr. 4, h. t. modò evidenter appareat. *ibid.*
Veluti si rem donatam alienaverit, l. 12, cod. h. t. vide 1632.

Non si pignori dederit. paragr. 13, instit. de legat. vide 1631.

Fas verò est eum qui donavit pœnitere. l. 32, §. 2, h. t.

1292. Concessa est donatio sepulturæ causâ, l. 5, §. 8 & 9, h. t.

Et ad oblationem, ut donum Deo detur, *ibid.* paragr. 12.

Et honoris adipiscendi causâ, l. 42, h. t.

Vel dignitatis, ll. 40, h. t. 21, cod. h. t.

Et quoties nihil de bonis erogatur, vel si erogatur locupletior non sit qui accepit, l. 5, §. 16, & l. 25, h. t.

Et inter Imperatorem & Augustam, l. 26, cod. h. t.

Et quod in usum datum est , licet deterius fiat , l. 53 , paragr. 1 ; h. t.

Et MUNUS , modò non immodicum , l. 31 , paragr. 8 , h. t.

Et si pro cognato suo , mulier acceptam à marito pecuniam erogaverit , l. 5 , paragr. 17 , h. t.

Item , potest maritus repudiare , ut res ad uxorem perveniat , l. 5 , §. 13 , & §. 14 , h. t.

Vel quartam non deducere ex fidei commisso , l. 5 , paragr. 15 , h. t.

Neque pauperior fit qui non acquirit , sed qui de patrimonio suo depositus , l. 5 , paragr. 13 , h. t.

Item , ædes incendio consumptas reficere , modò non ultrà , l. 14 , h. t.

Potest quoque dare in mensæ , vel annos singulos , proprii usus uxorii gratiâ . l. 11 , cod. h. t.

1293. Si maritus donandi animo dotein AUXIT , ut videatur accepisse quæ non accepit , nihil agit , l. 1 , eod. de don. ante nupt.

Donare verò potest sponsæ , modò nuptiæ fuerint secutæ , l. 4 , cod. eod. tit.

Et tradere , & posteà in dotem accipere , l. 1 , eod. tit.

Etiam si eodem die nuptiæ fuerint consecutæ . l. 27 , h. t.

1294. Quod non demonstratur undè mulier habeat , existimatur à viro ad eam pervenisse , l. 51 , h. t. l. 6 , cod. h. t.

Evitandæ turpis quæstus suspicionis gratiâ . d. l. 51.

Si quis igitur nummos uxori dederit , ejus non fiunt , l. 3 , paragr. 11 , h. t.

Nec si uxor viro , l. 14 , ad exhib.

USURÆ verò quas maritus vivens ab uxore non petiit , remissæ videntur sub titulo donationis , l. 54 , h. t. & valet talis donatio licet tacita nec insinuata.

Idem. Si FRUCTUS prædiorum dotalium uxorem percipere passus est . l. 8 , cod. h. t. nisi ex his locupletior facta est . ibid.

1295. In donationibus jure impeditis ut hic , si res adhuc stet vindicatur , si consumpta sit condicitur ,

quatenus locupletior est qui accepit, *ll. 5, in f. 33,*
paragr. 1, 39, h. t.

Tempore litis contestatae spectato, *l. 7, h. t.*

Res periculi ejus est qui dedit, quia sua manet, *l.*
28, h. t.

Et fidejussores liberantur, *l. 46, de fidejuss. vide*
2339.

FRUCTUS verò percipiendo uxor vel vir ex re do-
 natâ suos facit, *l. 45, de usur.*

Modò suis operis, veluti ferendo. *ibid.*

1296. Donationes ANTE NUPTIAS restituuntur, si
 sponsus mori contigerit, vel sponsa, osculo non inter-
 veniente, *l. 16, cod. de don. ante nupt.* & quidem
 interveniente, *ex jure Gallico. Goth. ibi.*

Ille dat ut sponsus, qui dat in domo sponsæ, utque
 maritus qui dat in domo suâ. *l. 6, eod. tit.*

1297. Donationes ante nuptias, hodiè propter nuptias
 dictæ sunt, *l. 20, cod. de donat. ante nupt.*

Etiam post contractum matrimonium rectè contrahuntur. *ibid. modò solitam quantitatem non excedant.*

Item, licentia datur eas augere, si dos aucta sit,
l. 19, cvd. eod. t.

Et diminuere, si sit diminuta. *ibid.*

Modò secundæ nuptiæ non sint, ne aliquid adversus filios prioris matrimonii machinari videatur. *d. l. 19, in fine.*

Salvo jure, & hypothecâ creditorum. *Novel. 97,*
cap. 2.

1298. Indotata mulier nihil omnino viro mortuo per-
 cipiat, ex donatione *ante nuptiali. auth. sed quæ.*
cod. de paet. conv.

1299. Propter nuptias donationis proprietas servetur
 filiis. *Novel. 98, cap. 1, vide 2688, §. 26.*

Sive ad secundas, venerit nuptias, sive etiam nom.
ibid. vide 1248.

Usu lucrorum superstiti reservato, *ibid.*

TIT. II. *De divortiis, & repudiis.*

Cod. V, 24, 17. Novel. 117, cap. 7 & seq.

1301. DIVORTIUM à diversitate mentium dictum est, l. 2, h. t.

Vel quia in diversas partes eunt qui distrahunt matrimonium. ibid.

1302. REPUDIUM, id est, renuntiatio comprobata, l. 2, §. 1, h. t.

*Addenda est causis repudii de quibus, ll. 8, 11, §. 2, cod. de repud. impotentia coeundi ab initio matrimonii per duos annos, l. 10, cod. eod. t. hodiè per tres, auth. sed hodiè, cod. eod. tit. hæc causa est in usu, ceteræ non.**Ita tamen ut ante nuptias donatio, eidem marito servetur. d. l. 10, non autem apud nos.*TIT. III. *Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.*

Cod. V, 18, 19. Novel. 91.

1304. Constante matrimonio dos exigitur propter INOPIAM mariti, ex quo evidentissimè apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere, l. 24, h. t.

*Vel si dissipatus manifestus est, l. 22, paragr. 8, h. t.**Ita tamen ut mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi vivente marito, sed fructibus earum ad sustentationem tam fui quam mariti filiorumque abutatur. l. 29, cod de jure dot.*

1305. Non perdituræ uxori ob has causas dos reddi potest, ut sese suosq. alat, l. 73, paragr. 1, de jure dot.

*Ut fundum idoneum emat. d. §. 1, vide 1277, vel ut uberiorem redditu retineat, l. ult. eod. tit.**Ut relegato parenti præstet almonia. d. §. 1.**Ut necessaria persona redimeretur, l. 21, h. t.**Ut egentem virum, fratrem, sororemve sustineat.*

*d. §. 1, non observatur necessitate juris, nisi pro viro.
vide 812.*

Vel liberos ex alio viro, l. 20, h. t.

Idque & in filiâ familias. d. l. 20.

1306. SOLUTO matrimonio, dos reddi patri invitâ filiâ non potest, *ll. 28, de jure dot. 2, 7. cod. h. t.*

Nec liberatio accedit, nisi ratum filia habuisset, l. 34, paragr. 6, de solut.

Vel sciens non contradixisset, l. 2, in fine h. t.

Aut causas contradicendi non habuisset, l. 37, h. t.

Nam in causâ dotis particeps, & quasi socia obligationis patris filia est, l. 34, paragr. 6, de solut.

Nec obstat quod in patris potestate est, l. 2, §. 1, & l. 34, h. t.

Et dos à patre profecta sit. d. paragr. 1.

Nisi probatæ vitæ pater sit, & filia levis mulier, vel admodum juvenis, l. 22, §. 6, h. t.

Ideoque officio judicis consuletur, & filiæ, & patri. d. paragr. 6.

1307. Exigere dotem mulier debet, illic ubi maritus domicilium habuit, *l. 65, de judic.*

Rerum verò dotalium possessionem ingredi non potest, heredibus mariti non consentientibus, sine auctoritate competentis judicis, l. 9, cod. h. t.

1308. Tenetur PATER mariti filiifam. licet non jussu suo dos filio data sit, *l. 22, paragr. 12, h. t.*

Sed quatenus facere potest, l. 53, h. t.

Videtur enim ad eum pervenisse dotem, penes quem est peculiun. ibid.

Sin autem socero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, nisi patris heres extiterit. d. §. in fine.

1309. NOVISSIMI anni in quo matrimonium solvitur, fructus pro ratâ temporis portione, utriusque parti debent assignari, *l. un. §. 9, cod de rei uxori. l. 7, §. 1, h. t. intellige in rebus non æstimatis, vide 1276.*

Idem. De pensionibus prædiorum urbanorum. ibid. paragr. 11, vide 420.

Quod in fementem erogatur, si non responderint

L iiij

messes ex vendemā deducetur , quia totius anni unus
fructus est , l. 8 , in fine h. t.

Fructum enim toto tempore quo carantur , non
quo percipiuntur , accipere debemus . l. 7 , §. 9 , h. t.

1310. THESAURI pars dimidia mulieri restituitur ,
quasi in alieno inventi . d. l. 7 , §. 12 , vide 1995.

1311. Æstimatae res usu etiam mulieris , periculo ma-
riti deteriores efficiuntur , l. 51 , h. t. vide 1276.

1312. Nec maritus , nec uxor ultrà id quod facere po-
test condemnatur , l. 20 , de re judic. id est , deduc-
tione egeat , vide 1970.

Nec contrarium pactum valet , l. 14 , paragr. 1 , h. t.
nec contraria sententia , l. 17 , paragr. 2 , h. t.

Idem , servatur in SOCERO , l. 21 , de re judic. l.
15 , in f. h. t. vide 1904.

Secūs in extraneo qui dotem promisit , l. 84 , de
jure dot.

Et in herede mariti , l. 24 , in fine de re judic. l. 12 ,
h. t.

Quia tale beneficium personale est , l. 13 , h. t.

Attamen filio patris heredi prodest . l. 18 , h. t.

1313. Exactio dotis celebratur intrà ANNUM in re-
bus mobilibus , vel in corporalibus veluti nomini-
bus , l. 1 , §. 17 , vers. exactio , cod. de rei uxor. act.

Cæteris videlicet rebus quæ solo continentur , illico
restituendis . *ibid.*

Intrà annum verò mulier alenda est ex bonis mariti ,
cùm adhuc videatur durare matrimonium . *Glossa ibi*
in verbo restituendis .

1314. De revertione , vide 1269.



L I B E R X X V.

T I T. I. De impensis in res dotales factis.

1315. **N**ECESSARIAE impensæ dotem minuunt , ll.
1 , paragr. 2 , 7 , h. t.

Ipso jure , ll. 56 , paragr. 3 , de jure dot. 1 , paragr.
4 , de dote præl.

Nec contrarium pactum valet, l. 5, paragr. 2, de pact. dot.

Ita ut nisi reddantur, aut pars fundi, aut totus retineatur. d. l. 56, paragr. 3, quia definit esse dotalis. ibid. & l. 5, h. t.

Intellige minui non ad singula corpora, sed ad universitatem, l. 1, paragr. 4, de dote præleg.

Non enim ipso jure corporum, sed dotis fit diminutio, l. 5, h. t.

Etsi res posteà casu exusta est, l. 4, h. t.

Quod interpretandum de impensis quæ extrâ tutelam necessariam sunt, l. 15, h. t. vide 401.

Nam TUERI res dotales vir suo sumptu debet. d. l. 15.

Nec quævis modica cultura vel refectio dotem minuit. ibid.

1317. Impensæ NECESSARIÆ sunt quæ si forte non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, l. 79, de verb. signif.

Vel dos imminuitur, l. 14, h. t.

Tales sunt moles in mare vel flumen projectas, pistrinum vel horreum necessariò factum, utilis ædifici ruentis refectio, oliveti restauratio, l. 1, paragr. 3, h. t.

Et præstita ne damnum infectum committatur. d. paragr. 3.

Item, aggeres facere flumina avertere, ædificia vetera fulcire, vel reficere, l. 14, h. t.

Arbores in locum mortuorum reponere. ibid.

Vites propagare, arbores curare, seminaria pro utilitate agri facere, l. 3, h. t.

Quas omnes si omiserit maritus, quanti mulieris interfuit damnatur, l. 4, h. t.

Pro fructuum quærendorum vel conservandorum causâ impensis, nullam deductionem maritus habet, l. ult. h. t.

Nec si quæ in arando vel ferendo agro, l. 7, §. ult. solut. matr.

Vel in tutelam ædificiorum impensum est. ibid.

Quæ enim ad perpetuam utilitatem agri non perti-

nent, cum fructibus compensantur, l. 3, §. 1, h. t.

Porrò non tam impendere licet, ut deductis impensis minus percepisse videatur. l. 15, h. t.

1318. UTILES impensæ sunt quæ meliorem dotem faciunt, l. 79, §. 1, de verb. signif.

Non illæ quæ deteriorem esse non sinant. *ibid.* ~~ha~~ enim necessariæ sunt.

Item, ex quibus redditus mulieri acquiritur. *ibid.*

Ut arbusti pastinatio ultrà quam necesse est. *ibid.*

Si novelletum in fundo factum sit, l. 6, h. t.

Aut si in domo pistrinum & horreum aut tabernam adjecerit. d. l. 6, & d. paragr. 1.

Et pecora prædiis imponere, id est, stercorare, l. 14, paragr. 1, h. t.

Ex his datur mandati actio, si mulieris voluntas intercessit, si non intercessit negotiorum gestorum actio, l. un. paragr. 5, cod. de rei uxori. act.

Dotem verò non minuant ipso jure, licet habeant exactiōnem, l. 7, paragr. 1, h. t.

Earum autem nomine onerari mulierem ignorantem, vel invitam non oportet, ne cogatur fundo carere, l. 79, paragr. 1, de verb. signif. vide 1127.

Cum iniquum esset compelli mulierem rem vendere, ut impensas solveret, l. 8, h. t.

1319. VOLUPTARIAE sunt quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructus augent, ut sunt viridia, & aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. d. l. 79, §. 2, balinea, l. 14, §. 2, h. t.

Quas maritus ad voluptatem fecit, & quæ species exornant, l. 7, h. t.

Nisi in re PROMERCALI, tunc enim utiles sunt, l. 10, h. t.

Exactionem non pariunt, nec si voluntate mulieris factæ sunt, l. 11, h. t.

Modò patiatur mulier tollentem, si recipient separationem, l. 9, h. t.

Sine læsione prioris speciei, l. un. in f. cod de rei ux. act.

Ita verò si profuturum est ejus quod abstulit. l. 9, h. t. vide 372, 1127.

1320. Si dos soluta sit non habitâ ratione impensarum necessariarum, condicione locus erit, l. 5, §. 2, h. t.

TIT. II. De actione rerum amotarum.

Cod. V, 21.

1323. Introductum est rerum amotarum judicium, quia non placuit cum ea quæ uxor fuit, furti agere posse, l. 1, h. t.

Nec cum viro, l. 7, h. t.

Nec cum nuru, l. 6, h. t.

Nam in honorem matrimonii, turpis actio negatur, l. 2, h. t.

Quamvis veritate FURTUM sit, et si levius coeretur, l. 29, h. t.

Idcirco in solidum hæc actio datur, pendet enim ex furto, l. 21, in fine h. t.

Et furti tenebitur si contrectat post divertium. l. 3, h. t.

1324. Constante matrimonio neutri hæc actio datur, l. 2, cod. h. t.

Nec penalis, nec famosa, sed in factum datur. ibid. vide 2319.

Nec datur expilatæ hereditatis, l. 4, cod. de expil. her.

Verium si mulier mortis causâ res amoverit, deinde mortuus est maritus, consequi poterit heres quod amotum est, hereditatis petitione, vel actione ad exhibendum. l. 22, §. 1, & l. 6, §. 5, h. t.

1325. Non anno finitur, licet ex delicto naescatur, l. 21, paragr. 5, h. t.

Et heredibus & contra heredes competit, nam rei persecutionem continet, d. paragr. 5.

TIT. III. De agnoscendis, & alendis liberis vel parentibus.

Cod. V, 25.

1326. PATER is est quem nuptiæ demonstrant, l. 5, de in jus voc. vide 53.

Nec licet ei filium non agnoscere , quasi non suum,
l. 6 , de his qui sui vel al.

FILIUS tamen non est qui nascitur absente mari-
to ; vel si infirmitate , valetudine , vel aliâ causâ
generari non possit. d. l. 6.

Nec ante 7 mensem natus ex die nuptiarum , l.
12 , de statu hom. nec post 10 menses , ex morte ma-
riti. l. ult. cod. de posth. vide 50.

1327. Grande præjudicium affert pro filio confessio pa-
tris l. 1 , §. 12 , h. t.

Veritati verò non præjudicat , l. 5 , cod. de testam.
Etiam matris professio filiorum recipitur , & avi ,
l. 16 , de probat.

Attamen non obest professio à matre irata facta. l.
29 , in f. eod. t. nec à patre irato.

1328. PARTUM necare videtur , & qui abjicit , ali-
monia denegat , vel exponit , l. 4 , h. t.

ALENDI quippè sunt liberi , etiam emancipati , l.
5 , §. 1 , h. t. & vice inutuā parentes etiam ab eman-
cipatis. d. paragr. 1.

Cæteraque onera præstanta , l. 5 , §. 12 , h. t.

Ex æquitate & officio judicis , ibid. §. 2.

Pro modo facultatum. ibid. paragr. 7.

Quod observatur & in MATRE locuplete. Nov. 117.
cap. 7 , præsertim erga vulgo quæsistos. l. 5 , §. 4 , h. t.
& vice versâ. ibid.

1329. Quod filia parit , non avo materno , sed patri
suo oneri est , l. 8 , h. t.

Nisi pater aut non sit superstes , aut egens sit. ibid.

1330. Quod de ALENDIS liberis definitur , in omni-
bus ascendentibus & descendantibus utriusque natu-
ræ valet. Novel. 117 , cap. 7 , in f.

Et in vulgo quæsistis erga matrem , l. 5 , §. 4 , h. t.

Iniquissimum enim est patrem egere , cum filius sit
in facultatibus. ibid. §. 13 , vide 1429 , 1903.

Fallit in herede filii , nisi in summam egestatem
pater ductus est. ibid. §. 17 , & non sint alii filii qui
eum alere possint. Goth. ibi.

1331. Æs alienum patris , filius non cogitur exsolve-
re , l. 5 , paragr. 16 , h. t.

Verum si inclusum patrem fidejussione non liberabit, justam exhereditationis causam præbet. Novel. 115, cap. 3, paragr. 8, vide 340.

Secus in filia. ibid.

1332. MATER repetit à patre alimenta in filiis necessariò erogata, *l. 5., paragr. 14, h. t.*

Præterquam ea quæ materno affectu erogatura esset, etiam si à patre educerentur. ibid. vide 1431.

1333. Publicè interest PARTUS non subjici, ut ordinum dignitas familiariumque salva sit. *l. 1, §. 13, de insp. ventr. vide 1893, 2688, paragr. 30.*

1334. SUPPOSITI partus causa capitalis est, *l. 1, cod. ad l. corn. de fals.*

Idcirco ad tempus pùbertatis non differtur, nec verissimum est matrem non ex fide causam suam defensuram. ibid. vide 1898.

Nec temporis præscripione depellitur. l. 19, §. 1, de l. corn. de fals. nisi vicenaria. Goth. ibi.

1335. De partu supposito soli accusant parentes, aut hi ad quos ea res pertinet, non quilibet de populo. *l. 30, §. 1, eod. t. hodie pars publica prosequitur coniunctim vel sola ut in cæteris criminibus.*

1336. Qui ventri substitutus est vel institutus, si ventrem fervare volet audiendus est, *l. 3, de insp. ventr. de formâ servandi. vide l. 1, §. 10, eod. tit. ubi fusè.*

1337. Si mulier se putet prægnantem intra dies 30 post divorcium, denuntiare debet marito, vel parenti in cuius potestate est, *l. 1, §. 1 h. t.*

Aut domum denuntiare, si nullius eorum copiam habeat. ibid.

Id est, hospitium, vel illic ubi larem matrimonio collocarent. ibid. paragr. 2.

Mariti est aut mittere custodes, aut ei denuntiare quod non sit à se prægnans, l. 1, paragr. 3, h. t.

Mortuo marito, his ad quos ea res pertinebit denuntiandum est, l. 1, §. 10, de insp. vide 340.

T I T . I V . *De inspicioendo ventre custodiendoque partu.*

1339. *Vide tit. præced. in fine.*



L I B E R X X V I .

T I T . I . *De tutelis.*

1340. **TUTELA** est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem suam sponte se defendere nequit, jure civili data ac permissa , l. 1, h. t.

Plerumque virile officium est , l. 16 , h. t. & munus masculorum , l. ult. h. t.

Proindè FEMINÆ tutores dari non possunt. *ibid.* Matri tamen & aviæ tutelam subire permittitur, si Velleiani auxilio renuntiaverint. *auth. matri & aviæ cod. qu. mul. tut. vide 2688 , paragr. 35 , 823.*

Solis testamentariis tutoribus eas præcedentibus. *d. auth.*

1341. **TUTORES** quasi tuitores , l. 1 , §. 1 , h. t. Personæ non rei vel causæ dantur , l. 14 , de test. tut.

Etiam moribus pupilli præponuntur , l. 12 , §. 3 , de adm. & peric.

CURATORES verò rebus , l. 8 , cod. de nupt.

Nullus ad tutelam vocatur , antequām 25 suæ ætatis annum impleat. l. ult. cod. de leg. tutor.

1342. **PUPILLUS** est qui cùm impubes est desit in patris potestate esse. l. 239 , de verb. signif. Quando pubertas ? *Vide 1435.*

1343. Privilegium papilli heredi ejus non datur, non enim causæ sed personæ succurritur. l. 42 , de adm. & peric.

T I T. II. De testamentariâ tutelâ.

1344. Liberis tutores TESTAMENTO dantur, l. 1,
h. t.

Sive fœminini, sive masculini sexûs. *ibid.*

Et posthumis, & nepotibus, l. 1, §. 1, h. t.

Quamvis exheredatis, l. 4, h. t.

Si modò in POTESSTATE sint, l. 1, h. t. l. 73, §.
1, de regul. jur.

Idcirco non à MATRE nisi instituto filio, l. 4, cod.
h. t. sed quocumque modo dederit, à Præside confir-
matur. *ibid.*

Naturali filio cui nihil relictum est, tutor frustrâ
datur à patre. l. 7, de conf. tut.

1345. Ad tempus & sub conditione dantur, l. 8, §. 1,
h. t.

Et in codicillis testamento confirmatis, l. 3, h. t. l.
3, de conf. tut. *Hodiè codicilli confirmatione non egent,*
imò sèpiùs testamento posteriores sunt.

1346. Certarum rerum vel causarum, testamento tu-
tor dari non potest, l. 12, h. t. nec deductis rebus.
ibid.

Et si sic datus fuerit, tota datio non valebit. l. 13,
h. t.

1347. Si PLURES dati sunt, ille præfertur qui satis-
factionem offert, l. 17, h. t.

Causâ cognitâ. d. l. §. 1, vide 1358.

Qui verò datus non est, non esset audiendus. l. 19;
h. t.

1348. Semper legitima tutela, testamentariæ cedit, l.
9, paragr. 1, de tut. & rat.

1349. CONFIRMATUR tutor à consulari potestate,
quem testator vel non potuit dare, vel non jure de-
dit, l. 1, §. 1, de conf. tut.

Veluti per epistolam, vel ex imperfecto testamento.
l. 2, cod. eod. t. l. 3, eod. t.

1350. Sine INQUISITIONE confirmantur qui à patre
dati sunt, quamvis minus jure dati, l. 4, de test.
tut. l. 1, paragr. 2, & l. 6, de conf. tut.

Eosque non esse cogendos SATISDARE certo certius est, l. 17, h. t. l. 3, de conf. tut. vide 1455.

Nisi si causa propter quam datus videbatur, in eo mutata sit, l. 4, h. t.

Si aliis sit qui dedit, inquirit personam qui præfest, si apta sit, l. 1, parag. 2, de conf. tut.

Furiosus quoque testamento datur, & tunc erit cum sapere cœperit, l. 10, paragr. 3, h. t. l. 11, de tutel.

T I T. IV. *De legitimis tutoribus.*

Cod. V, 30. Novel. 118, cap. 5.

1353. LEGITIMÆ tutelæ lege 12 Tab. agnatis de-
latæ sunt, & consanguineis, l. 1, h. t.

Hodiè & cognatis. Novel. 118, cap. 5.

Id est, his qui ad legitimam hereditatem admitti possunt, d. l. 1.

Ut qui sperarent hanc successionem, iidem tuerentur bona ne dilapidarentur. *ibid.*

Quapropter quò tutela redit, è hereditas pervenit, nisi si fœminæ heredes, l. 73, de regul. jur.

Si eodem gradu plures sint, omnes tutelam nanciscuntur, l. 9, h. t.

Hodiè unus ex propinquis tutor efficitur à magistratu sive judice causâ cognitâ, convocatis & consultis tam paternis quam maternis propinquioribus.

Hunc cogi satisdare certum est. l. 5, paragr. 1, h. t. vide 1454.

Ex usu nostro tot sunt fidejussores quot sunt nominatores & consultores.

1355. PATER impuberis emancipati legitimus tutor est. l. 3, in fine h. t. nec eget confirmatione.

T I T. V. *De tutoribus, & curatoribus datis.*

Cod. V, 34.

1357. Dari TUTOR omni die poterit. l. 8, c. 2, h. t. à Magistratibus municipalibus. l. 5, cod. de magistr. cony. vide 1465, ex usu nostro à judice.

1358. Tutorum MORES præcipue investigandi sunt , l. 21 , paragr. 5 , h. t. vide 1404.

Nec omnino qui satisdat præferendus est , l. 17 , §. 1 , de test. tut.

Nec creantur qui seipso volunt ingerere , ut creentur , l. 21 , paragr. ult. h. t.

Nec si à parentibus prohibiti. d. l. paragr. 2.

1359. Etiam FILIUSFAM. rectè tutor datur , l. 7 , de tutel. vide 56.

Si pater noluerit pro eo cavere , ipsum patrem creari jusserunt leges. l. 15 , paragr. 17.

1360. Ex VICINIS civitatibus dari potest tutor à magistratu , l. 24 , h. t.

Si defint idonei in civitate. ibid.

Modò intrà fines jurisdictionis , l. 5 , cod. qui dare tut. vide 1371 , 1411.

Indistinctè verò si testator elegerit. l. 32 , de test. tut. salvâ excusatione , vide 1412.

1361. CURATOR datur pupillo si cùm tutore litem agat , l. 3 , paragr. 2 , de tutel.

Etiam invito. ibid.

Sed præsens tantùm & acceptans , nam excusare se potest curator in litem ab eo munere. Goth. in d. paragr. 2 , nec causam excusationis tenetur afferre.

1362. Curator datur pupillo propter aduersam valetudinem tutoris , l. 13 , de tutel. tutoris periculo. ibid. paragr. 1.

Et propter absentiam reip. causâ , l. 15 , h. t.

Vel si pater in hostium potestate est. l. 6 , paragr. ult. de tutel.

1363. Qui tutelam administravit , eidem adolescenti curator dari potest. , l. 13 , inf. de tut. & rat.

Non verò invitus l. 20 , cod. de excus.

1364. Curatorem habenti alius dari potest , l. 20 , inf. h. t.

Non idem tutorem habenti , nisi causâ cognitâ , l. 4 , cod. in qu. caus. tut. l. 10 , cod. qui dare tut. in quâ Cujac. legit tutorem habenti XVII , obs. 6.

1365. Uxori MARITUS curator dari non potest , l. 2 , cod. qui dare tut.

Si mente capta sit , l. 14 , de curat. fur.

Intellige excusare se posse, licet se immisceat, paragr. penult. inst. de excusar.

De socero curatore, vide 1424, de filio, 1478.

1366. Luminibus captus curatorem non indiget. l. 3 , cod. qui dare tut.

1367. Possunt & plures in plurium locum , vel unus in plurium , vel unus unius loco , vel in unam litem , vel in plures curator peti , l. 4 , §. 1 , de tutel.

Quolibet loco & tempore , l. 3 , paragr. 3 , eod. tit.

Decreto Prætoris actor constitui periculo tutoris solet , si diffusa negotia sint , aut dignitas , vel ætas , vel valetudo tutoris id portulet. l. 24 , de adm. & peric.

1368. Valde sunt pauca in quibus curatores cum administratione , à tutoribus differant , l. 13 , de excusat.

De excusationibus , vide 1410 , de satisdatione , 1454.

TIT. VI. Qui petant tutores , vel curatores , & ubi petantur.

Cod. V. 31, 32.

1369. MATRIS sollicitudo est in petendis tutoribus , l. 1 , h. t.

Naturalibus etiam filiis , l. 11 , cod. h. t.

Alioquin à legitimâ filiorum hereditate expellitur , ll. 2 , paragr. 1 , & paragr. 2 , 4 , paragr. 3 , h. t.

Nisi in minori ætate constituta , l. 2 , cod. si adv. delict.

Eis quoquè qui ad successionem vocantur pupilli , si tutorem non petierint intrâ annum , successio denegatur , l. 10 , cod. de legit. hered.

Sive ab intestato , sive substitutionis jure. d. l. 10.

Cessat prohibitio si mater eidem succedat puberi facto , l. 3 , cod. ad. S. C. tertyll.

Item , petere possunt tutores , & cognati , & affines , & amici parentum , l. 2 , h. t.

Non verò si penitus EGENI pupilli sint. l. 2 , §. 26 , ad S. C. tertyll.

1370. CURATORES autem minores sibi ipsis petent , l. 2 , paragr. 4 , h. t.

Nec alium eis petere decet. *ibid. paragr. 5.*

Nec invito minore, *paragr. 3, instit. de curat.*

Præterquam ad litem exercendam. d. paragr. & l. 7, paragr. 2, de min. l. 1, cod. h.t.

Cum sine curatore litem exercere non potest. *l. 11, cod. qui dare tut.*

1371. TUTOR dari non potest ab eo cuius jurisdictioni subjectus non est. *l. 5, cod. qui dare tut. vide 1360, quod non observatur apud nos si magis idoneus sit, & eum propinquai convocati elegerint, salvâ ipsius excusatione.*

TIT. VII. *De administratione, & periculo tutorum, & curatorum, &c.*

Cod. V, 37, 38.

1374. Si INVENTARIUM non fecit tutor dolo fecisse videtur, nisi necessaria & justissima causa allegari possit, *l. 7, h. t.*

Vel si testator specialiter inventarium conscribi venterit, *l. ult. cod. arbitr. tut.*

Inventarium sit sub præfentia publicarum personarum, *l. 24, cod. h. t.*

Nec anteà tutorem oportet gerere, nisi id quod dilationem nec modicam expectare poslit, *l. 7, h. t.*

Et adversus eum JUREJURANDO in litem astitiatur quod pupilli interest. *ibid.*

Et infamia notatur qui non fecit, *l. ult. in f. cod. arb. tut.*

Idem, si inventarium cæteraque instrumenta non proferat, *l. 4, cod. de in litem jur.*

Idque adversus heredes si omnino non fecerit, *l. ult. eod. tit.*

Aut si repertum dolo malo heres non exhibeat, *l. 4, eod. t.*

Vel si lis cum defuncto tute fuit contestata. *d. l. 4.*

1375. Tutoris præcipuum est OFFICIUM ne indefensum pupillum relinquat, *l. 30, h. t.*

Nec pupillus videtur defendi, nisi factum sit quod quivis paterf. idoneus fecisset, *l. 10, h. t.*

Idcirco tutor tenetur, si levi culpâ minor aliquid amiserit, vel non acquisierit, l. 7, cod. arbitr. tut.

Si adversus sententiam contra bonam causam latam non appellaverit, l. 11, cod. h. t.

Sive post appellationem cessaverit. ibid.

1376. Bonam fidem in administratione præstant etiam tutores ANECLOGISTI, l. 5, paragr. 7, h. t.

Hi sunt quibus quæstionem fieri vetuit testator, sive rationem ab eis exigi. Goth. ibid. ex ll. 9, 20, de liber. leg.

Vetus à testatore rationes reddere, non hoc consequitur ut ne quod apud eum sit reddit & lucri faciat, sed ne scrupulosa inquisitio fiat, l. 119, de legat. I, vide 1768.

Hoc est ut negligentiae ratio non habeatur, sed tantum habeatur fraudium, d. l. 119.

Culpa enim remitti potest à testatore, l. 41, h. t.

Item, ille à quo rationes exigere vetuit testator, reliquias nihilominus præstat, nisi expressè actionem legato remiserit l. 9, de liber. leg.

1377. Qui sciens CESSAT, suo periculo cessat, l. 1, paragr. 1, h. t.

Ex quo scit se tutorem esse datum. ibid.

Quamvis citrā testationem, l. 5, in fine h. t.

Sive nullam excusationem allegaverit. d. paragr. I.

Sive talem quæ recepta non sit, ll. 20, 39, paragr. 6, h. t.

Debuit enim confessim officio suo fungi, l. 7, paragr. 1, h. t.

Id est, ubi primū potuit, l. 2, paragr. 43, ad S. C. tertyll.

Non quidem præcipiti festinatione. d. paragr. 1.

Praindè si cessaverit in distractione rerum quæ deperirent, siuum periculum facit. ibid. vide 1470.

Etiamsi cavisset pater ne distraherentur res periculo subiectæ, l. 5, §. 9, h. t. insanis enim esset talis prohibitio si justa causa non appareat.

Item, gerere atque administrare tutelam extra ordinem tutor cogi solet, l. 1, h. t.

Non verò auctoritatem præstare, l. 17, de auct. & cons. vide 1395.

Et in his quæ non fecit rationem reddet. *l. 1, de tut. & rat.*

1378. Tutor præstat quantam in rebus suis DILIGENTIAM, *l. 1, de tut. & rat.*

Non verò si eventum adversum habuit quod diligenter gestum est, *l. 3, paragr. 7, de contr. tut.*

Non tenetur de pecuniâ argentario celeberrimo collocatâ, si reddere non possit, *l. 50, h. t.*

Nec de IGNE, nisi culpâ seu feginie, *l. 3, cod. de peric. tut.*

Nec de incursu LATRONUM. *l. 50, h. t.*

1379. Debet tutor servare pactum quod fecit cum creditoribus pupilli, si ipse creditor est. *l. 44, de pac̄t. l. 59, h. t. vide 1393.*

1380. Quamvis pupilli pater CONSILIO matris geri mandavit, & eo nomine tutores liberavit, non idcirco minus officium tutoris integrum erit. *l. 5, §. 8, h. t. vide 1376.*

1381. Tutor debita pupillaria seu deposita reposcens, ad satisfactionem non compellitur, *l. 13, cod. h. t.*

Nisi dubitetur an tutor sit, *l. 23, h. t.*

Rectè liberantur ab eo pupilli debitores, *l. 46, §. ult. h. t. vide 2269*, si iudex solvere permiserit, *l. 25, cod. h. t.*

Vel sine judicis decreto, si ex REDDITIBUS, pensionibus, & similibus causis debeatur. *ibid.*

Idem, de curatoribus. *ibid.*

Item, rectè vel uni solvitur, *l. 14, paragr. 5, desolut. vide 2269.*

Non tamen si minus ei solverint, *l. 46, §. ult. h. t.*

Cùm nec donare, nec remittere possit. *ibid. l. 22, h. t.*

Nec TRANSIGERE diminuendi causâ. *l. 46, in f. h. t.* quamvis generaliter possit. *ll. 54, inf. 56, §. 4, defurt.*

1382. SUMPTUS in pupillum necessariò & ex iustis, honestisque causis, etiam sine decreto probantur, *l. 3, cod. h. t.*

Veluti mercedes præceptoribus, pro facultate & dignitate, *l. 12, paragr. 3, h. t.*

Quod enim bonâ fide erogatur , potius iustitiâ quam auctoritate firmatur , l. 3 , cod. h. t. vide 1442.

Et quae ab eo bonâ fide gesta sunt , recta habentur , l. 12 , paragr. 1 , h. t.

Idcirkò solemnia MUNERA parentibus cognatisque mittere potest , l. 12 , paragr. 3 , h. t. intellige notali cujusque die. Goth. ibi.

Non verò nuptialia , l. 13 , paragr. 2 , h. t. l. 1 , §. 5 , de tut. & rat. erant ergò illa modica , ista majora , vel dic quia similia ipse suā die recipiebat.

Idem , si MATREM pupilli aluit , modò mater egena sit , & filius in facultatibus positus. l. 1 , paragr. 4 , de tut. & rat. distr. vide 1429.

1383. USURÆ à tutoribus exiguntur , si intrà 6 primos menses pecuniam pupillarem non collocaverint , l. 15 , h. t.

In primo scilicet anno , in cæteris verò intrà 2 menses. Goth. ibi. ex l. 7 , paragr. 11 , h. t. vide Novel. 72 , cap. 6 , in f.

Nisi si in emptionem possessionum convertere eam non potuit , l. 3 , cod. de usur. pupill. l. 12 , paragr. 4 , h. t.

Hodiè de usuris non tenetur tutor , si pecuniam reservaverit. Novel. 72 , cap. 6 , quod ei licet , si aliundè sint reditus sufficiētes. ibid. cap. 7 , auth. novissimè. cod. h. t. modò auctore Prætore , & nominum periculi causâ.

Ed quod si pecunias pupillares crediderit , illarum periculum ad eum pertinet. d. cap. 6.

Si suo nomine fñeneravit , usuras percipit , nisi suscipiat pupillus cæterorum nominum periculum , l. 7 , paragr. 6 , h. t. vide 359 , 894.

Idcirkò nomina à tutore facta , aut in totum agnoscere debet pupillus , aut à toto recedere , l. 16 , h. t.

Porrò pecuniæ quas in usus suos convertit usuras præstat , l. 1 , cod. de usur. pup. atqui convertisse præsumitur , si non obtinuit à judice , ut eam servaret , vel deponeret.

Namquæ si prædia comparare neglexerit , usuras debet. l. 7 , paragr. 3 , h. t.

1384. Usuræ pupillares SORTIS vice funguntur , l. 58,
paragr. 1, h. t.

Earumque usuras præstat tutor , si eas in usus suos
convertit. d. paragr. 1.

Sanè enim parvi refert , utrum forte an usuras
converterit , l. 7 , paragr. 12 , h. t.

Nisi ipse debitor patris fuit , hic enim eas usuras
præstabat quas patri promiserat , l. 7 , paragr. 5 , h. t.

1385. Usuras debet tutor usque in diem quo tutelam
restituit , l. 7 , §. 15 , h. t. l. 1 , §. 3 , de usur.

Eius pecunia , quæ ex causâ tutelæ debetur , l. 2 ,
cod. de usur. pup.

Si pupillus judicium tutelæ experiri noluerit , & tu-
tor pecuniam obtulerit , eamque obsignatam DE-
POSUERIT , cessabunt usuræ , l. 1 , paragr. 3 , de
usur. l. 28 , paragr. 1 , h. t.

Modò solemniter , id est auctore Prætore , depositus , l.
7 , de usur. vide 1156 , 2273.

1386. PERICULUM administrationis non cessat do-
nec ad curatorem administrationem transtulerit , l. un.
cod. ut caus. post pub. vide 2688 , §. 27 , 1438 , in-
tellige donec rationes reddiderit , cum ad curatorem
administratio non transferatur apud nos.

Pro officio administrationis tutoris , vel curatoris
bona pignerantur. l. 20 , cod. h. t.

1387. Tenetur PATER tutoris , si filii tutelam agno-
vit , id est , si consensit , l. 7 , de tutel. & in solidum.
ibid.

Modò expressè l. 21 , h. t. non verò si solummodo
filium monuit. d. l. 7.

Vel si sciente eo , & consentiente. d. l. 21.

Non si liberatus patriâ potestate , dolo aliquid fe-
cerit. l. 6 , de tut. & rat.

1388. Si probatum est NOMEN debitoris à novissi-
mo curatore , frustrâ tutor de eo convenitur , l. 19 ,
de tut. & rat. , l. 44 , h. t.

Nec si post mortem pupilli , desinit esset nomen ide-
neum , l. 43 , h. t.

Item , tutor vel curator qui ante depositum offi-
cium cum FISCO contrahit , falsi poenâ subjicitur ,
l. 1 , §. 9 , d. l. corn. de fals. vide 2688 , §. 19.

1389. Certum SALARIUM tutori constitui potest, *l. 33, in f. h. t.*

Quamvis lucrum ex tutelâ facere non debeat. *l. 58, h. t.*

1390. Facilius unus tutor actiones exercet, & excipit, *l. 3, paragr. 6, h. t.*

Nec duo simul agere possunt, *l. 24, §. 1, h. t.* nisi auctore Prætore, *l. 3, paragr. 8, h. t.*

Quamvis simul plures dari possint, *l. 23, de tut. & curat. dat. vide 1353.*

Cum DIVISIO tutelæ non juris, sed jurisdictionis sit, *l. 36, h. t.*

Idcirco plerumque dividitur tutela regionibus, ita ut tutor urbica negotia, aliis peregrina administret, *l. 51, 3, in f. h. t. 2, cod. de divid. tut.*

Nec periculum administrationis in aliâ provinciâ porrigitur, *l. 2, cod. de peric. tut.*

CONTUTORES verò possunt eligere unum ex eis ut gerat *l. 3, paragr. 7, h. t.*

Si non consentiant, eligit Prætor. *ibid. parag. 8.*

Ille autem qui administravit primo loco conveniens est, ejusq; successores si solvendo sint, *l. 3, cod. de divid. tut.*

Inter eos qui sunt solvendo actio dividitur, proportionibus virilibus. *l. 1, §. 11 & §. 12, de tut. & rat.*

1391. HONORARII tutores quasi observatores sunt, & custodes, *l. 3, paragr. 2, h. t.*

Blandiuntur verò sibi qui putant eos omnino non teneri. *ibid.*

Ex eâ causâ tenentur, si suspectum tutorem non fecerunt. *ibid.*

Affiduè igitur & rationem à tute exiger eos oportet, & sollicitè curare, ut pecunia deponatur ad prædiorum comparationem. *ibid. vide 1383.*

Alioquin excussis priùs facultatibus ejus, conveniuntur. *ibid.*

1392. Non prohibentur tutores bonam fidem petentis agnosceri. *l. 9, paragr. 6, h. t. vide 1382.*

1393. Quod adversus alium præstare debuit pupillo

fuo, id adversus se quoque præstare debet, l. 9, §. 3, h. t. vide 1379.

Fortassis & plus, cum adversus se exigere sine actione potuit. *ibid.*

1394. AUCTORITAS tutoris non conditionaliter, sed pure interponenda est. *l. 8, de auct. & cons.*

1395. Auctoritatem præstare tutorem Prætor cogere non debet, *l. 17, eod. t.*

Tutelæ enim judicio pupillus hanc jacturam consequitur. *ibid.*

Quamvis gerere cogi possit. *l. 1, h. t. vide 1377.*

1396. Sine tutoris auctoritate non obligatur pupillus, *l. 5, paragr. 1, de auct. & cons.*

Licet emptor ei obligatus sit, *l. 13, paragr. 9, de auct. empti.*

Nisi in quantum locupletior. *d. paragr. 1.*

An NATURALI obligationi obstrictus sit? Affirmant, *l. 21, ad l. falcid. & l. 1, in fine, de novat. negant l. 41, de condic. ind. & l. 59, de obligat. quod magis placet, nisi parum à pubertate distet, ut putat 6 mensibus vel minùs.*

Acquirere verò potest, *l. 9, de auct. & cons.*

Præterquam hereditatem quamvis lucrosam. *ibid. paragr. 3, vide 1589.*

1397. Regula juris civilis est, in rem suam auctorèm tutorem fieri non posse, *l. 1, de auct. & cons.*

Idcirco curator pupillo datur, si cum eo tutor item agat, *l. 3, paragr. 2, de tutel. vide 1361.*

Jura verò propria immitilata reservat, qui auctoritatem & consensum præstat, *l. 26, in f. cod. h. t. vide 163, cur ita? Vide 279.*

Unde & proprias actiones contra pupillum exercere potest, prius ei procuratore dato, & curatore in item constituto, judicialiter. *l. ult. cod. de in lit. dando.*

1398. Valet auctoritas tutoris, cum se PROBARE dicit quod agitur, *l. 3, de auct. & cons.*

Hoc est enim auctorem fieri. *ibid.*

1399. Nulla differentia est non interveniat auctoritas

tutoris, an perperam adhibeatur. l. 2, de au^t. & cons.

1400. DOLUS tutoris, puerō neque nocere, neque prodesse debet, l. 3, qu. ex fact. tut.

Factum verò nocet ut in casu, l. 2, cod. de his qu. ut ind. vide 1804.

Sive tutor solvendo est, sive non est, l. 158, de regul. jur.

Nocet verb^s si ex ipsius fraude LOCUPLETIOR pu-
pillus factus est, l. 3, qu. ex fac. tut. l. 15, de dolo,
vide 2075, 2169, 2674.

Item nocet si qui à tutore emerat, usucaptionis ex-
ceptione tutus est, l. 4, paragr. 24, in f. de doli
mali & met.

Quod in eo qui emit à protutore non procedit. ibid.
vide 2169.

Hodiè verò nec in eo qui emit à tutore. auth. malæ
fidei. cod. de præsc. long. temp.

1401. Ille qui PATRUUS & curator dotem supra vi-
res patrimonii promisit, per exceptionem relevatur,
l. 43, paragr. 1, h. t.

Nisi donandi animo, vel sciens promisit. ibid.

T I T. X. *De suspectis tutoribus & curato- ribus.*

Cod. V, 43.

1404. SUSPECTUS dicitur ex moribus, l. 8, h. t. l.
5, cod. h. t. vide 1358.

Idcirco suspectus is quoque fieri potest qui satis-
dederit, l. 5, h. t.

Quia SATISDATIO propositum tutoris malevolum
non mutat, sed diutiū grassandi in re familiari fa-
cultatem præstat, l. 6, h. t. de satisfactione præstanda,
vide 1454.

Nec PAUPER removendus est, si fidelis sit & dili-
gens. l. 8, h. t.

1405. Ob DOLUM in tutelā admissum, suspectum
licet postalare, l. 3, paragr. 5, h. t.

Et ob latam negligentiam, l. 7, paragr. 1, h. t.

Item

Item, si sordidè, vel perniciosè egit. d. §. 5, vel aliquid intercepit. *ibid.*

Vel si inconsideranter pupillum abstinuit hereditatem, l. 3, paragr. 17, h. t.

Vel si per fraudem sine decreto distraxerit res veritas. *ibid. paragr. 13.*

1406. Removetur qui inimicus pupillo, parentibusve ejus est, l. 3, paragr. 12, h. t. *vide 1422.*

Qui ad alimenta pupillo præstanda, copiam suū non facit. *ibid. paragr. 14, l. 7, paragr. 2, h. t.*

Vel si absens, nisi ex necessitate improvisā & idoneus sit, l. 6, *ubipup. educ.*

Vel si repertorium non fecerit, l. 3, paragr. 16, h. t.

Et generaliter si qua justa causa Prætorem moverit. *ibid. paragr. 12.*

1407. Omnis generis tutores suspecti fieri possunt, l. 1, paragr. 5, l. 3, paragr. 2 & paragr. 3, h. t.

Pendente causâ omnes abstinere debent, & alias in administratione ordinandus. l. 7, cod. h. t.

1408. Ad accusationem suspecti, mulieres admittuntur ut putâ mater, & avia, & nutrix, & soror, l. 1, paragr. 7, h. t.

Et extranei, & affines, l. 6, cod. h. t.

Interdùm quoque, & sine accusatione removentur. l. 3, §. 4, h. t. si Prætori liqueat apertissimè suspectum esse. *ibid. parte publicâ apud nos interveniente.*

1409. Remotus ex dolo INFAMIS fit, l. ult. cod. h. t.
Et interdùm graviorē animadversione punitur, l. 1, paragr. 7, de off. præf. urb.

Si ob segnitiem vel rusticitatem, integrâ existimatione abest, l. 3, paragr. ult. h. t.

Vel ob negligentiam. l. ult. cod. h. t.



LIBER XXVII.

TIT. I. *De excusationibus.*

Cod. V , 62 & sequ. Nov. 72 , cap. 1

1410. **Q**ui non JUSTE datus est tutor , non habet excusationis necessitatem , l. 13 , paragr. 12 , h. t.

Id est , à quibus , aut quos , aut quibus , aut quo loco non oportet. *ibid.*

Si igitur administrationi se non immissuit , potest esse securus. *ibid.*

Qui jam administravit non excusat , nec periculum administrationis evitare potest , l. 2 , cod. si tut. vel curat fals. l. 17 , §. 1 , h. t.

2411. Intra 50 dies si intra 100 lapidem sit , debet ad judicium accedere , l. 13 , paragr. 1 , h. t.

Continuos. *ibid.* §. 9 , ex quo cognovit se ipsum datum esse. d. paragr. 9.

Intra autem 4 menses ex die nominationis continuos , negotium peragendum est , l. 38 , h. t.

Ei qui suppositus JURISDICTIONI non est , excusationis tempus non nocet , quia neque civis neque incola est , l. 13 , in f. h. t.

Nec ei qui ex necessitate non potuit venire. l. 13 , paragr. 7 , h. t.

1412. Genus excusationis est , si quis se dicit DOMICILIUM ibi non habere ubi ad tutelam datus est , l. ult. paragr. ult. h. t. vide 1360.

Item , ut ab administratione rerum quæ in alia provinciâ sunt liberetur , l. 10 , paragr. 4 , h. t.

Si ultrà 100 lapidem , l. 21 , paragr. 2 , h. t.

Exulatus ad tempus non excusat , sed per tempus exilii curator datur l. 28 , paragr. 2 , h. t.

1413. Excusat à tutelâ & cutatoriâ SUSCIPIENDA qui 70 ANNOS complevit , l. 2 , h. t. l. un. cod. qui ætate , vide 2593.

Et adversâ valetudine suis rebus superesse non pos-
fit, l. 10, §. ult. h. t. non tantum ne incipiat, sed
& à cœptâ, excusari debet, l. 11, h. t.

Sanatus autem hic rursus recipiet tutelam, l. 10,
paragr. 8, h. t.

Idem, si cæcus, surdus, mutus, vel furiosus sit,
l. un. cod. qui morbo.

Aut perpetuâ valetudine tentus. *ibid.* l. 40, h. t.

FUROR tamen superveniens, non in totum excu-
sat, sed curator interim datur, l. 12, h. t.

Minus autem audiens tutor esse potest, l. ult. de legit.
tut.

Et CÆCUS auctor fieri potest si voluerit. l. 16, de
auct. & conf.

¶414. PAUPERTAS dat excusationem, si quis im-
parem se oneri probet, l. 7, & l. 40, paragr. 1, h. t.

Et interdum RUSTICITAS, l. 6, in fine h. t.

Idem, hodiè de eo qui litteras nescit. paragr. 8,
instit. h. t. quod olim non obtinuit, l. 6, in f. h. t.

¶415. Romæ 3 LIBERORUM incolumium multitu-
do excusat, in Italiâ 4, in provinciis 5, l. 1, cod.
qui num. lib. vide 2595, & quinque apud nos. De-
functi verò liberi non profunt, l. 18, h. t.

Nisi in acie amissi. *ibid.* in perpetuum enim per
gloriam vivere intelliguntur. paragr. 1, inf. instit. h. t.

Non prodest qui in ventre est, l. 2, paragr. 6, h. t.
qui enim nasci speratur, aliis non prodest, nisi natus,
l. 231, de verb. signif. vide 1893, 50, quid de mons-
tris? vide 51.

NEPOTES ex filiis masculis in locum prædefuncti
filii profunt; ex filiâ non profunt. §. 1, instit. h. t.

Sed pro uno tantum filio numerantur. l. 2, paragr.
7, h. t.

¶416. Qui TRES tutelas vel curatorias cum adminis-
tratione habet, excusatur, l. 2, parag. ult. h. t. l. un.
cod. qui num. tut.

Sed ætas pupillorum consideranda est, si ultrâ fe-
mestre tempus supersit, l. 17, h. t.

Et divisa sint patrimonia, l. 3, h. t.

Non enim numerus pupillorum, sed difficultas rationum reddendorum consideranda est, l. 31, in fine h. t.

Si pater in tribus fuerit muneribus, filius ejus non vexabitur, & è contrariò, l. 4, parag. 1, h. t.

Tria enim onera in domo unā esse sufficit, l. 5, h. t.

Et emancipati filii tutela numeratur, l. 15, paragr. 16, h. t.

Nec honoraria tutela, nec FIDEJUSSIO numeratur. *ibid.* paragr. 9.

1417. Excusatur quoque à suspiciendā, qui tam diffusam tutelam habet, ut pro pluribus cedat, l. 31, paragr. 4, h. t.

Et qui res FISCI administrat. paragr. 1, *instit.* h. t.

1418. Si frater privilegium habeat, fratris curationem suscipere non cogitur. l. 30, paragr. 2, h. t.

1419. Qui dixerit seipsum ignotum esse patri vel matri pupilli, non propter hoc excusatur, l. 15, §. 14, h. t. intellige de eo qui à testamento aliud accepit: qui verò nihil accepit, voluntas defuncti non adstringitur.

Nulli DIGNITAS tribuit excusationem, l. 15, §. 2, h. t.

Nec liberatur, qui majoris vel inferioris ordinis est quam pupillus, l. 15, paragr. 3 & paragr. 4, h. t.

Episcopi, præsbiteri, diaconi, subdiaconi, monachi ipso jure immunitatem tutelæ habent, l. 52, cod. de Episc. & cler.

Permittitur tamen præsbyteris, diaconibus & subdiaconibus, cognatorum tutelam aut curam suscipere. *Novel.* 123, cap. 5.

Remissionem habent MILITES qui honestè compleverunt militiæ tempus, l. 8, h. t.

Qui autem 20 annum militiæ excescit, similis esse creditur ei qui complevit tempus militiæ, l. 8, §. 2, h. t. *vide* 2565.

Militiæ occupatus tutor fieri non potest, et si voluerit, l. 4, cod. qui dare tut.

Item, excusantur grammatici, rhetores & medici, qui intra numerum sunt, l. 6, paragr. 1 & paragr. 2, h. t. vide 2598, & philosophi. ibid. §. 7.

Maxima quidem civitas supra 10 medicos immunitatem non præstat, & supra 5 grammaticos & Rethores, l. 6, parag. 2, h. t.

Remittuntur quoque à tutelâ, & curâ MAGISTRATUS civitatum, l. 6, paragr. 16, h. t.

Et in consilium principis assumpti, l. 30, h. t.

Nec senatores ultrâ 100 lapidem urbis, tutelam gerere coguntur. l. 21, paragr. 3, h. t.

1420. Non excusatur qui patri promisit se tutorem fore, l. 15, paragr. 1, h. t. l. 29, de test. tut.

Nec qui ex testamento patris legatum consequitus est, l. 5, paragr. 2, de his qu. ut ind.

Qui enim à tutelâ se excusavit etiam in partem, quod testamento datum est amittit, ll. 111, de legat. 1, 32, h. t. 5, paragr. 2, de his qu. ut ind.

Et quæ filiis ejus relicta sunt in honorem patris, l. 28, de testam. tut.

Et quæ remtinerandæ fidei causâ. ibid.

Legatum pupillo assignatur, cui ille utilis esset noluit, l. 25, cod. de legat. l. 5, §. 2, de his qu. ut ind.

Fallit si testatoris filius sit, tunc enim judicium patris ut filius, non ut tutor promeruit, l. 28, paragr. 1, h. t.

Vel si evidenter testator expresserit velle se dare, etiam si tutelam non administraret, ll. 32, in fine 33, h. t.

Vel si Prætor eum tutorem dedit & immunitate usus sit, l. 34, h. t.

Vel si à matre pupilli petitus sit, l. 5, paragr. 2, de his qu. ut ind.

Et quoties contrâ judicium defuncti nihil fecit, dd. ll.

Vel si administrare paratus sit, & Prætor non idoneum eum existimet, l. 76, paragr. 6, de legat. 2.

Qui se excusavit, à substitutione non summovetur, l. 36, h. t.

1422. Dat excusationem capitalis inimicitia cum patre pupilli, l. 6, paragr. 17, h. t. vide 1406.

Si reconciliatio non intervenit. §. 11, instit. h. t.

Item, quaestio de statu pupilli, l. 6, §. 18, h. t. non calumniā, sed bonā fide. *ibid.*

Et LIS cum pupillo, si de omnibus bonis, vel plurimā parte, l. 21, h. t.

Item, si adversus sororem suam, vel filios sororis, actionem necessitate tutelæ suscipiat, l. 23, cod. h. t. ne ad defensionēm pupilli inhibeatur affectu. *ibid.*

Si ipse debitor, aut creditor sit. *Novel. 72, cap. 1,* & sequ. quod fallit in matre, & aviā d. *Nov. cap. 2, 3 & 4, vide 2688, paragr. 35.*

1423. Multæ excusationes imperfectæ non juvant. l. 15, §. 11, h. t. l. un. cod. qui num. tut. vide 2596.

1424. Excusare se debet qui NURUI suæ curator datum est, l. 17, cod. h. t.

Ne labem pudoris contrahat. *ibid.*

Volontariæ tutelæ munera, privilegiis non derogant, l. 12, cod. h. t.

Qui habet immunitatem tutelæ, civilium munerum non excusat. l. 15, paragr. 12, h. t.

1425. ABSENTIA Reip. causā, excusat ad tempus, l. 1, cod. si tut. vel cur. reip.

Sed cūm reversi fuerint, statim recipient, l. 10, §. 2, eod. t.

Verum ab omni novā tutelā, anno vacare debent. l. 2, eod. tit.

TIT. II. Ubi pupillus educari vel morari
~~vid. cap. de locutione debeat.....~~
bonor. dog. 367 Cod. V, 49, 50.

1426. EDUCATIO liberorum, nulli magis quam MATRI committenda est, l. 1, cod. h. t.

Si non vitricum eis induxerit. *ibid. Novel. 22, cap. 38.*

1427. Ex persona, ex conditione, ex tempore constituit Prætor ubi potius aleandus pupillus sit, l. 1, §. 1, h. t.

Et ex affectione, l. 2, cod. h. t.

Causâ cognitâ, l. 5, h. t.

Et nonnumquām à voluntate patris recedit, l. 1, §. 1, h. t. si doctus sit non expedire pupillum eō morari ubi pater iussirerit, l. 7, verfic. nec tamen de ann. legat.

Vet si spes successionis, SUSPICIONEM inducat.
d. paragr. 1, l. 2, cod. h. t.

Voluntas verò testatoris neque omnimodò spennen-
da, neque omnimodò observanda est. d. l. 7, in fine.
1428. Interdūm ex justissimā causā apud MATRĒM,
quām apud patrem morari filius debet, l. 1, paragr.
3, de liber. exhib.

Et hoc judex aestimabit, l. un. cod. divort. fac.

Quamvis in patriā porestate. l. 3, §. 5, de lib. exhib.
1429 Jus ALIMENTORUM decernendorum pupillis,
Prætori competit, l. 3, h. t.

In alimentis veniunt erogata educationis, studio-
rumve causā, l. 2, cod. de alim. pup. præst. vide
1897, 1382.

Secūs in alimentis ex testamento legatis, l. 6, de
alim. legat. vide 1750.

Item, veniunt erogata ut MATRI, aut sorori quæ
aliter se tueri non possunt alimenta præstaret, l. 1,
paragr. 2, de tut. & rat. vide 1330, decreto interve-
niente. d. paragr. 2.

Modò mater egena sit & filius in facultatibus pos-
tus. ibid. paragr. 4.

*Tunc enim tenetur tutor, si tale officium prætermi-
ferit.* d. paragr. 2.

1430. Non debet erogare tutor respectu existimationis
pupilli, ultrà quod ex suis bonis honestissimè fuisset
erogatus, l. 12, paragr. 2, de adm. tut.

Arbitrio autem Prætoris plerumque alimenta con-
stituuntur, pro modò facultatum. l. 2, cod. de alim.
pup. præst. l. 3, h. t.

Ità ut semper aliquid ex reditu supersit, l. 3, pa-
ragr. 1, h. t.

Interdūm verò necesse est ut tutor arbitrio suo pu-
pillum alat, ne secreta patrimonii pandantur, l. 2,
cod. de alim. pupil.

Si alimenta pater statuit , ULTRA VIRES facultatum , imputatur tutori cur non adito Prætore desideravit minui , l. 2 , paragr. ult. h.t.

De SUO alere pupillum non compellitur. l. 3 , inf. h.t.

1431. Qui alimenta præstat PIETATIS respectu , non repetit. l. 27 , §. 1 , de negot. gest. l. 11 , cod. eod. vide 1332 , 611 , 1883 , 683 .

Fallit si erogata non sint animo donandi , quamvis de matre aut aviâ erga filium , dûm quasi ipsius negotia gerebat , l. 34 , de negot. gest.

Máxime si etiam in ratione impensarum ea retulisse aviam apparebit. ibid.

Non si heres ejus petierit dûm ipsa tacuit.

1432. Si alter conjugum orthodoxus sit , alter hereticus , oportet fieri liberos eorum orthodoxos. l. 18 , §. 1 , cod. de hæret. & apud orthodoxum educari ut sint.

TIT. III. De tutelæ , & rationibus distracti- hendis , &c.

Cod. V , 51.

1434. Nisi FINITA tutela sit , tutelæ agi non potest , l. 4 , h.t.

Secùs in furiosi curatore , quia non tutelæ sed negot. gest. actio est. l. 4 , paragr. 3 , h.t.

Non differtur judicium , ex eo quod fratri & coheredis impuberis , idem tutelam sustineat. l. 39 , §. 17 , de admin. tut.

1435. Finitur tutela non solum pubertate , sed morte tutoris , vel pupilli , l. 4 , h.t.

PUBERTAS existimatur post 12 annos completos in foeminiis , & post 14 in maribus. l. ult. qu. tut. vel cur. vide tamen 1751.

1436. Tutor ibi se defendere debet , ubi administravit , l. 54 , paragr. 1 , de procur.

Quamvis ibi domicilium non habuit , l. 19 , §. 1 , de judic.

Idem de quolibet administratore. l. 1, cod. ubi de ratione.

1437. Officio tutoris incumbit etiam RATIONES actus sui confidere, & pupillo reddere, l. 1, paragr. 3, h. t.

Id est legendas offerre, deinde computandas, l. 82, de condit. & dem. sumptibus pupilli ex usu nostro.

Ita incipit quidem res à facto, pervenit autem ad pecuniam. *ibid.*

1438. Admonere pupillum puberem factum debet, ut sibi curatores peteret, l. 5, §. 5, de adm. & per.

Eumque defendere, donec eis administrationem transtulerit. l. un. cod. ut caus. post. pub. intellige donec rationes admissæ sint, vide 1386.

1440. Pupillus tutori obligatur ex ipsius administratione, l. 1, de contr. tut.

Cæteris quoque curatoribus, l. 1, §. 2, eod. tit.

Etiam in USURAS pecuniae quæ de suo consumpsit tutor, l. 3, paragr. 1, eod. tit.

Quoad ei reddatur, nec debet ei sterilis esse. *ibid.*, paragr. 4.

Si nimirum profuit pecuniam esse exsolutam. d. §. 1.

1441. Sufficit tutori bene & diligenter negotia gesisse, etsi eventum adversum habuit. l. 3, paragr. 7, de contr. tut.

1442. Sumptus litis & viatica necessaria tutor reputabit, l. 1, paragr. 9, h. t.

Qui bonâ fide fiunt, l. 30, in fine de adm. & per. l. 3, paragr. 8, de contr. tut. vide 1382.

Quamvis sine decreto, l. 3, cod. de adm. tut.

Et si quid sibi debeatur à patre, si adeo expectavit quia tutor erat, l. 1, §. 6, de contr. tut.

Et si ex causâ quæ tempore finitur. *ibid.* paragr. 7.

1443. Actionem tutoris contrariam perpetuam esse palam est, & heredi, & in heredem dari. l. 3, paragr. 9, de contr. tut.

**TIT. V. De eo qui pro tutore prove curatore
negotia gessit.**

Cod. V, 45.

1445. PRO TUTORE gerit, qui munere tutoris sumitur in re impuberis, l. 1, paragr. 1, h. t.

Sive se putet tutorem, sive fingit esse. d. §. 1.

Etiam MULIER si res pupillares pro tutore administraverit. l. 1, cod. h. t.

1446. Eadem fidem & diligentiam præstat quam tutor, l. penult. h. t. vide 1378.

Et de NON GESTIS tenetur, si quædam gessit, & alius gesturus fuit, l. 1, paragr. ult. h. t.

Vel si necessarios pupilli non certioravit, ut ei tutorem peterent. *ibid.*

Datur in bonis ejus, tutelæ privilegium. l. ult. de tut. & rat.

1447. Debitores ei solvendo tantummodo liberantur, si pecunia in rem pupilli pervenit, l. 28, de solut. vide 2269.

Non enim eadem hujus quam tutoris est administratio. l. 2, h. t. vide 2169.

1448. Conveniri potest statim atque res salva non esse cœperit, l. 4, paragr. 4, rem. pup. salv.

Licet ante pubertatem. l. 1, §. 3, h. t. secùs in tute, vide 1434.

1449. Contrarium tutelæ judicium ei competit. l. ult. h. t.

1450. DOLUS protutoris pupillo non nocet. l. 4, §. 24, de doli mal. except. vide 2169.

1451. Datur in integrum restitutio ei qui cum FALSO tutor egit, ne contrahentes decipientur, dum falsus tutor adhibetur, l. 1, quod. fal. tut. & ibi §. 6. Si actor ignoravit. d. paragr. 6.

Etsi ei dictum sit, & honâ fide non crediderit. l. 2, eod. tit.

1452. Actio quod falso tutori heredibus competit, non in heredes, l. 9, paragr. 1, quod fals. tut.

Nec in ipsum qui se tutorem finxit, post annum.
ibid.

**TIT. VII. De fidejussoribus & nominato-
ribus, & heredibus tutorum, & curatorum.**

Cod. V, 57, 54, 42.

1454. Cavetur pupillo per SATISDATIONEM Præ-
toriam, l. 4, paragr. 1, rem. pup. vel adul.

Ex eâ tenetur tam tutor quam protutor & fidejus-
fores eorum. d. l. 4, paragr. 2.

Et omnes curatores. d. l. in fine.

1455. Irrita sunt ipso jure gesta in præjudicium mi-
noris, à tute re qui non satisdedit, l. 3, cod. de tut.
& cur. qui.

Nisi testamento tutor datus sit. *ibid.* nec cogitur ille
satisfare, l. 17, de testam. tut. §. 1, instit. de satisd.
tut. vide 1350.

Plerumque benè probati & idonei atque honesti
tutores etiam si fatis non dent, non debent rejici
qunimò nec jubendi sunt satisfare. d. l. 17, §. 1,
vide 2234.

Si ejus existimationis, vel ejus honestatis sunt, ut
non debeant hanc contumeliam satisfationis subire.
ibid. paragr. 2, vide 112.

1456. In subsidium tenetur fidejussor tutoris, l. 6, k. t.
Eisdem usuras præstat quam tutor, l. 3, h. t.

Non tamen si post pubertatem, nullâ necessitate co-
gente tutor administraverit. l. 46, §. 4, de admin. &
peric.

1457. Si plures fidejussores sint, beneficium divisionis
habent quidem inter se, non autem contra pupil-
lum, l. ult. rem pup. salv.

Cum enim non ipse pupillus contraxit, sed in tu-
torem incidit, injuriam haberet, si ex unâ tutelâ
causâ, plures quæstiones apud diversos judices con-
tituerentur. d. l. ult. in fine vide 2228.

1458. ADFIRMATORES tutorum, fidejussorum vi-
cem sustinent. l. 4, in f. h. p.

1460. Adversus heredem tutoris , actio tutelæ datur , l. 3 , cod. de hered. tut. & contra successores , l. 12 , cod. arbitr. tut.

Etiam de hoc quod tutor administrare debuit , l. ult. cod. de hered. tut.

Et si quid tutor DOLO fecit , ll. 12 , 49 , de oblig. vide 2310.

Et quidem suo nomine , si ipse administraverit . l. 4 , h. t.

1461. Negligentia planè propria , heredi non imputabitur , l. 4 , paragr. 1 , h. t.

Si non contra tutorem lis inchoata est , neque ex damno pupilli lucrum captatum sit , l. 1 , cod. de hered. tut.

Heres enim tutoris , tutor non est , l. 1 , h. t.

Nec tenetur judicio tutelæ , nisi ex dolo proprio , l. 4 , h. t.

A defuncto tamen inchoata explicitare debet , si legitimæ ætatis & masculus sit , l. 1 , h. t.

1462. USURAS præstat heres pecuniae quæ in arcâ fuit , quandiu non interpellaverit ut loco defuncti curator constituatur , l. 7 , §. 13 , de adm. & peric.

Si pater pro filio caverere recusaverit , vide 1359. quando teneatur ? 1387.

TIT. VIII. *De Magistratibus convenientiendis.*

Cod. V , 75.

1463. Subsidaria actio datur in MAGISTRATUS municipales tutorum nominatores , l. 5 , cod. h. t. l. 1 , h. t.

Pupillo , & ejus successoribus , l. 1 , paragr. 4 , h. t. Si tutorem inoniti non dederunt . ibid. paragr. 6.

Vel si minus idoneum dederunt , l. 3 , cod. h. t.

Vel cautionem non idoneam . ibid.

Si finito tempore solvendo tutor non sit , l. 5 ; cod. h. t.

Non si idoneum tutorem & fidejnsforem dedit , quamvis postea facultatibus lapsi sint , l. 1 , paragr. xi , h. t.

Nec si satis non exegit, cùm idoneus tutor eo tempore fuit quo tutelæ agi potest. *ibid. paragr. 12, l. 53, de adm. & peric.*

Cùm non debeant magistratus futuros casus, & fortunam pupillo præstare. *d. paragr. 11.*

1466. Datur etiam in USURAS hæc actio, quoniam eadem in magistratus datur quam in tutores, *l. ult. h. t.*

Fidejussoribus & nominatoribus priùs excussis. *l. 4, cod. h. t.*

1467. Datur in heredes ex defuncti *magistratus* dolо vel culpā dolо proximā, *l. 4, h. t. l. 2, cod. h. t.*, *Veluti si omnem cautionem omiserit, aut evidenter cùm minùs idoneis fidejussoribus contraxerit. l. 6, h. t.*

1468. Privilegium in bonis magistratus pupillus non habet, *l. 1, paragr. 14, h. t.*

Sed cum cæteris creditoribus partem habiturus est. *ibid.*

TIT. IX. De rebus eorum qui sub tutelâ...

Cod. V, 71, & sequ.

1470. Prohibiti sunt tutores & curatores prædia distrahere, *l. 1, h. t. l. 22, cod. de adm. tut.*

Quoquomodo sit, sine decreto, *l. 4, cod. de præd. & al.*

Nisi ex voluntate patris, *l. 1, paragr. 2, h. t.*

Vel testatoris ex cuius voluntate prædiūm ad minorem pervenit, *l. 3, cod. qu. decr. op.*

Præterquam vestes detritas, & supervacua animalia, *l. utr. eod. t. l. 22, in f. cod. de adm. tut.*

Et quæ depereunt, veluti fructus, *l. ult. in f. eod. t.*

Quia si neglexerit tutor tenetur de casu, *l. 3, cod. de peric. tut.*

Prædiūm commune dividere potest, si socius ad divisionem provocet, *l. 1, §. 2, h. t. & major 25. ann. socius sit, l. 17, cod. de præd. & al. vide 569.*

Et restituere prædiūm, in yimi judicati. *l. 3, paragr. 39. h. t.*

1471. Non DISTRAHI jubet Prætor, nisi æs alienum urgeat, l. 5, paragr. 14, inf. h. t. l. 12, cod. de præd. & al.

Nec aliundè possit pecuniâ expediri, l. 5, §. 9, h. t.
Quamvis fundus sterilis vel pestilens sit, l. 13, h. t.
Fallit si fundus propter onus fiscale inutile sit. auth.
vel prædium. cod. de sacr. eccl. que tamen de bonis
tantum loquitur Ecclesiasticis.

Manetque actio pupillo si Prætori obrectum sit, l.
5, paragr. 15, h. t.

Observandum attamen est ne propter modicum æs
alienum, magna possessio distrahatur. d. l. 5, §. 10.

1472. Fundi sine decreto distracti, dominium non
amittit minor, ll. 2, 3, 16, cod. de præd. & al.

Nisi post statutum temporis spatium, l. 3 & 4, cod.
si qu. ignor. l. 2. cod. si major fact.

Id est post 5 continuos annos post impletam mi-
noris ætatem, l. ult. cod. si maj. fact. in Gallia verò
10, ordin. 1510, art. 46 & 48, vide 218.

Item, dominium non amittit, quoties alienatio
penitus nulla est, veluti si pupillus donaverit. d. l.
ult.

1473. Legitimè ALIENATIO facta valet, l. 12, pa-
ragr. 1, de adm. & per.

Ne administratio pupillo inutilis esset, nemine sci-
licet emente. ibid. vide 254.

1474. Debitores si tutori solvant, liberantur ipso jure.
l. 46, paragr. 5, & paragr. ult. de adm. & per.

1475. De bonâ fide gestis vel erogatis, vide 1382, 1442.

TIT. X. De curatoribus, furioso & aliis extrâ minores dandis.

Cod. V, 70.

1477. FURIOSUS per omnia & in omnibus, absen-
tis vel quiescentis loco habetur, l. 2, paragr. 3, de
jure codic.

Idcirco statum, dignitatem, magistratum, & po-
testatem retinet, sicut rei suæ dominium, l. 20, de
statu hom.

Nec furor solvit matrimonium , nec patriam potestatem , l. 8 , de his qui sui vel , vide 1246.

Nec testamentum jure perfectum. l. 18 , qui test. fac. poss. vide 1489.

1478. Furiosus in sacris parentis constitutus , curatorem habere non potest in peculio , l. 7 , cod. h. t.

Quis enim talis affectus extraneus inveniatur ut vincat paternum ? ibid.

Filius quoque PATRI curator datur , ll. 1 , inf. 2 , & t. 12 , paragr. 1 , de tut. & curat.

Et furiosæ MATRI , l. 4 , h. t.

Pietas enim parentibus , et si inæqualis est eorum potestas , æqua debetur. ibid.

Si pater furioso curatorem testamento dederit , eum Prætor dare debet. l. 16 , h. t. sine satisfactione. l. 27 , cod. de Episc. aud.

1479. A curatore tueri debet , etiam corpus & salus furiosi , l. 7 , h. t.

Furioso per intervalla resipiscenti , curator ad vitam perseverat , sed per intervalla perfectissima nihil agit , l. 6 , cod. h. t.

Item , furiosi & prodigi curatoribus , planè rerum administratio committitur , l. 48 , de adm. & peric.

Bonorum verò ventrisque curatoribus sola custodia , & rerum quæ deterius futuræ sunt venditio committitur. ibid. vide 1470 , 867.

1480. L. 12 tab. PRODIGO interdicitur bonorum suorum administratio , l. 1 , h. t.

Sed solent hodiè Prætores & Præsides ei curatorem dare , exemplo furiosi. ibid.

Ille est qui neque tempus , neque finem expensarum habet , sed bona sua dilacerando , & dissipando profudit. ibid.

Stipulando tamen sibi acquirit , l. 6 , de verb. oblig.

Item , furiosi vel ejus cui bonis interdictum sit , nulla voluntas est , l. 40 , de regul. jur.

Eisque curatores solent tribui , l. 1 , cod. h. t.

Et tandem erunt ambo in curatione quamdiu vel furiosus sanitatem , vel ille sanos mores repererit. l. 1 , h. t.

1481. Et MUTO & SURDO cutator dari potest , l. 3 ,
in f. de tut. & curat. dat.

Non quidem ad agendum sed ad administrandum , l.
43, de procurat.

Et his qui rebus suis superesse non possunt , l. 12 ,
de tut. & curat. dat. l. 2 , h. t.

Non tamen luminibus capto , l. 3 , cod. qui dar. tut.

Et MULIERI quæ luxuriosè vivit , bonis interdici
potest. l. 15 , h. t.

1482. In bonis curatoris privilegium servatur , l. 15 ,
paragr. 1 , h. t. l. 4 , inf. & sequ. de priv. cred. vide
1386.

Cùm furiosi curatore non tutelæ sed neg. gest. actio-
est. l. 4 , §. 3 , de tut. & rat.

1483. Furiosi etiam CARCERE continendi sunt , l.
13 , paragr. 1 , de off. Praefid. vide 2453.

Tàm ad poenam si meruerint , quàm ad tutelam
eorum , & securitatem proximorum. l. 14 , eod-
it.

1484. Maritus uxori furiosæ non rectè curator datur
l. 2 , cod. qui dare.

L I B E R X X V I I I .

TIT. I. Qui testamenta facere possunt , & quem
admodum testamenta fiant.

Cod. VI , 22 , 23:

1486. **T**ESTAMENTUM est voluntatis nostræ iusta-
fentia de eo quod quis post mortem
suam fieri velit , l. 1 , h. t.

Quasi testatio mentis. §. 1 , instit. de testam. ordin.

1487. Publicè expedit suprema hominum judicia exi-
tum habere , l. 5 , test. qu. aper.

Ideò Prætor voluntates defuncti tuetur , l. 1 , si qu.
omiss.

Testamenti enim factio non privati , sed publici ju-
ris est. l. 3 , h. t..

1488. Voluntas facit quod in testamento scriptum valeat , l. 12 , in f. de legat. 1 , vide 1815 , 1533.

Nemo tamen potest cavere , ne leges in suo testamento locum habeant , l. 55 , de legat. 1.

Nec jurisdictionis mutare formam , vel juri publico derogare , l. 13 , cod. de testam. vide 132.

Idcirco forma ejus privatorum pactis non laeditur. l. 3 , h. t.

1489. In eo qui testatur integritas MENTIS non corporis sanitas exigenda est , l. 2 , h. t.

Nec senium ætas sinceritatem mentis tenentibus , factionem testamenti aufert. , l. 3 , cod. h. t.

Si testatorem SANÆ MENTIS notarius scriperit , talis præsumitur nisi contrarium probetur. Goth. in l. 2 , h. t. ex l. 5 , cod. de codic.

Item , FUROR superveniens sicut & bonorum interdictio testamentum non vitiat , l. 1 , paragr. 9 , de bon. poss. sec. tab. l. 18 , h. t.

In pò furiosus testari potest in dilucidis intervallis. l. 9 , cod. h. t.

1490. SURDUS simul & MUTUS testari non potest , l. 6 , paragr. 1 , h. t.

Si talis ex naturâ sit , l. 10 , cod. h. t.

Nisi ex jure militari , l. 4 , de testam. mil.

Si ex casu potest , modò litteras sciat , & suâ manu scribat , l. 10 , cod. h. t. vide 1965.

Potest quoque si surdus tantum , vel mutus sit. ibid.

CÆCUS potest per nuncupationem coram 7 testibus tabulario adhibito. l. 8 , cod. h. t. ut sint octo. Goth. ibid. hodiè septem , ut 1496

1491. In masculis 14 annum spectandum est , in fœminis 12 completum , l. 5 , h. t.

Sed sufficit ut dies ultimus incœptus sit. d. l. 5.

Jam jam enim minor non est , qui diem supremum agit , l. 1 , de manum.

Nec refert si bissexto natus est , nam id biduum prouo die habetur , l. 3 , paragr. 3 , de minor. l. 98 , de verb. sign.

Quia ANNUM civiliter non ad momenta temporum , sed ad dies numeramus , l. 134 , de verb. signif.

Præterquam si de restitutione agatur. l. 3 , paragr. 3 , de minor. vide 256.

1492. Qui in POTESTATE parentis est , testamenti faciendi jus non habet , l. 6 , h. t.

Quamvis pater ei permittat , nihil magis tamen iure testari possit. d. l. 6.

*Tantummodo mortis causâ DONARE patre permit-
tente potest , l. 25 , in fin. de mort. caus. don. modò
in formâ codicillorum ut 1983.*

Nec si patris consensu bona sua possideat , l. 11 ,
cod. h. t. quid si de peculio ? Vide 794.

Nec valet testamentum , licet sui juris aut pubes-
factus decesserit , l. 19 , h. t. l. 1 , paragr. 8 , de bo-
nor. poss. sec. tab.

*Testari potest cùm paterfamilias efficitur ex eman-
cipatione : quid verò si TACITE emancipatus sit ? (ut
64 ,) pro jure testandi faciunt. ll. 1 , cod. de patr.
potest. 25 , de adopt. contrà l. 3 , cod. de emancip. que
novum jus adduxit expressè , nec obstat eam ipsam
abrogatam esse novellâ Leonis 25 , quia Novel. Leon.
auctoritatem non habent ut notat Cujac. XVII , ob-
serv. 31 , undè contrà testamentum filii tacitè tantum
emancipati sentiendum esset in puncto juris , quod ta-
men apud nos non obtinet. vide Bonif. tom. 2 , p. 24 ;
d'Olive , lib. 3 , cap. 3.*

1493. Utroque tempore jus testamenti faciendi inspi-
citur , & cùm facit testamentum , & cùm moritur ,
l. 1 , paragr. 8 , de bon. poss. sec. tab.

Media verò tempora non nocent. d. paragr. 8 , vide
1536.

*Proindè nec patris fam. testamentum valet , si postea
civitatem amittat , l. 6 , paragr. 5 , de injust. rup.*

*Veluti si damnatus capite decesserit. ibid. paragr. 6 ,
l. 8 , §. 1 , h. t.*

*Vel si post mortem suam in memoriam damnatus est ,
l. 6 , §. 11 , de injust. rupt.*

*Vel si futuræ poenæ metu , voluntariâ morte sup-
plicium antevertit , l. 2 , cod. h. t. l. 6 , §. 7 , de in-
just. rupt. est enim veluti confessus. l. 3 , de bon. eorū
qui mort.*

Non autem si in custodiâ decesserit indemnatus , l. 9 , h. t.

Nec si pendente APPELLATIONE fecerit testamentum , & decesserit . l. 13 , §. 2 , h. t. l. 6 , §. 7 , de injust. rupt. vide 2503 , 2531 .

1494. Ejus qui apud HOSTES est , testamentum quod ibi fecit non valet , quamvis redierit , l. 8 , h. t. l. 10 , de testam. milit.

Testamentum verò anteâ factum valet . l. 12 , h. t. licet apud hostes decesserit , vel in captivitate . l. 85 , paragr. 1 , de regul. jur. vide 2662 .

1495. Per scripturam & sine scriptis testamenta conficiuntur , l. 21 , cod. de testam. hodiè non nisi in scriptis . Edict. aug. 1735 , art. 1.

Mystica seu per scripturam , si testator obtulerit scripturam involutam coram 7 testibus rogatis , cibibus romanis , puberibus , & præsentibus , suum esse testamentum dicens , coram eis suâ manu in reliquâ parte subscribens , deinde ipsis uno eodemque tempore subscriptibus , & consignantibus , l. 21 , cod. de testam.

Ostovo teste adhibito si litteras ignoret , vel subscribere nequeat . ibid. hodiè necesse est ut litteras sciat , quamvis subscribere nesciat . Edicto aug. 1735 , art. 11.

1496. Nuncupativi , sive sine scriptis , si septem testes simul uno eodemque tempore collecti , testatoris voluntatem audierint . d. l. 21 , vers. per nuncupationem .

Omni formalí observatione penitus amputatâ , l. 26 , eod. t.

Hodiè testamentum nuncupativum dictare debet testator coram sex testibus , scribente propriâ manu Notario , deinde legendum , & subscriptendum , expressâ causâ si quis non subscripterit . d. Edicto , art. 3 , 23 & 28 .

Numerus testium diminutus est , ex quo notarius pro uno habetur . d. Edicto . art. 5 .

1497. Pater & filius TESTES simul adhiberi possunt , l. 22 , h. t. l. 17 , de testib. heres non potest , l. 20 , h. t.

Nec substitutus. *Edict. 1735 , art. 43.*

Legatarius potest. d. l. 20 , sed tantum in subscriptio-
ne testamenti mystici , d. art. 43.

Non potest is cui bonis interdictum est , l. 18 , h. t.

Nec si religiosi ordinis , licet adhuc tiro. d. *Edict.*
art. 41.

Nec si in potestate testatoris est , d. l. 20.

NEC si scriba , vel domesticus Tabellionis. d. *Edict.*
art. 42.

Nec mulier. d. l. 20 , paragr. 6.

Neque impubes , servus , furiosus , mutus , surdus ,
intestabilis. paragr. testes autem , instit. de testam.

Conditio testium inspicitur cum signarent , non
mortis tempore. l. 22 , paragr. 1 , h. t.

1498. CONTAGIONIS tempore licet aliquid de jure
laxatum est , veluti jungere atque sociare testes , non
etiam conveniendi numeri eorum observatio subla-
ta est , l. 8 , cod. de testam.

Si testator contagiosus sit , vel si agri deserti sint ,
quinque sufficient. Goth. in d. l. 8 , cum favore rusti-
corum & sufficient ubi plures inveniri non possint ,
l. ult. cod. de testib.

Hodiè duo sufficient si coram notario , vel coram in
publicâ functione constituto , vel sacramenta adminis-
trante , vel omnino a solo testatore , si totum scripsit &
signavit. *Edicto 1735 , art. 33 , 35 & 36.*

1499. UNO CONTEXTU testamenta fieri debent ,
id est nullo actu alieno intermixto , l. 21 , in f. h. t.

Nec obstat si quid necessitate testatori , vel alicui
testium contigerit. l. 28 , cod. de testam.

1500. Ex ANNULO testatoris signare poterat testis ,
l. 22 , paragr. 2 , h. t.

Hodiè annuli formula sublata est. *Edicto 1735 , art.*
9.

1501. Unum testamentum pluribus exemplis consignari
potest , l. 24 , h. t.

1502. Sufficit in testamentis INTER LIBEROS sub-
scriptionis tempus declarare , & filiorum nomina
propriâ manu scribere , & portiones non signis nu-

merum (*chiffres*) sed per totas litteras declarare. Novel. 107, cap. 1.

Ex eis extraneus nihil capit, sed ejus portio liberis accrescit, l. 21, paragr. 1, cod. de *testam.* l. ult. *cad. fam. ercise.*

A parentibus utriusque sexus confici possunt. d. paragr. 1.

Si bonorum divisiones à patre factas filii subscribant, ratæ erunt. Novel. 18, cap. 7.

Talia testamenta ex testamento imperfecto non revocantur. Novel. 107, cap. 2, id est, 5 *testibus præsentibus.*

Revocantur, si testator religionis votum emiserit, nisi anteà coram notario probata sint. Edicto 1735, art. 21.

1503. Pro voluntate ultimâ INTESTATI quinque testium juratorum depositiones sufficiunt, l. 21, §. 3, cod. de *testam.* ex *usu nostro* quinque coram *Tabelione,* & quidem quatuor, vide 1496.

Et sic testamentum priùs revocatur. *ibid.*

Tres quoque sufficiunt, si posteà decennium fuerit emensum. l. 27, cod. eod. t.

1504. Ex his verbis, hoc testamentum volo esse ratum quacumque ratione poterit, valet, etiamsi intestatus deceperit. l. 29, §. 1, h. t. intellige de eo in quo 5 testes adhibiti sunt, tunc enim legata servantur ex jure codicillorum, vide 1517.

1505. De scripturâ commutandâ, vel explanandâ, vide 1771, de die & consule 2710, de testamento militis 1579.

TIT. II. *De liberis & posthumis, heredibus instituendis, vel exherēdandis.*

Cod. VI, 28, 20. Novel. 115, cap. 3.

1507. SUI heredes instituendi sunt, vel nominatim exherēdandi, paragr. 1, *instit.* de exher. lib. vide 333.

Sui autem heredes sunt, liberi quos in potestate habemus. *ibid.* & §. sui autem 3. *instit.* de hered. qual. vide 1916.

1508. Filiorum nomine, FILIÆ comprehenduntur, l. 45, de legat. 2, 116, de verb. sign.

Quod non est ex converso accipendum. d. l. 45.

LIBERI sunt etiam ex foemino sexu descendentes, l. 56, paragr. 1, de verb. signif. l. ult. de pollicit.

Et nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt. d. paragr. 1, vide 2642.

1509. POSTHUMUS is quoque intelligitur, qui ex quâcumque uxore nascatur, l. 4, h. t.

Nisi si ex certâ uxore natum scripsit, l. 28, paragr. 2, h. t. natum, id est, nasciturum. glos. ibi. paragr. 3, in verbo natum.

Post mortem patris, l. 3, §. 1, de injust. rupt. vel post testamentum. d. paragr. 1.

Institui quidem potest, ab eo qui nondum uxorem duxit, l. 4, h. t. vide 1541.

Exheredari poterat. l. 3, parag. 5, de injust. rupt. quod non licet hodie deficiente ingratitudinis causâ. Nov. 115, cap. 3.

1510. Filio qui in potestate est præterito, inutile est testamentum, l. 30, h. t. vide 338.

Hodie etiam si à matre vel avo materno, proavo & proaviâ, licet in potestate non sit. Novel. 115, cap. 3, vide 343.

Nisi filius ingratus sit. ibid. vide 340.

Potest tamen institui sub conditione quæ in potestate ipsius sit. l. 4, de hered. instit.

1512. POSTHUMI nativitate ruptum testamentum non restituitur, quamvis natus illicè deceperit, l. 2, cod. de posth. her. intellige post mortem patris.

Intelligendus est enim mortis tempore fuisse qui in utero est, l. 153, de verb. sign.

Nec videtur sine liberis deceperisse, qui prægnantem uxorem reliquit, l. 147, de regul. jur.

Non autem si ex abortu uxor is, l. 2, cod. de post. hered.

Qui enim mortui nascuntur, neque nati neque procreati videntur. l. 129, de verb. signif.

Vel si ad ullum declinaverit MONSTRUM vel prodi-

gium l. 3, cod. de posth. hered. quamvis parentibus profit. l. 135. de verb. signif. vide 51.

Rumpit verò si com spiritu editus sit, licet non integrum animal, l. 12, paragr. 1, h. t.

Etiam si vocem non emiserit, l. 3, cod. de posth. hered.

Vel ex exfecto ventre editus sit, l. 12, h. t.

MORTE autem posthumii præteriti vivente teste-tore, testamentum valet, l. 12, de injust. rupt.

Item, agnascendo is rumpit, quem nemo præcedebat mortis tempore, l. 6, eod. tit.

Vel si apud hostes, (*intellige captivus*) est pater, qui præcedit. d. l, paragr. 1.

Undè filio instituto, nepote præterito, valet testamentum, l. 13, eod. t.

Sed mortuo filio rumpitur, agnatione nepotis. *ibid.*

Item. Valet testamentum si posthumus se abstineat. l. 17, eod. t.

1513. De exheredatione, vide 340, de inofficio, 333.

TIT. III. De injusto, rupto, irrito factō testamento.

Novel. 107.

1516. Testamentum NON JURE factum dicitur, ubi solemnia juris defuerunt, l. 1, h. t. de quibus, vide 1495 . . .

RUPTUM dicitur, vel alio testamento vel agnatione sui heredis. *ibid.*

IRRITUM, non aditâ hereditate. *ibid.*

1517. Ex IMPERFECTO testamento revocatur perfectum, modò scripti heredes in eo sint ab intestato venientes l. 21, paragr. 3, cod. de testam. l. 2, h. t.

Et quinque testes exhibiti sint. d. paragr. 2.

Tunc enim imperfectum valet, quasi voluntas ultima intestati. d. paragr. 3, vide 1503.

Legata & fideicomissa adimi possunt ex eo, l. 3, in fine, de adm. vel transf. vide 1771.

Et fideicommissum petitur, si ab intestato succedentes rogati probentur, l. 29, cod. de fideic.

Modò fuerit adjectum ut PRO CODICILLIS va-

leret, l. 11, cod. de testam. manum. l. 41, paragr. 3, devulg. & pup. l. ult. paragr. 1, cod. de codic. sive quâcumque ratione valere poterit, l. 29, paragr. 1, qui test. fac.

Aliâs, ex eo nec Princeps legata & fideicommissa vindicabit, l. 23, de leg. 3, vide 2552.

Vid. fac. Attamen si suâ sponte legatum heres AGNOVERIT, implendi necessitatem habet, l. 16, paragr. 1, cod. de testam. vide 1690, etsi voluntas defuncti legibus non sit subnixa d. paragr. 1. *A.*

Solo 1518. Solo lapsu temporis testamenta non infirman-
tur, l. 27, cod. de testam.

Say. 536. Nisi & contraria voluntas ex 3. testibus, vel inter
acta manifestata sit, & decennium fuerit emensum.
d. l. 27, vide 1503.

Alioquin necesse est ut qui REVOCAT testamen-
tum, aliud faciat. Goth. in auth. hoc inter liberos.
cod. de testam. vide 1772, vel se declaret intestatus.

1519. Si quis confirmando codicillos dixerit, non aliâs
valere quâm suâ manu signatos, tamen valent licet
suâ manu signati non sint, l. 6, paragr. 2, de jure
codic. quod intellige de confirmatione in futurum non
in præteritum, vide l. 8, de jure codic.

Nâm ea quæ posteâ geruntur prioribus derogant.
d. paragr. 2.

Item, nemo potest eam sibi legem dicere, ut à prio-
re supremâ voluntate, ei recedere non liceat, l. 22,
de legat. 3, vide 1967, si specialiter dixerit, prioris
voluntatis sibi pœnituisse. d. l. 22.

Ex his introducta est clausula DEROGATORIA.
Goth. in l. 21, paragr. 3, cod. de testam. hodiè abro-
gata Edicto 1735, art. 76.

1520. IRRITUM testamentum est & quoties ipsi testa-
tori aliquid contigit, putâ si civitatem amittat, l.
6, paragr. 5, h. t.

Non tamen si provocaverit. ibid. parag. 8, vide 1493.

1521. Si linum quo ligatae sint tabulæ incisum est, &
testator ipse fecerit, non videntur signatae, l. 1, §.
10, de honor. poss. sec. Tab.

Vel

Vel si ab eo signa turbata sint, l. 22, paragr. 3, qui testam. fac. l. 30, cod. de testam. vide 1524.

Non si alius contra voluntatem testatoris inciderit. d. paragr. 10

Vel si ipse testator, sed mente captus, l. ult. h. t. Vel si à muribus, vel vetustate, vel situ, vel casu, modò unum signum teneat, l. 1, paragr. ult. de bon. poss. sec. Tab. l. 30, cod. de testam.

Interdùm licet subtilitas juris refragari videatur, attamen voluntas testatoris ex bono & æquo tuebitur, l. 17, h. t.

1522. Non obstat legatum acceptum, quin liceat falsum testamentum arguere, *l. 5, de his qu. ut indign. l. 3, cod. ad l. cor. de fals.*

Vel non jure factum, d. l. 5.

Modò agnoverit, ignorans falsum esse, l. 3, de l. corn. de fal.

Si non jure factum contendit, non amittit quod consequutus est, l. 5, §. 1, de his qu. ut indign. feci si falsum. l. 2, cod. eod. tit. vide 1803.

Quid si inofficium? Vide 345.

1523. Eorum qui mori magis quam damnari maluerint, ob conscientiam criminis, testamenta irrita fiunt, *l. 6, §. 7, h. t. vide 1493.*

TIT. IV. *De his quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur.*

1524. Inconsultò *deleta*, vel *induēta*, nihilominus valent si legibilia sint, *l. 1, h. t. induēta, id est, cancellata (bâtoné, rayé.) Goth. ibi. si intelligi non possunt, vide 1792.*

Si consultò, non valent, ibid. l. 2, §. 7, l. 8, §. 3, de bon. poss. sec. tab. vide 1521.

Nam pro non scripto est, quod scribi nolui, d. paragr. 7.

SUPERFLUA verò non nocent, l. 17, cod. de testam. vide 2664.

Namquæ necessaria prætermissa testatoris officiunt voluntati non abundans cautela. d. l. 17.

1525. Nequè quicquam interest, utrum primum diciatur, aut scribitur. *l. 14, de pecul. leg.* vide tamen *1701, 1551.*

1526. Si heredum nomina inducta sunt, cætera non valent, nisi favore libertatis, *l. 3, h. t.*

Sed coheredum institutio, unius deleta non infirmatur, *l. 2, h. t.*

Si ex falsâ causâ delevit, vide 1534, si signa turbata 1521.

TIT. V. *De heredibus instituendis.*

Cod. VI, 24.

1527. Quinque verbis fieri potest testamentum, *Lucius Titius mihi heres esto. l. 1, paragr. 3, h. t.*

Etiam tribus. *Lucius heres esto. ibid.* & quidem non adjecto *esto. l. 1, paragr. 5, h. t.*

1528. HERES juris successor est, *l. 9, §. 12, h. t.* & in omne jus mortui, *l. 37, de acq. vel omitt. her.* vide *354, 1591.*

Neimo autem plus commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit, *l. 162, de reg. jur.*

Heredis appellatione & heredis heres, & deinceps continetur, *l. 65 & 70, de verb. sign.* vide *1595.*

Quamvis longissimâ successione, *l. 154, de regul. jur.*

Et omnes significantur successores, *l. 170, de verb. signif.*

Heres enim heredis, testatoris est heres. *l. ult. cod. h. t.*

1529. Sine heredis INSTITUTIONE, nihil in testamento scriptum valet, *l. 1, paragr. 3, de vulg. & pup.*

Fallit si dixerit quem heredem codicillis fecero, heres esto, & codicillis, Titium instituit, *l. 77, h. t.* non verò si Titius filius sit, *l. 10, de condit. instit.*

Nec sic videtur hereditas codicillis data, quod interdictum est. *d. l. 10, vide 1617.*

1530. *Quem Titius voluerit heres esto.* illa institutio ideo

vitiosa est quod alieno pendet arbitrio, l. 32, h. t.
vide 1651.

Et hoc expresse, non verò si tacitè, & per consequencias, velut si Titius capitolium ascenderit, l. 68, h. t. l. 52, de cond. & dem.

Expressa enim nocent, non expressa non nocent.
ibid. l. 155, de regul. jur. vide 350.

1531. CAPTATORIÆ scripturæ quarum conditio confertur in secretum alienæ voluntatis, nec in hereditatibus, nec in legatis valent, l. 64, de legat. 1º.
l. 70, h. t. vide 1651.

Veluti quā ex parte Titius me instituerit ex eā parte Mævius heres esto, quia in futurum confertur, l. 71, h. t. l. 1, inf. de his qu. pro non ser.

Non si in præteritum, veluti quā ex parte Titius me heredem instituit. d. l. 71, l. 20, inf. de cond. inst.

Valent si mutuis affectionibus iudicia provocata sunt. l. 70, h. t. vide 1612.

1532. Extraneum etiam penitus IGNOTUM heredem quis instituere potest, l. 11, cod. h. t.

Nec ignorantia testantis inutilem institutionem facit. paragr. ult. inst. h. t.

1533. Error in nomine non officit veritati, si de quo senserit testator non incertum sit, l. 4, cod. de testam.
l. 48, inf. h. t. vide 2209.

Secūs si INCERTUM sit, l. 9, h. t. vide 1781.

Tunc enim neque heres est qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur, neque quem voluit, quoniam scriptus non est. ibid. vide 1668.

Non officit ERROR scribentis, quamquam desit heres esto, quando minus scriptum plus nuncupatum videtur, l. 7, cod. de testam. vide 2688, §. 22.

Quibuscumque enim verbis uti, libera facultas est, l. 15, inf. eod. t.

*Idem, de falsâ DEMONSTRATIONE, l. 48, §.
ult. h. t. vide 1833.*

Quia semper vestigia voluntatis sequimur testatorum, l. 5, cod. de neces. serv. her.

Cūm enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusquam tantum valet, ut melior sensu existat, l. 3, cod. de liber. præt. Nij

Quoniam indignum est ob inanem observationem verborum irrita fieri judicia mortuorum , l. 15 , cod. de testam.

Verum voluntatis defuncti quæstio, in æstimatione judicis est. l. 7, cod. de fideic.

1534. Qui FALSA CAUSA mutavit testamentum nihil egit , veluti si dixerit , quia heredes quos volui habere mihi continere non potui , Rufus heres esto , l. ult. h. t. vide 1834.

Sed legata est posteriore testamento præstantur. *ibid. intellige si appareat legatus, etiam si primos heredes vivere cognovisset.*

1535. Heres institui nemo potest , nisi certus demonstretur , l. 9 , §. 9 , h. t.

Quoties non appareat quis heres institutus sit , institutio non valet , veluti si testator complures amicos eodem nomine habeat , l. 62 , §. 1 , h. t. vide 1533.

Verum si dixerit, uter eorum vivet: si uterque vivat ambo heredes sunt. l. 24, h. t.

1536. Ità institui potest Lucius Titius , cùm capere potueris , heres esto , l. 62 , h. t.

Sunt enim qui capere non possunt , ut qui deportantur , l. 1 , cod. h. t. & peregrini. *ibid. l. 6, paragr. 2, h. t.*

Sed media tempora non nocent , ut putà si ante mortem testatoris , CAPAX effectus sit , l. 6 , paragr. 2 , l. 49 , in f. h. t. vide 1493.

Quod duobus temporibus inspicitur , testamenti facti aut constiterit institutio , & mortis testatoris ut effectum habeat , l. 49 , paragr. 1 , h. t.

Cùm adibit hereditatem. *ibid. l. 59, §. 4, h. t. quod hodiè non observatur, ex regulâ le mortis facit le vif.*

1537. Hereditas EX DIE vel ad diem non rectè datur , l. 34 , h. t.

Sed vitio temporis sublato , manet institutio. *ibid.*

Ne qui semel heres exitit , desinat heres esse , l. 88 , h. t.

Nec sicut viventium , ità & defunctorum actus suspensi receptum est , l. ult. in f. comm. præd. intellige

ex quo dies cessit sive utiliter, sive inutiliter. Faber ration. ibi.

Potest quis ita instituere, si intra annum 70 deceſſero, l. 56, h. t.

Extraneus ita potest institui cùm morietur. l. 9, cod. h. t. at non filius, nam haec institutio præteritiorum ob longam moram similis est. Goth. ibi.

1538. Hetes in RE CERTA scriptus, legatarii loco habetur, l. 13, cod. h. t.

Cùm legari possit portio hereditatis, l. 22, inf. ad S. C. trebell.

Qui verò ex certâ parte, vel sine parte scriptus est, hereditariis actionibus & utitur, & convenitur. l. 13, cod. h. t.

1539. PACTIS matrimonialibus rectè defertur hereditas, contra dispositionem. ll. 15, cod. de paet. ult. de suis & legit. 5, cod. de paet. conv. Goth. in d. l. 5.

1540. Quod PAUPERIBUS relinquitur non ut incertis personis habetur, ll. 24, 49, cod. de episc. & cler. vide 1781.

Et quod redemptioni captivorum, l. 28, cod. tit.

Quamvis captivos scripferit heredes, & incerti sint. d. l. 49 (de collegiis, vide 187.)

1541. POSTHUMUS alienus rectè instituitur. paragr. posthumo 27, instit. de legat.

Hodiè institutus heres incapax est, si natus aut conceptus non sit ante mortem testatoris. Edic̄to 1735, art. 49.

1542. Si in eodem testamento heredem instituero, & deinde eundem sub conditione, nihil valet secunda institutio, quia satis plena prior fuit, l. 27, paragr. 1, h. t.

Nec prima, si secunda scriptura sit plenior, l. 67, h. t.

De conditionibus. 1814.

T I T. VI. *De vulgari & pupillari substitutione.*

Cod. VI, 26.

1543. INSTITUTUS dicitur qui primò gradu vocatur, veluti, Titius heres esto, l. 1, h. t. Nijj

SUBSTITUTUS vulgariter qui secundo vel tertio gradu, veluti, si Titius heres non erit, Seius heres esto. *ibid.* & §. 1.

1544. Potest quis plures gradus heredum facere, & plures in unius locum substituere, *l. 36*, & §. 1, *h. t.*
Et legatariis, sicut & heredibus, *l. 50*, *de legat.* 2^o.
vide 1671, 1666.

Et eum qui post mortem heredis natus fuerit vocare. *l. 17*, *h. t.* *vide tamen 1541.*

1545. Pro quâ parte heres, pro eâ parte substitutus intelligitur, *ll. 5, 24*, *h. t. 1*, *cod. de impub.* & al.
Conjunctus heres substituto præfertur ex præsumptâ testatoris voluntate. *l. 30*, *h. t.* & *ibi. Goth.*

1546. SPES vulgaris substitutionis non transmittitur ad heredes. *l. 10*, *h. t. l. 81*, *de acqu. vel omitt.*
Item, post aditam hereditatem directæ substitutiones expirare solent, *l. 5*, *cod. de impub.* & al. si non impuberibus filiis factæ. *ibid.*

Si dixerit heredes meos INVICEM substituo, & alter accepit, deinde repudiavit, portio ejus ad superviventem pertinebit, *l. 23*, *h. t.* non ad heredem p̄emortui. *Gloss. in d. l.*

Quoniam invicem in omnem causam singuli substituti videntur. *d. l. 23.*

Et hi substituti videbuntur qui heredes extiterunt. *ibid.* pro hereditariis portionibus. *l. 5*, *h. t.*

1547. Substitutio quæ nondum competit, extra bona nostra est, *l. 42*, *de acqu. rer. dom.*

Præposterūm est enim ante nos locupletes dici, quām acquisierimus. *l. 63*, *ad l. falcid.* *vide 2673.*

1548. Substitutus coheredi substituto, in utramque partem substitutus est, *l. 27*, *h. t.*

Nisi si heres supervixerit. *l. 47*, *h. t.* quā non obstante generalis regula hæc est, substitutus substituto, est substitutus instituto. *Duperier*, *liv. 2*, *qu. 5*, *vide 2691.*

1549. Substitutus ei qui supremus moreretur omnibus heres est, si simul morerentur, *l. 34*, *h. t. l.* qui duos de reb. dub.

Idem, si dixerit testator, si ambo mortui essent, & simul mortui sint, *l. 42*, *h. t.*

Cum non videatur alter alteri supervixisse, l. sed & in illo. de reb. dub. vide 1778.

Fallit si in parte tantum substitutus sit eo qui novissimus obiisset, & hereditatem petierit, nec ostenderit quis novissimus obiisset, l. 14, ad S. C. trebel. & hoc ita quia pars incerta est. Cujac. ibi.

De commorientibus, vide 1778.

1550. PUPILLARIS substitutio est, si testator adi-
cerit, si filius heres intrà pubertatem deceperit, Seius
heres esto, l. 1, §. 1, h. t.

Modò filius vel nepos in potestate sit testatoris,
nec recasurus in alterius potestate, l. 2, h. t.

Fieri potest, donec masculus ad 14 annum, fœ-
mina ad 12 perveniat. *ibid.*

1551. Substitutio pupillaris testamentum est impube-
ris, l. 2, & §. 1, h. t.

Priùs autem sibi quis debet heredem scribere, deinde
filio substituere, & non convertere ordinem scrip-
turæ l. 2, §. 4, h. t. vide 1525.

Nisi primùm filio impuberi substituit, & deinde
eundem instituit. *ibid. paragr. 5 & 6.*

MATER inofficium impuberis testamentum non
dicit, quia pater ei hoc fecit. l. 8, §. 5, de inoff. test.
modò expressis verbis pupillaris substitutio fit.

1552. TACITA pupillaris est, et si expressè de pupillari
ætate seu de pubertate nihil dixerit, veluti si heres non
erit, vel quandocumque deceperit.

Cum enim pater impuberi filio in alterum casum
substituit, in utrumque casum substituisse intelligi-
tur, l. 4, h. t.

Et verba si heres non erit, porrigi placuit ad eum
casum quo postea quam heres extitit, impubes de-
cessit, l. 4, cod. de impub. & al.

Si modò non contraria voluntas probetur. *ibid.*

Nec alter ex coheredibus pubes, sit, ne in altero du-
plex esset substitutio, in altero sola vulgaris, l. 4,
paragr. 2, h. t.

Tacita pupillaris coheredem MATREM non exclu-
dit. l. ult. cod. de instir. & subst. quamvis coheres non
sit. Duperier, lib. 3, qu. 8, Cujac. XII, obser. 27,
in fine.

1553. In pupillari substitutione unum testamentum est, licet duæ sint hereditates, l. 2, paragr. 4, h. t. sed junctæ, l. 10, paragr. 2, h. t.

Sive duo quodammodo testamenta, alterum patris, alterum filii. paragr. igitur, 2, insit. de pupill. subst. vide 1551.

Idcirco & propria pupilli bona ad substitutum pertinente, l. 10 paragr. 5, h. t.

Nisi si adita patris hereditas non sit, ll. 2, paragr. 1, 10, paragr. 4, h. t.

Proinde ubi testamentum patris non valet, nec testamentum valet filii, l. 38, in fine h. t.

Quod fallit in MILITE, l. 15, paragr. 5, & l. 41, in f. de test. milit.

Porrò impuberis hereditates separare non potest qui ei substitutus est, ut filii habeat, patris non habeat, ll. 10, paragr. 2 & 3, h. t. 13, de priv. cred.

Nec si heres sit patris, l. 59, de acqu. vel omit. juncta enim hereditas coepit esse, l. 10, §. 2, h. t.

Nisi frater impuberis sit, modò legata ex secundis tabulis praestet, l. 12, h. t.

Vel si alter cohères testamentum patris sustineat. l. 40, de acqu. vel omit.

1554. Qui prohibitus est succedere patri, à pupillo capere potest de his quae non à patre acquisivit, l. 6, h. t.

Nec obstat eum qui contra tabulas possessionem petierit, à substitutione pupillari repellit. l. 22, h. t. vide 1803.

1555. Si dictum sit, si uterque impubes deceperit, non aliter admittitur substitutio, nisi uterque in primâ aetate deceperit, l. penult. cod. de impub. & al. vide 1822.

Quasi cogitasset pater fratrem in ejus portionem succedere. *ibid.*

Idem, si fratres INVICEM substituti sunt, l. 25, h. t. vide 1546.

Nec unquam admittitur substitutus, ubi superest persona qua ex præsumpta voluntate defuncti debet antecedere substitutum. Goth, in d. l. 25.

1556. Pupillaris substitutio FINITUR pubertate, licet longius tempus comprehensum fuerit, l. 14, h. t.

Nec post 14 annum fieri convenit, l. 7, h. t. vide 1550.

MILES verò usque ad 25 annum filii potest, quoad bona duntaxat sua. l. 15. h. t.

1558. Ad EXEMPLUM pupillaris, mente captis liberis parentibus substituere indulgetur, l. 9, cod. de impub. & al.

Legitimā portione eis relictā, ne querela contra testamentum oriatur. d. l. 9.

Non licet autem parenti qui vel quae testatur alios quam descendentes ex eis substituere, vel unum, vel omnes. d. l. 9.

Aut fratres aut sorores eorum, si ex eis nullus descendat. ibid.

Ità tamen ut si posteā resipuerint, talis substitutio cesseret. ibid.

1559. De precariis substitutionibus, seu fideicommissis, vide 1671....

T I T. VII. De conditionibus institutionum.

Cod. VI, 25.

1562. *CONDITIO* est eventus futurus, qui in dubio est, sit an non sit. Cujac. h. t.

Sive est causā quā existente nascitur obligatio, deficiente nulla constituitur, suspensa suspenditur. Cujac. lib. 17, qu. Papin. ad l. 71, de cond. & dem.

Dies incertus appellatur conditio. l. 30, paragr. 4, delegat. 1º.

1563. Implenda est voluntas si heres possit, l. 8, paragr. 7, h. t.

Si accipere nolit cui dare iussus est, pro impletâ conditione habetur, l. 3, h. t.

Plerumquè enim hæc conditio si uxorem duxerit, si dederit, si fecerit, ita accipi oportet, quod per eum non stet quominus ducat, det, aut faciat l. 23, h. t. l. 1, cod. de instit. & subst. vide 2654.

64. Sub IMPOSSIBILI conditione facta institutio, non vitiatur, *l. 1, h. t. vide 1816, 1966.*

Cum nullam vim habeat quod impossibile est, *l. 45, de hered. instit.*

Item, testamentum infirmat patris, conditio quæ contra leges, pietatem, existimationem, verecumdiā, bonos mores est, *l. 9, 14, & l. 15, h. t. vide 1817.*

Velsi conditio non fuit in filii potestate, *l. ult. h. t. l. 4, de hered. instit. l. 4, cod. de instit. & subst.*

In cæteris, perindè est conditio impossibilis vel turpis, ac si purè institutus esset heres, *l. 50, paragr. 1, de hered. instit. & pro non scripta, l. 8 & 20, h. t. l. 20, de cond. & dem.*

Vel si sub conditione jurisjurandi, *l. 8, h. t.*

Quamvis conditio reproba alternata sit cum conditio justâ, ne heredem urgeat ad injustam. *ibid. paragr. 5.*

Si se facturum jurare jussus est, compellitur facere solo jure jurando remisso. *l. 26 de cond. & dem.*

1565. Et vivo testatore, conditio potest impleta videri. *l. 7, cod. de instit. & subst. vide 1815.*

1566. Sub conditione herede instituto, eique substituto, purè substitutus erit, nisi repetita sit conditio. *l. 73, de hered. instit.*

1567. Si plures instituti sub diversis conditionibus sint, conditio quæ PRIOR extiterit, occupabit institutionem. *l. 17, h. t.*

1568. Conditio in præteritum *si Consul fuit*, vel in præsens *si Consul est*, superius testamentum rumpit, si conditio existat, *l. 16, de injust. rupt.*

Quæ verd in futurum *si Consul erit*, superius rumpit, licet non extiterit, si existere potuit. *ibid.*

1569. De conditione nubendi, *vide 1242; captatoria 1531; in legatis vel fideicommissis. 1814.....*

TIT. VIII. *De jure deliberandi.*

Cod. VI, 30, Novel. 158.

1570. *Jus adeundæ hereditatis est perpetuum. Cujac in*

parat. cod. h. t. ex l. 1, cod. de suis & legit.

Præterquam si tempus datum sit. ibid.

Hodiè supervacua est deliberationis petitio, cùm sine periculo adeat heres, modò INVENTARIUM conficiatur, l. ult. paragr. 13, cod. h. t.

Et subscriptabat, quod nullâ malignitate res apud eum remaneant. d. l. ult. paragr. 2.

1571. Intrà 30 dies ex quo cognoverit se heredem esse, inventarium exordium capiat, & intrà alios 60 dies impleatur, l. ult. §. 2, cod. h. t.

Intrà annum, si heredem abesse contigerit à locis in quibus vel maxima pars rerum posita est. ibid. §. 3.

Et sit hoc spatum ipso jure pro deliberatione concessum. ibid. paragr. 11.

Nec interea in jus vocari possit, nullo ex hoc creditoribus circà præscriptionem temporalem præjudicium generando. d. paragr. 11.

Ex quo autem in hoc spacio temporis inventarium perfecerit, conveniri potest. Goth. in d. §. 11.

1572. Qui adivit hereditatem nullo indiget inventario, cum omnibus creditoribus suppositus sit, l. ult. §. 1, cod. h. t.

Vel si fese IMMISCUERIT, ut non posteà eam repudiet. ibid. vide 1596.

Ut si debitum paternum solverit, l. 2, cod. h. t. vide 1588.

Vel rem hereditariam vendiderit, l. 16, §. 5, & l. 13, §. 4, de hered. petit.

Ex eo enim ipso quod inventarium facere distulerit, in solidum creditoribus hereditariis tenetur, l. ult. paragr. 12, h. t.

Et l. falcidiæ beneficio non ut ar. ibid. paragr. 14, Nov. 1, cap. 2.

1573. Qui subripuisse vel CELASSE ex hereditate convictus est, vel amovendum curasse, in duplum hoc restituere, vel computare compellitur, l. ult. cod. §. 10, h. t.

1574. Ex inventarii confectione in tantum heres hereditariis creditoribus tenetur in quantum ad eum devolutum est, l. ult. §. 4, cod. h. t.

300 Lib. XXVIII, Tit. VIII.

*Ità ut nihil ex substantiâ suâ penitus amittat. d.
paragr. 4.*

Et nec lucrum nec damnum sentiat. ibid. §. 10.

*Nec si quas contra defunctum habeat actiones con-
fundantur. ibid. §. 9, sed similem cum aliis credito-
ribus habeat fortunam. d. paragr. 9.*

1575. Intra deliberationis tempus (*sive confectionis in-
ventarii*) adito Prætore potest vendere res quæ ex
tempore deteriores fiunt vel morâ, *l. 5, §. 1, h. t.*
vide 1377, 1470.

Et nimirum sumptuosas, & venalitias. d. §. 1.

*Et à debitoribus pecunias exigere, undè fiant im-
pendia, l. 6, h. t.*

*Quod si nulli sint, venire debent res supervacuae.
ibid.*

Modò Prætor aditus permiserit. l. 7, in f. h. t.

1576. FILIUS dum deliberat heres, alimenta habere
debet ex hereditate. *l. 9, h. t. vide 1897.*

1577. De separatione à creditoribus petitâ, *vide 2068.*

L I B E R X X I X.

T I T. I. *De testamento Militis.*

Cod. VI, 21.

1579. **M**ILITIBUS quoquomodo velint, & què-
cumodo possint testamentum facere con-
cessum est, *l. 40, h. t.*

*Quamvis filiifam. l. 15, de mort. cauf. donat. l. 43,
h. t.*

Modò pupilli non sint, l. ult. cod. h. t.

*Arma etenim magis quam jura scire milites, sacra-
tissimus legislator aestimavit, l. 22, cod. de jure de-
lib.*

*Et propter simplicitatem militarem, l. 3, cod. h. t.
Nam voluntas militis in expeditione occupati, pro-
jure servatur, l. 1, cod. h. t.*

*Modò de testamento confiter, l. 24, h. t. legitimis
probationibus, l. 40, h. t..*

Quamvis nec legitimū numerū testimoniū adhibuerint, paragr. 1, instit. h. t.

Ad minimum verò duo. Goth. in Novel. Leon. 49, subscriptentes si ipse non subscriperit, Edicto 1735, art. 28, avec un Notaire ou un Officier militaire, jusqu'au Greffier du Prevôt, & s'il est malade ou blessé, devant l'Aumônier, quoique religieux ou régulier. art. 27.

Nec sufficit dixisse, te heredem facio, nisi ad hoc convocatis hominibus, l. 24, h. t.

In scriptis eorum voluntas stabilis est, si quid in vaginā aut clypeo litteris sanguine suo rutilantibus, aut in pulvere gladio suo scripserit, l. 15, cod. h. t.

Hodiè valet si ipse totum scripsit, & subscriptum cum die & anno. d. Edicto 1735, art. 27.

1580. Eodem jure utuntur qui in hostico loco deprehenduntur & decedunt, l. un. de bon. poss. ex test. mil.

Quamvis milites non sint. ibid. & l. ult h. t.

Et qui castra sequuntur, vel ibi deserviunt. d. Edicto 1735, art. 31.

Idem, de his qui in CLASSIBUS sunt remiges & nautæ, milites enim sunt. d. l. un. paragr. 1.

Scribā navis pro tabellione constituto. Ordin. 1681, lib. 3, tit. 11, art. I.

Cum tribus testibus subscriptentibus. ibid. vel si totum scripserit. ibid.

Sed tantummodo de rebus in nave positis. ibid. art. 2.

1581. Privilegium militum durat quamdiu in expeditionibus sunt occupati, l. 17, cod. h. t.

Id est, sive in hibernis, stativis, vel ædibus, alioquin parum distabit miles à Pagano, cum Paganus in procinctu & hostico, jure militari testari potest. Goth. in d. l. 17.

Si igominiæ causâ missus est, desinit statim testamentum valere. l. 26, h. t. vide 1586.

1582. MULIER in quam turpis suspicio cadere potest, nec in testamento militis aliquid capiet, l. 41, paragr. 1, h. t.

Ut putà si stupro cognita in contubernio militis fuit. l. 14, de his qu. ut indigna.

1583. Miles pro parte testatus potest decedere , pro parte intestatus , l. 6, & l. 19, h. t. l. 1, cod. h. t.

Quod in Paganis jus nostrum non patitur , l. 7, de regul. jur.

Item, & ad tempus heredem facere , l. 15, §. 4, l. 41, h. t. vide 1537.

Et deportatum , & ferè omnes qui testamenti factionem passivam non habent , instituere , l. 13 , paragr. 2, h. t.

Et impuberi filio testamentum facere , tametsi sibi non fecerit , l. 15, §. 5, l. 41, in fine h. t. usque ad 25 filii annum , l. 15 , de vulg. & pupill.

Alienum jus miles minuere non potest. l. 28 , h. t.

1584. In testamento militis , l. falcidiam cessare , explorati juris est. l. 12 , cod. h. t.

1585. Et ante militiam factum testamentum jure militari valet , si miles ita se velle aliquo modo declaraverit , l. 25 , h. t.

Et in militia factum valet , si intrà annum quam missus est decesserit. l. 38 , h. t. hodiè intra sex menses post redditum . Edicto 1735 , art. 32.

1586. Valet in militaribus rebus , tametsi ex militari delicto damnatus sit , l. 11 , h. t. l. 13 , cod. h. t.

Nisi sacramenti fides rupta sit. d. l. 11 , id est , si proditor vel profugus , vide 1581.

Non valet si alios scribat heredes , ignorans se filium habere , l. 9 , cod. h. t.

Si fecit inofficium , vide 352 , si mutus simul & surdus , 1490.

TIT. II. De acquirendâ vel omittendâ hereditate.

Cod. VI , 31.

1587. Quae sit HEREDITAS , vide 354.

Delata hereditas intelligitur , quam quis possit adeundo consequi , l. 151 , de verb. signif.

In suis heredibus ADITIO non est necessaria , quia statim ipso jure heredes existunt , l. 14 , de suis & le-

git. vide 1916, quod in omnibus obtinuit apud nos.

Quamdiū autem potest ex testamento adiri, ab intestato non defertur, *ll. 39, 70, h. t. 89, de reg. jur.*

Item, quamdiū institutus admitti potest, substituto locus non est. ll. 3, 69, h. t.

1588. ANIMO quoque potest agnoscī hereditas, licet nihil attingat hereditarium, vel alienam rem ut hereditariam possideat, *l. 88, h. t.*

Vel putat se heredem esse, l. 11, de hered. petit. vide 361.

Vel aliquid facit quasi heres, l. 20, h. t. vide 1572.

Nec hoc an tenuerit res hereditarias, necnē, sed au admiserit hereditatem quārendum est, *l. 4, undē legit.*

Cūm non tām sit facti quām animi, *l. 20, h. t.*

Idcirco pro herede non gerit, qui pretium accepit ne heres sit, l. 24, h. t.

Quamvis teneatur ut heres, *l. 2, si qu. omis. eō quod hereditatem vendidit, secūs si repudiavit.*

Nec qui testamentum ignorans quasi proximus agnatus gessit, l. 22, h. t.

Nec qui pietatis, vel custodiæ causā, l. 20, h. t. vel metu, l. 85, h. t.

Nec si communibus sibi & defuncto rebus usus est, l. 78, h. t. & non plūs quām suā parte. ibid.

1589. Pro herede gerit ille qui accipit quod citrā nōmen & jus heredis accipere non poterat, *l. 20, paragr. 4, h. t.*

Vel debitum paternum exsolvit, l. 2, cod. de jure delib.

MUTUS & surdus etiam itā natus, pro herede gerere, & obligari hereditati potest, *l. 5, h. t. curatore adhibito, vide 1481.*

Et ille cui lege bonis interdicitur, *l. 5, paragr. 1, h. t.* cūm acquirere sibi stipulando possit, *l. 6, de verb. oblig.*

PUPILLUS non potest, sine tutoris auctoritate, *l. 8, h. t. vide 1396.*

Nec repudiando sibi nocere, l. 5, cod. de rep. vel abst.

MINOR potest, sed restituitur, si damnosam adiecit hereditatem. *l. 57, paragr. I, h. t. vide 258.*

1590. Jus nostrum non patitur eundem in Paganis & testato & intestato decesse. *l. 7, de reg. jur. nisi expressim voluerit testator. Goth. ibi.*

Quapropter hereditatis, vel omnia admittantur, vel omnia repudientur, *l. 20, cod. de jure delib.* vel totum agnoscat, vel à toto recedat, *l. 55, h. t.*

Cùm scindendo adiri non possit, *l. 1, h. t.*

Nec ab eo qui ex parte institutus est, *l. 2, h. t.*

Sed deficientium partes accrescunt coheredi, etiam invito, *l. 53, paragr. I.*

Attamen si minor coheres restitutus est, ejus partis onus sustinere coheres ejus non cogitur, *l. 61, h. t.*

Sed bonorum possessio creditoribus datur. *ibid.*

1591. Heres jam tunc à morte, successisse defuncto intelligitur, *l. 54, h. t. l. 153, de regul. jur.*

Et in omne jus mortui, *l. 37, h. t. & potestate, l. 59, de regul. jur. vide 354, 1528.*

Quamvis hereditas postea adeatur. *l. 180, de regul. jur.*

1592. Si nemo sibi hereditatem, omnis vis testamenti solvitur, *l. 141, de regul. jur.*

Et res ad intestati causam redit, *l. 1, paragr. I, quod. ord. in poss.*

Cùm semel verà adita est hereditas, omnis defuncti voluntas rata constituitur, *l. 55, paragr. 2, ad S. C. trebel.*

Hereditas enim nisi fuerit adita, non transmittitur, *l. un. paragr. in novissimo 5, de cad. toll.*

Verum transmittit heres si intra tempus deliberationis, id est, annale, deceserit. *l. 19, cod. de jure delib. apud nos quandocumque, si non repudiavit, vide 1880.*

1593. Deficientis pars conjunctis ACCRESCIT, *l. 63, de hered. inst.*

Proportionibus hereditariis, *l. 59, §. 3, eod. t. l. un. §. his ita 10, cod. de caduc. toll.*

Etiā invitis, *l. 53, paragr. I, h. t.*

Conjunctim enim institutis, tota hereditas singulis data est, l. 80, de legat. 3^o. & partes concursu fiunt. *ibid.*

Item, ex residuâ parte institutus ex asse heres extitit, si alter heres capere non poterit, l. 2, cod. de hered. inst.

Si plus vel minus assis distribuit, pro portionibus crescit, vel decrescit. l. 13, h. t. per totum.

1594. Is solus potest REPUDIARE qui & acquirere potest, l. 18, h. t. l. 134, de regul. jur.

Nolle enim adire hereditatem non videtur, qui non potest adire, l. 4, h. t.

Cùm ejus sit nolle qui potest velle, l. 3, de regul. jur.

Item, heres repudiatione hereditatem amittit, l. 13, h. t. si certus de suo jure sit, l. 23, h. t. & hereditas adiri possit. d. l. 13, vide 1660.

1595. Heres heredis Titii, non potest Titii omittere hereditatem, l. 7, paragr. 2, h. t.

Cùm heres heridis testatoris heres sit, l. ult. cod. de hered. inst. vide 1528.

Secùs in legatariis. l. 38, de legat. 1^o. vide 1655.

1596. Major (25 ann.) qui vel adiit vel repudiavit, non restituitur, l. 4, cod. de repud. & abst. vide 277.

Nisi coactus, vel metûs causâ, invitus heres extitit, l. 85, 6, in f. h. t.

Vel ignorans, veluti si filius paternum fundum quasi maternum possedit, l. 87, h. t.

Item, qui imperfectam voluntatem defuncti suâ sponte agnoscit, implendi eam necessitatem habet, l. 16, paragr. 1, cod. de testam.

1597. SUUS heres si nondum res alienatae sint intrâ triennium recusatam hereditatem adire potest, l. ult. cod. de repud. vel abst.

Filius potest usque ad annum, mutatâ voluntate adire, antequâm consanguineus adierit. l. 6, §. 1, ad S. C. Tertyll. quamvis non possit stricto jure, l. 2, cod. de jur. & fact. ignor. & ibi. Goth.

1598. Filio non denegatur legatum qui patris abstinuit:

hereditate , l. 87 , de leg. 1º. l. 12 , cod. de legat.

Nec quæsita ex causâ donationis , l. 25 , cod. fam. ercisc.

Idem , & in extraneis heredibus , ll. 17 , in f. 91 , S. 2 , de legat. 1º. 4 , §. 11 , de doli mali & met.

Non enim impugnatur judicium , ab eo qui justis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari , l. 87 , de legat. 1º.

1599. SUUS heres si aliquid ex hereditate amovit , abstinenti beneficium non habebit , l. 71 , paragr. 4 , h. t.

Nisi errore ductus . *ibid.* paragr. 8.

Quamvis subripiens vel expilans , non pro herede gerat , l. 21 , h. t.

Et delictum admissum contrariam voluntatem declarat . *ibid.*

Cum nemo sibi furtum facere intelligitur. Goth. ibi.

Si antè se abstinuit , deinde amovit , furti tenetur , l. 71 , paragr. 9 , h. t.

1600. Liberum cuique esse debet , etiam lucrosam hereditatem OMITTERE , licet eo modo legata intercidant , l. 17 , si qu. omis. l. 2 , cod. eod. t.

Neque interdictum est ut quis omittat hereditatem , si sine fraude id fiat , l. 6 , paragr. 8 in f. si quis omis.

Tamen si possideat pro emptore , pro dote , pro donato , sive alio titulo , excepto pro herede , l. ult. eod. t.

Alioquin , si hereditatem vel partem ejus possideat , legata præstabit , l. 1 , paragr. 9 , eod. tit. & fideicomissa , l. 28 , paragr. 1 , eod. t.

Vel si quocumque modo eam lucrifactorus sit , d. paragr. 9 , in f.

Vel si minimam portiunculam , l. 13 , eod. t.

Vel si pecuniam à substituto acceperit ut prætermitteret , l. 3 , eod. t.

Vel si nimiâ gratiâ liquido constiterit , in necem legatariorum hoc factum , l. 4 , eod. tit. vide 1689.

Prætor enim ejus calliditati occurrit , qui omisâ

causâ testamenti ab intestato possidet , l. 1, eod. tit.
per se , vel per alium. d. l. paragr. 1.

Vel dolo desit possidere , l. 6, paragr. 5 , eod. t.

Vel conditioni non paruit , l. 1, paragr. 8 , eod.

Nec minus delinquit ille qui non incipit possidere ;
quam ille qui desinit , l. 1, paragr. 12 , cod. vide
2011, 2076.

Idem , si quis per fraudem omiserit hereditatem ,
ut ad legitimum perveniat , d. l. paragr. ult. intellige
si ab eo aliquid accipiat , vel accepturus sit.

In omnibus his , salvo beneficio l. falcidiæ , l. 18 ,
paragr. 1 , eod. tit.

Et possessore hereditatis prius excusso , l. 2 , in f.
eod.

Si duo heredes omiserint pro partibus ut ab intestato possideant , in singulos competit actio , l. 18 ,
eod. tit.

Heres ejus qui omisit in fraudem , tenetur , l. 12 ,
paragr. 1 , eod. tit.

1601. Debitores hereditarii unicuique heredum proportione hereditariâ obligati sunt , l. 1 , cod. de except. l. 1 & 2 , cod. si un. ex plurib. hered.

Sicuti onera hereditaria pro hereditariis partibus agnosci debent , l. 2 , cod. de hered. act. vide 1657.

Uni enim pro solido , duo heredes esse non possunt , l. 183 , §. 1 , de reg. jur.

Præterquam in his quæ dividi non possunt , l. 152 ,
eod. t. l. 85 , paragr. 2 , de verbor. oblig.

Pignus verò in solidum unicuique heredum tenetur , l. 1 & 2 , cod. si un. ex plur. hered.

Unde possessor obligatae rei conveniendus est , quamvis pro parte heres sit , l. 2 , cod. de hered. act.

1602. Si ex duobus heredibus debitoris alter condemnatur , alteri integra defensio est , etiam si scierit. l. 63 , de re judic. vide 2148.

T I T. III. *Testamenta quomodo aperiantur , inspiciantur & describantur.*

Cod. VI , 32.

1604. Prætoris officium est ut cogat signatores con-

venire, & sigilla sua cognoscere, l. 4, h. t. si de solemnni seu mystico agatur.

Vel negare se signasse, l. 5, h. t.

Non tamen ad rem pertinet, unus absit an omnes, l. 7, h. t.

Si res urgeat, aperire jubet, deinde eò mittuntur tabulæ ubi signatores sint, ad inspicienda sigilla sua. d. l. in fine. Hodiè sigillorum testium superflua solemnitas est. Edic̄to 1735. art. 9.

1605. Tabulas inspiciendi describendique potestatem tribuit Prætor, l. 1, h. t.

Non verò si liquerit testatorem vivere, l. 2, §. 4, h. t.

Qui enim aperuit VIVI testamentum. l. corn. pœnâ tenetur. l. 1, §. 5, ad l. corn. de fals. vide 2362.

1606. Tabulæ testamenti manere debent apud eum qui ex majore parte heres est, l. 4, inf. & l. 5, fam. ercise.

Aut in æde deponi. d. l. 4, in f.

Idem, de cautionibus hereditariis. d. l. 5, (testires & papiers.)

Si omnes iisdem ex partibus heredes sunt, sortiri eos oportet, aut amicum eligere. d. l. 5.

Universorum autem sunt tabulæ quibus quid illuc adscriptum est, quin potius publicum est instrumentum, l. 2, h. t.

Apud nos in actis Notariorum inscribuntur, postquam solemniter operta sunt.

1607. Iterdictum de tabulis exhibendis datur, ut illi penes quos tabulæ testamenti sunt, eas exhibeant, l. 1, de tab. exhib.

Sive valeat testamentum, sive non. *ibid. paragr. 3.*

Sive supremæ sint, sive priores. *ibid. paragr. 4.*

Verum ad VIVI tabulas non pertinet. *ibid. §. 10.*

Sed eas ipse testator solus vindicare poterit, l. 3, paragr. 5, eod. tit.

Namque etiam inspectio, materiam falso fabricando instituere potest. l. 2, paragr. 6, h. t.

T I T. VI. *Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.*

Cod. VI, 34.

1611. Qui dum CAPTAT hereditatem legitimam, vel ex testamento, prohibuit testamentarium introire, volente eo facere testamentum, vel mutare, ei denegantur actiones, l. 1, h. t. vide 340, §. 9.

Idem, si dolo malo fecit, ut testes non veniant, l. 2, h. t.

Sive legitimus heres sit, sive priore testamento scriptus. d. l. 2.

Cùm velut indignus removeatur, l. 2, cod. h. t. l. 19, de his qu. ut ind.

Et crimen adjungitur si testator non suâ sponte testamentum fecit, sed compulsus quos noluerit scripsit heredes. l. 1, cod. h. t.

1612. In crimen non incidit vir qui offensam ægræ mulieris MARITALI sermone placaverat, l. ult. h. t.

Quominus contrà eum mutatâ voluntate codicillos faceret. *ibid.*

Postremum enim judicium uxoris in se provocare maritali sermone, non est criminosum, l. ult. cod. h. t. vide 1531.

T I T. VII. De jure codicillorum.

Cod. VI, 36.

1614. Codicillos is demùm facere potest, qui & testamentum facere potest. l. 6, paragr. 3, h. t.

1615. CODICILLI sunt testati vel intestati voluntas minus solemnis. Cujac. h. t.

Perinde habentur, ac si in testamento priore vel posteriore scripti essent, l. 2, paragr. 2, h. t.

Intestato patre familias mortuo, nihil desiderant codicilli, sed vicem testamenti exhibent, l. 16, h. t.

Nec interest qui succedit , dum intestato succedat ,
ibid.

Testamento autem facto , jus sequuntur ejus . d. l.
16 , in fine .

Testamento posteriore revocantur , l. 5 , k. t. nisi ab
eo confirmati , *ibid.* vel si appareat à voluntate non
recessisse . paragr. 2 , instit. h. t.

Item , PLURES fieri possunt , & simul vires ha-
bent . l. 6 , paragr. 1 , h. t.

1616. Quinque testes rogati vel fortuiti , uno eodem
que tempore debent adhiberi , l. ult. §. ult. cod. h. t.

Sicut & in omni ultimâ voluntate , excepto testa-
mento . *ibid.*

Hodiè quatuor , quia tabellio pro uno numeratur ,
Edicto 1735 , art. 14.

1617. HEREDITAS nec dari nec adimi codicillis po-
test , l. 2 & 7 , cod. h. t.

Neque conditio heredi instituto adjici , l. 6 , h. t.
l. 27 , paragr. 1 , de condit. inst.

Neque directo substitui . d. l. 6 , l. 7 , cod. h. t.

Potest tamen verbis precariis , l. 2 , cod. h. t. seu per
fideicommissum , l. 8 , paragr. 1 , h. t. l. 76 , ad S. C.
Trebell.

Salvâ ratione falcidiæ , l. 2 , paragr. ult. h. t.

Si dixerit , quem heredem codicillis fecero , heres esto ,
valet institutio , l. 77 , de hered. inst. vide 1529.

1618. Qui testamentum facere opinatus est , non vide-
tur ex hoc codicillos fecisse , l. 1 , h. t. l. 41 , paragr.
3 , de vulg. & pup.

Nisi adjecerit se velle hoc etiam vice codicillorum
valere , l. 3 , de testam. mil. idque expressè , l. 1 , h.
t. l. ult. paragr. 1 , cod. h. t.


Verum defendi potest in jure clausulam codicillarem
in omnibus testamentis tacitè intelligi . Cujac. 8. ad
Affric. in §. locavi tibi fundum 8 , l. 61 , de furtis post
l. 110 , de legat. 1º. vol. 1 , col. 1492 , argum. l. ult.
cod. quæ res pign. obl. adde argum. l. 31 , §. 2 , de
œdil. edit. vide 318 , sed hodiè non suppletur , Edicto
1735 , art. 57 & 67 , nisi favore liberorum ex usit
nostro .

1619. Si posthumus natus ruperit testamentum & decesserit, nihilominus codicilli valeat, l. 8, §. 3, h. t.

Item, postumi nativitate rupto testamento, pro parte legata in codicillis, debentur à solo coherede. l. 19, h. t.

1620. Lagata in codicillis non debentur, si tempore codicillorum heres scriptus jam obierit, l. 14, h. t.

Nec debentur à substituto, *ibid.* eò quod heres ad quem sermonem conferat testator in rebus humanis non sit., *ibid.* quod vix obtineret apud nos quasi subtile nimis, vide 1674, substituto testamentum sustinente, vide 1675.



L I B E R XXX, T I T. I.

E T

L I B E R XXXI, T I T. I.

De legatis 1^o. & 2^o.

Cod. VI, 37.

2625. L EGATUM est delibatio hereditatis, l. 116, h. t. 1^o.

Sive donatio testamento relicta, l. 36, h. t. 2^o. vel codicillis, l. 2, paragr. 2, de jure codic.

Ab herede præstanta. §. 1, instit. h. t. vide 1652.

Pro portionibus hereditariis, si plures sint, l. 34, paragr. 12, h. t. 1^o. vide 1601, 1657.

Appellatione legati, & fideicommissum & mortis causâ donatio continentur. l. 87, de legat. 3^o. vide 1981.

1626. Quod in rerum naturâ adhuc non sit, legari potest, l. 24, h. t. 1^o.

Et quod futurum est. l. 17, de legat. 3^o.

1627. Quæ sunt principis aut publici usus, si legaverit quis, furiosi est talia scribere, l. 39, paragr. 8, h. t. 1^o.

312 Lib. XXX, 1. & Lib. XXXI, 2.

Si jus in eis habuerit, valet legatum l. 71, in f. h.
t. 1^o.

1628. Constat res ALIENAS sciente testatore legari
posse, si parari possint, l. 39, §. 7, h. t. 1^o. & fidei-
committi, l. 11, paragr. 17, de legat. 3^o.

Etiam si difficilis sit earum paratio. d. paragr. 7.

Idcirco heres eam rem emere tenetur, l. 30, in f.
de legat. 3^o.

Aut veram ejus aestimationem praestare. ibid. & l.
61, ad l. falcid. si dominus non vendat, aut immo-
dico pretio vendat, l. 14, §. 2, de legat. 3^o. l. 71,
paragr. 3, h. t. 1^o.

Vel si à creditoribus distracta sit, l. 6, cod. de fi-
deic.

Si rem suam existimavit esse testator, non valet
relictum, l. 10, cod. h. t.

Sunt enim magis in legandis suis rebus quam in
alienis comparandis, & onerandis heredibus faci-
liores voluntates, l. 67, paragr. 8, h. t. 2^o.

Valet ramen legatum si proximae personae, vel
uxori, vel cui legaturus esset, etiamsi scisset alien-
am, l. 10, cod. h. t. l. 10, inf. de auro & arg.

Item, valet si dominium rei sit apud heredem, l.
67, §. 8, h. t. 2^o. vide 1678.

Nec audietur heres si aestimationem rei praestare vel-
let, l. 71, paragr. 4, h. t. 1^o.

1629. Si res COMMUNIS sit quam suam nominavit,
portionem tantum deberi constat. l. 5, §. 2, h. t. 1^o.
l. 30, paragr. 4, de legat. 3^o.

1630. Si LEGATARII res sit, inutile legatum erit, l.
41, paragr. 2, h. t. 1^o.

Quamvis, vivo testatore, eam alienaverit. ibid.

Quia vires ab initio legatum non habuit. ibid. con-
tra l. 1, in f. de regul. caton. quæ in hoc abrogatur.
parag. 11, instit. h. t.

Item, legatarius vel fideicommissarius qui rem ex
lucrativâ causâ possidet, eam petere non potest, l.
88, paragr. 7, h. t. 2^o.

Nam traditum est duas LUCRATIVAS causas in
eundem concurrere non posse. paragr. si res aliena 7,
instit. h. t. vide 1972, 1649.

Secūs

Secus si rem emit sibi legatam , l. 34 , §. 7 , h. t. 1°.

Vel si defunctus æstimationem quoque præstari voluit , l. 21 , paragr. 1 , de legat. 3°.

Vel si res magis in quantitate quam in corpore consistit , putè tessera frumentaria. l. 87 , h. t. 2°. tessera , taille sur laquelle on distribuoit le blé au grenier public.

1631. Si rem legatam post testamentum factum pignori vel hypothecæ dederit , mutasse voluntatem non videtur , l. 3 , cod. h. t.

Et placuit ab herede liberari. *ibid. vide 1679 , 1719.*

Item , si res obligata sciente testatore legata sit , ab herede luenda est , l. 57 , h. t. 1°.

Eam enim ita dare debet heres , ut habere liceat , l. 45 , paragr. 1 , h. t. 1°. *vide 2643.*

Nisi si res LITIGIOSA sit , & heres in lite victus fuerit , cum litis eventus videatur relictus. auth. nunc si. cod. de litigios.

Vel si obligatam rem nesciat testator , l. 57 , h. t. 1679.

Idem , in dote prælegatâ. l. 15 , de dote præl. vide 1719.

1632. Si rem suam testator necessitate urgente ALIE-NAVERIT legatum non ademit , l. 11 , paragr. 12 , de legat. 3°.

Quia ex necessitate compulsus fuit , non quod diminuere vellet ex legato , 134 , §. 1 , de auro arg.

Nisi mutata voluntas ab herede probetur , l. 11 , paragr. 12 , de legat. 3°.

Sed si sine necessitate alienaverit , non debetur legatum quamvis rursus redemerit , l. 15 , de adm. legat.

Nisi probet legatarius novam voluntatem testatrix. *ibid.*

Si rem legatam testator alii DONAVERIT , omnimodo extinguitur legatum , l. 18 , de adm. leg. et si non valeat donatio , l. 24 , paragr. 1 , eod. tit.

Nec distinguimus utrum propter necessitatem amera voluntate donaverit , cum nemo in necessitatibus liberalis existat. *d. l. 18.*

314 Lib. XXX, 1, & Lib. XXXI, 2.

1633. Si EXACTUM sit debitum, evanescit liberationis legatum, l. 7, paragr. 4, de liber. legat.

Veluti si id quod mihi deberes tibi vel alii legavero, idque mihi solveris, l. 21, eod. t. coactus glossa ibi in v. solveris.

Secūs si non ipse exegerat, sed offerente debitore non potuit non accipere, l. 11, paragr. 13, de legat. 3°. non quasi vellet extinguere legatum. ibid.

Maximè si deinde pro deposito eandem pecuniam habuit. *ibid.*

1634. Hoc prohibetur legari quod non alias præstari potest quam ut ædibus detrahatur, subducatur, ut marmora vel columnæ, l. 41, §. 9, h. t. vide 2686.

Idem, in tegulis, tignis, & ostiis. ibid.

Et in bibliothecis parietibus inharentibus. *ibid.* & statuis. *ib. paragr. 12.*

Quasi portio cedium, *d. paragr. 12.*

Vel si sine domūs injuriā, auferri non possit, l. 21, inf. de legat. 3°. vide 2334, nisi heres ipse junxerit, l. 41, in fine h. t. 1°.

Vel si publicus deformetur aspectus, l. 2, cod. de edif. priv. vide 373, 2089.

Si ad extruendam domum legatam, æstimationem præstat heres. *l. 41, paragr. 4, h. t. 1°.*

1635. LANA legata vestis ex eâ à testatore facta non debetur, *l. 88, de legat. 3°.*

Contrà *l. 44, paragr. 2, h. t. 1°. quæ non placet Cujac. ad Africanum in l. 36, de usufr. col. 1370, adde quod ex ueste iterum lana non sit, & quod prætiosior est uestis quam lana.*

Item, si MASSAM quis legavit, & scyphi facti sunt, scyphi debentur, l. 44, paragr. 2, h. t. 1°. vel contrà. ibid.

Si lancem legavit & massam fecit, mōx poculum, debebitur poculum. *ibid. paragr. 3, quia cum de metallo agitur, materia pretiosior in eo supereſt.*

Cum talis argentum naturæ sit, ut særpius in suâ redigi possit initiā, *l. 78, paragr. 4, de legat. 3°.*

Idcirco argenti appellatione, factum argentum comprehenditur. ibid. (factum, travallé ou mis en œuvre.)

Quamvis materialē legatā, navis, armariumvē ex eā factum non vindicetur, l. 88, paragr. 1, eod. t. quod in marmore legato obtinet, si statua ex eo facta sit. d. paragr. 4.

1636. Si SPECIES nominatim legata non reperiatur, sine dolo heredis, peti non potest, l. 32, §. 5, h. t. 2^o. l. 6, de auro arg.

Nec si ea quae legavit ædibus junxit, l. 41, paragr. 15, h. t.

Sed si heres ea junxit, legatum non extinguit. d. l. 41, in f.

Et estimationem præstabit, l. 43, h. t. 1^o.

Item, non durat legatum, si res legata in suâ specie non permanerit, l. 6, paragr. 1, de auro arg. vide 1641, 418.

Quasi mutatā voluntate. ibid.

Item, si ex illo dolio amphoras decem & pauciores sint, hoc tantummodo accipit legatarius quod inventur, l. 8, paragr. 2, h. t. 2^o. vide 1640.

Idem, si decem quae in arcā habeo, l. 108, paragr. 10, h. t. 1^o.

Si verò medio tempore deminuta suppleatur, ad legatarium pertinebit. l. 65, paragr. 1, h. t. 2^o.

1637. Si dixerit testator, quae Lucius mihi debet, nihil amplius quam actiones suas præstabit heres, l. 105, h. t. 1^o.

Idem, si codicillis non idoneum nominavit, & idoneus in testamento nominatus sit, l. 88, paragr. 8, h. t. 2^o.

Si Lucius nihil debeat, nullum est legatum, l. 75, paragr. 1, h. t. 1^o.

Cum non appareat quantum sit. ibid. vide 1833.

Idem, si dixerit, centum aureos quos Titius mihi debet, nec Titius debeat. ibid. paragr. 2.

Essē enim debtor debet, nec falsa demonstratio est, sed falsa conditio sive causa. d. paragr. 2, vide 1832.

Si debtor maneat, actiones adversus eum heres duntaxat præstare cogitur. d. paragr. 2.

Item, si nullas ædes reliquerit qui domum legavit, magis derisorium esse quam utile legatum. l. 71, h. t. 1^o.

316 Lib. XXX, 1, & Lib. XXXI, 2.

1638. Si minus legare voluit & plus scripsit, valet legatum minus, & contraria, l. 15, h. t. 1^o. vide 1533.

Potentior enim est quam vox, MENS dicentis, l. 7, in f. de suppell. leg. modò evidentissimè & inscriptis probata.

1639. GREGE legato, & quæ postea accedunt legatio pertinent, l. 21, h. t. 1^o. vide 1644.

Oibus legatis, agni non continentur, l. 65, in f. l. 81, paragr. 4, de legat. 3^o.

AGNI sunt qui minores anniculis sunt, l. 60, eod. tit.

Si deminutus pecus esset, ita ut vel unus bos superesset, vindicatur, quamvis grex non sit. l. 22, h. t. 1^o.

1640. Domus imposita à testatore areæ legatae post testamentum factum, debetur legatario, l. 44, §. 4, h. t. 1^o. l. 39, h. t. 2^o. nisi testator mutavit voluntatem. d. paragr. 4.

Et quod fundo legato adjecit testator, l. 8, & l. 24, paragr. 2, h. t. 1^o.

Veluti si hortum vicinum ædibus comparavit, quasi additamentum aditumquæ per domum habentem, l. 91, paragr. 5, de legat. 3^o.

Sicuti quod alienavit ademptum videtur, l. 8, & l. 24, paragr. 3, h. t. 1^o.

Et quod detraxit, vel alii destinavit. d. paragr. 3, quid si totum alienavit? Vide 1632.

1641. Quamvis DOMUS legata particulatim ita reflecta sit, ut nihil ex pristinâ materiâ supersit, utile manet legatum, l. 65, §. ult. h. t. 1^o.

Idem, de NAVE, modò carina maneat, l. 24, §. ult. h. t. 1^o. vide 377.

Secùs si dissoluta, tunc enim neque materia debetur, l. 88, §. 2, de legat. 3^o. vide 419.

Si destruetâ domo aliam eodem loco testator ædificavit, dicemus interire legatum, nisi aliud sensisse probetur. l. 65, §. ult. h. t. 1^o.

1642. Peremptâ re principali, ACCESSIONES extinguuntur, l. 2, de pecul. leg. vide 2665.

Idcirco mortuo bove qui legatus est, neque corium neque caro debetur, l. 49, h. t. 2^o.

Sicuti destruktâ nave , neque materia , neque navis debetur , l. 88 , §. 2 , de legat. 3^o.

Nisi dolo vel culpâ heredis , l. 53 , §. 5 , h. t. 1^o.

Vel si jam vindicandi legatarius jus habeat , meum enim est quod ex re meâ supereft , l. 49 , de rei yndic.

Et recte condici potest , l. 14 , §. 2 , de condic. furt.

Item , domo legatâ si combusta sit , area potest vindicari , l. 22 , h. t. 1^o.

Secùs in usufructu legato , l. 34 , §. ult. de usufr. vide 419.

1643. Nomine debitoris legato , usuræ quoque veniunt , l. 34 , de legat. 3^o.

Et alluviones in fundo legato , l. 16 , eod. t.

1644. Legatum sine FRUCTIBUS restituitur , l. 23 , h. t. 1^o.

Nisi de grege agatur cui incrementum accedit , l. 39 , de usur. vide 1639.

Ex morâ verò fructus restituit heres , l. 23 , h. t. 1^o. vide 1687.

Non quos percepit , sed quos legatarius percipere potuit , l. 39 , §. 1 , h. t. 1^o.

Et usuras , toto tit. cod. de usur. & fruct. leg. & quidem sine morâ si piuin legatum sit , l. 46 , §. 4 , cod. de Episc. & cler. nisi intrà 6 menses præbuerit. Novel. 131 , cap. 12.

Item , & consitenti heredi , modicum tempus ad solutionem datur , ex bono & æquo , l. 71 , §. 2 , h. t. 1^o , vide 2278.

1645. LIBRIS legatis , membranei continentur , & cartacei , vel alterius materiæ , l. 52 , de legat. 3^o.

Sed neque armaria neque scrinia debentur. ibid. paragr. 3.

Bibliothecâ legatâ , debentur. ibid. §. 7 , nisi adhærentia membro , vel adfixa sint. d. §. 7 , vide 1634.

1646. Debitor non semper quod debet jure legat , sed itâ si plûs sit in specie legati. l. 66 , h. t. 2^o.

1647. Cùm species ex abundanti per imperitiam enumerantur , generali legato non derogatur. l. 9 , de

318 Lib. XXX, 1, & Lib. XXXI.

supell. leg. l. 12, §. 46, de instr. vel inst. vide 2669.
1648. Dominium habet legatarius qui non repudiavit.
l. 80, h. t. 2°.

Et rectâ viâ ad eum transit, l. 64, de furt. vide 2652.

Idcirco ad heredem TRANSFERT legatum, si post diem legati cedentem deceſſit, l. 5, qu. dies legat.

Si in medio deceſdat, legatum manet apud eum à quo relictum est. l. un. paragr. 7, cod. de cad. toll. nisi principi relictum sit. l. 56, h. t. 2°.

1649. Si duorum defunctorum testamentis, mihi eadem res legata sit, bis petere potero, ut ex altero rem consequar, ex altero aestimationem, *l. 34, §. 2, h. t. 1°. contra regulam ex qua duæ causæ lucrativæ concurrere non possunt, §. si res aliena 7, instit. h. t.*

Quod dicitur bis agi posse, non est indistinctè verum, sed ita demum si prius aestimationem consequitus fuerit, idque constat inter omnes. Cujac. ad Afric. tract. 5, t. 1, col. 1382, addebis non agi posse nisi in quantum ex uno vel altero minus acceperit. Vivian. in casu. d. l. 34, paragr. 2.

Si eadem res saepius legetur, amplius quam semel peti non potest. d. l. 34, paragr. 1.

Sive in testamento sive in codicillis, l. 86, paragr. 1, h. t.

Si de quantitate agitur, saepius praestanda est, si evidentissimis probationibus ostenditur multiplicari legatum voluisse. d. l. 34, paragr. 3, h. t. 1°.

Si 10 testamento, deinde 100 codicillis, licet non adiecto hoc amplius, utraque summa debetur, l. 27, de legat. 3°.

Nisi probet heres posteriorem scripturam inanem esse, l. 12, de probat.

Si dixerit 10, aut 15, heres dato, pro eo est ac si 10, sola legata sint, l. 43, paragr. 3, h. t. 2°.

Item, si post annum aut post biennium, post biennum videtur legatum. d. paragr. 3.

Minor enim res legata presumitur, si majorem esse non docuerit legatarius, l. 39, §. 6, l. 14, §. 1, h. t. 1°. l. 75, de legat. 3°. & tempus adiectum, pr.

herede adjectum intelligitur , l. 17 , de regul. jur.

Nec obstat plenius voluntates testantium interprætari , l. 12 , de regul. jur.

Idem , de parte incertâ , l. 43 , paragr. 1 , h. t. 2º.

Magis enim heredi parcendum est , l. 47 , h. t. 2º.

Nisi præsumptio contraria sit , propter naturalem affectum . l. 28 , paragr. 3 , de liber. leg.

1650. Si duæ res sint ejusdem nominis , ELIGET heres . l. 32 , paragr. 1 , l. 37 , paragr. 1 , h. t. 1º.

Semel tantum , l. 5 , h. t. 1º. vide 1721.

Si domus legata sine adjectione sit , heres dabit quām vellet , l. 71 , h. t. 1º. vide 1731 , modò ne pessima accipiatur , l. 37 , h. t. 1º.

Bonorum parte legatâ , eliget heres sive rerum partes , sive aestimationem dare , l. 26 , inf. h. t. 1º.

Modò moram non fecerit , l. 47 , §. 3 , de legat. 3º.

Ità tamen si bona dederit , ut necesse non habeat legatarius in omnibus rebus vindicare portionem , l. 27 , eod. tit.

Si re generaliter legatâ elegerit heres , de evictione tenetur , l. 29 , paragr. 3 , de legat. 3º.

Quia non videtur dedisse , quod ità dederat ut habere non possit. *ibid.* vide 2643.

Si duo sint ejusdem nominis , vel causæ , nec appareat in cuius personâ datum vel ademptum sit , verius est legata impediri , ademptionem autem in utrumque valere , l. 11 , sive 10 , de reb. dub.

Nec obstat liberalis causæ favor. *ibid.* l. 31 , de manum testam.

Si heres solvere paratus sit , eliget. l. 8 , paragr. 3 , h. t. 2º.

1651. In alienâ voluntate legatum ponî potest , l. 43 , paragr. 2 , h. t. 1º.

Indò non potest , l. 52 , de cond. & dem. potest ubi quasi conditio , non potest ubi quasi ex merâ voluntate. Cujac. II , observ. 2.

Conferri enim in ARBITRIUM alterius veluti conditio potest , l. 1 , h. t. 2º.

Etiam in arbitrium heredis , si putaveris , si aestima- veris , si utile tibi visum fuerit , l. 11 , paragr. 7 , de legat. 3º. l. 75 , h. t. 1º.

320 Lib. XXX, 1, & Lib. XXXI 2.

Quod pro boni viri arbitrio accipitur. *dd. ll.*

Si in plenum arbitrium voluntatis heredis datum est,
nihil debetur, *d. §. 7, & l. 43, §. 2, h. t. 1°.*

*Quid si cùm voluerit? Vide 1868, si optio legata
fit? 1721, si de hereditate? 1530, in stipulationibus?
2210, in dote? 1264.*

1652. VINDICATIONEM legatarius habet, *l. 1, cod.
comm. de leg. vide 1648.*

Et hypothecam in cæteris bonis. d. l. 1.

Contrà heredem, quamvis hereditatem vendiderit,
l. 2, cod. h. t.

*Verum si non ex voluntate heredis occupavit, id
restituet heredi, l. 1, paragr. 2, quor. legat. l. un.
cod. eod. tit.*

*Cum ab herede petere, non sibi jus dicere æquissi-
mum fit. d. paragr. 2, vide 1625.*

Modò heres satisdet, *l. 1, paragr. 17, eod. t.*

*Quapropter actiones amittit in his rebus quas de
hereditate substraxit, l. 5, cod. h. t. vide 2342. Hec
lex non est accipienda de eo cui certa res legata est,
nam hanc si auferat, nihil damni facit. Cujac. ibi.
vide 1648.*

1653. Res legata IBI præstanda est UBI relicta est, *l.
47, & 108, h. t. 1°.*

*Si in alio loco sit vivo testatore, expensis & periculo
legatarii reddi debet. d. l. 108.*

*Si post mortem, sumptibus heredis, l. 8, h. t. 2°.
l. 39, h. t. 1°. & ibi Cujac.*

*Res quæ pondere, numero, vel mensurâ contine-
tur, ibi præstanda est ubi petitur, l. 38, de judic. l.
47, §. 1, h. t. 1°.*

Secùs si ex illo horreo. dd. ll.

1654. Aut satisdabitur legatariis, aut in possessionem
bonorum venient, authore Prætore, *l. 1, §. 2, ut
leg. seu fideic.*

*Si dies aut conditio actionem differre dicatur, l.
5, §. 2, eod. t.*

*Cum enim sub conditione legatum est, interim fa-
tis dari oportet, l. 96, §. 3, h. t. 1°.*

Non debet offerri satisdatio, sed sufficit si eam lega-

tarius non desideraverit. l. 1, §. 1, ut in poss. legat. vide 116.

1655. Ejusdem rei legatae sibi PARTEM velle, partem nolle non licet, l. 4, h. t. 2°. l. 38, h. t. 1°.

Partis enim acceptatio totum acquirit, l. 58, h. t. 2°.

Heredes autem legatarii possunt, ut alter patrem suam acquirat, alter repudiet, d. l. 38.

Duobus verò relictis legatis, unum repudiare, alterum amplectere potest legatarius, l. 5, h. t. 2°.

Nisi in fraudem l. falcidia fecerit. d. l. 5, §. 1.

1656. Ante MORAM diligentia quoque exigenda est ab herede, l. 47, §. 5, h. t. 1°. vide 1686.

Non verò casus, d. §. 5, inf. nisi favore libertatis, l. ult. cod. de cond. insert.

Res enim perit legatario, si heres nec in morâ, do-
lo, vel culpâ sit, l. 26, §. 1, h. t. 1°.

Post moram, præstat heres & rei periculum, l.
108, §. 11, h. t. 1°.

Et usuras & omne in utilitatem. l. 26, de legat. 3°.
vide 1687.

1657. Pro partibus hereditariis, legatorum petitio
competit, l. 33, h. t. 2°. vide 1625.

Nec obstat si uni prælegatum sit, l. 1, cod. si cert.
pet.

Nec pro eo qui solvendo non est, onerari coher-
edes oportet. d. l. 33.

Nisi res individua sit veluti via, l. ult. de servit.
leg. statua, l. II, §. 24, de legat. 3°. pignus, l. 1
& 2, cod. si un. ex plur. vide 1601.

Si pars heredum nominata sit in legando, viriles
partes heredes nominati debent, l. 54, §. ult. & l.
124, h. t. 1°.

Quia personarum enumeratio, hoc effectum habet
ut exæquentur. d. l. 124.

Contrà, l. 17, de duob. reis const. ubi glos. intelligit
quando heredes sunt vocati appellativis nominibus,
non si propriis.

Si omnes heredes nominati sunt, pro partibus he-
reditariis solvuntur, l. 54, §. ult. h. t. 1°. & d. l.
124.

322 Lib. XXX, 1, & Lib. XXXI, 2.

Quia hereditas eos obligat. d. l. 17.

1658. Si CONJUNCTIM eadem res duobus legetur, constat partes ab initio fieri, l. 34, §. 9, h. t. 1°.

Nec deficientis pars coniuncto accrescit, quamvis in rerum naturā alter non sit, l. 16, h. t. 1°. vel capere non possit, l. 7, h. t. 2°.

Si SEPARATIM pluribus, fundus legatus est, deficientis pars unicuique accrescit, pro portione legati, l. 41, h. t. 2°.

Si tota legata singulis data sint, partes concursu fiunt, l. 80, de legat. 3°.

In legato pluribus relicto, si partes adiectae non sint æquè servantur, l. 19, in f. h. t.

POSTHUMUS ita partem facit si natus sit, l. 7. sive 8, de reb. dub. vide 1512, uno nato pars dimidia, duobus natis pars tertia debetur. d. l. 8.

Non nato verò totum alter vindicabit, et si testator alteri & posthumo viriles partes dari voluisset. l. 16, paragr. 2, h. t. 1°.

1659. Si SEPARATIM eadem res duobus legata sit, & testator ex scripturā manifestissimus sit utrumque solidum accipere voluisse, uni pretium alteri res assignatur, l. 33, h. t. 1°. l. 20, de leg. 3°.

Electione rei vel pretii servatā ei qui prior litem contestatus est. d. l. 33.

Si quis Titio & Seō decem dare jussit, dena dixisse non ambigitur, l. 79, h. t. 1°

Secūs in stipulationibus. l. 38, paragr. 19, de verb. oblig. vide 2270.

1660. Ante conditionem vel diem legatum repudiare non possumus, l. 45, paragr. 1, h. t. 2°.

Cùm renuntiari juri nondum competenti non possit. Goth. ibid. vide 1594, 137.

Nec pertinet ad nos antequām dies veniet vel conditio existat. d. paragr. 1.

1662. Fundus fundo heredis serviens, cùm pristinā servitute recipitur à legatario, l. 70, paragr. 1, & l. 116, paragr. ult. h. t. 1°.

Licet confusione dominii, servitus extinta sit. ibid.

1663. Si ILLICITA celebrari voluerit, legatum con-

verti debet, ita ut memoria testatoris licito genere celebretur, l. 16, de usu & usuf. leg.

Si impossibilia? Vide 1816, si in opere publico? 2621.

1664. Is qui specialiter designatus est ad pium opus faciendum, habet exigendi licentiam, & pro suâ conscientiâ votum adimplere testatoris, l. 28, paragr. 1, cod. de Episc. & Cler.

Nec satisdare tenetur, nisi vivente testatore solvendo esse desiit. l. 21, paragr. 4, de ann. legat.

1665. Heres cogitur solvere vestigal præteritum, tributum, solarium... l. 39, paragr. 5, h. t. modo vivo testatore indicta sint. Goth. ibi.

Cùm & fructus præteriti temporis percipiat. l. 23, h. t. 1°.

1666. Ut heredibus SUBSTITUI potest, ita & legatariis, & his quibus mortis causâ datur, l. 50, h. t. 8c fideicommitti. l. 2, in f. cod. comm. de legat. vide 1671.

1667. Si legatum remaneat apud heredem, quia legatarius illud non acceperit, cùm onere fideicommissi remanet, l. 9, de usu & usuf. leg. vide 1681.

Secùs si quia pro non scripto habetur, l. un. paragr. 3, cod. de cad. toll. quia consequenter onus ei injunctum pro non scripto sit. Goth. in d. paragr.

Præterquam si ex quo legatarius sibi adscripsit, quamvis pro non scripto habeatur, l. ult. de his quia pro non vide 1795.

Si Titius & Gayus decem dare jussi sunt, & Gayus heres non extitit, pro non scripto habetur, & Titius tota decem debebit. l. 122, paragr. 1, h. t. 1°.

1668. Si in re quis ERRAVIT, ut putâ dum vult lancerem relinquere vestem leget, neutrum debebit. l. 9, paragr. 1, de hered. inst. sive ipse scripsit, sive scribendum dictaverit. ibid.

Neque enim id dicit quod vox significat quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur, l. 3, de reb. dub. vide 1533.

Verum ex quo probatur quod vult, ad id trahitur quod dicit.

1669. Si legatarius cui ad condendum corpus, vel mo-

Ovj

324 Lib. XXX, I, & Lib. XXXI, II.

numentum relictum est minus erogavit , heredi redet , l. 88 , paragr. 1, h. t. 2^o. l. 40 , paragr. ult. de cond. & dem.

Item , cui certa pars hereditatis legatur , funeris impensa non deducuntur , l. 8 , in f. h. t. 2^o.

Dos verð è medio deducenda est. l. 9 , h. t. 2^o.

2670. Si LIGNA ad comburendum legata sunt , legatarii sunt quibus ad nullam aliam rem possit uti , velut virgæ , carbones , nuclei olivarum , vel si qui alii nuclei , l. 55 , paragr. 1, de legat. 3^o.

Et de pinu integri strobili , l. 167 , de verb. signif. (pomes de pin.)

Item , si voluntas non refragetur , & virgulæ , & farmenta , & superamenta (coupeaux) & vitium stirpes , atque radices continebuntur. d. l. 55 , §. 4.

Et parata ad calefactionem , sive ad calcem , sive ad aliam rem coquendam quibus defunctus solebat uti . ibid. paragr. 3.

Et dejectæ arbores , licet nondum minutatim confitæ. ibid. paragr. 2.

De legatis annuis , vide 1696 , de usu & usus fructu , 1701 , de donationibus causa mortis , 1979.

L I B E R X X X I I .

T I T. I. *De legatis & fideicommissis 3^o.*

Cod. VI , 42. Novel. 39 , 108 , 159.

2671. *Fideicommissum dicitur eo quod fidei alicujus committitur quod alii relictum est.*

FIDEICOMMISSUM sine scripturâ , imò etiam nutu relinqui potest adhibitis testibus , l. 22 , cod. de fideic. l. 21 , h. t. apud nos non nisi adhibita testamētū vel codicillorum solemnitate. Edicto 1735 , art. 1 & 3.

Si fidei heredis aliquid committatur , hoc & legatum esse videtur , l. 2 , in f. cod. comm. de legat.

Idem , si fidei honorum possessoris , l. 1 , paragr. 7^o Et. 192 , in f. de legat. 1^o.

Vel legatarii. d.l. 2, vel depositarii, l. 77, de legat. 1°.

Per omnia enim exæquata sunt legata fideicommis-
sis, l. 1, de legat. 1°. l. 2, cod. comm. de legat. par-
ticularibus, & singularibus, non universalibus.

Utque heredibus substitui potest, ita etiam legata-
riis, l. 50, de legat. 2°. vide 1666, 1544.

Et fideicommissariis, l. 1, cod. comm. de legat.

*Et mortis cansâ donatariis. d.l. 50, l. 77, paragr.
1, eod. tit.*

*Et ad quos aliquid perventurum est morte testato-
ris, l. 1, paragr. 6, h.t.*

*Modò judicio defuncti acceperint, non si fortuitò;
l. 6, paragr. 1, h.t.*

Nec accipiendum est, ut cui nihil dederis, eum ro-
gando obliges, l. 1, cod. comm. de legat. l. 9, cod.
de fideic.

Quapropter fideicommitti non potest, ultrà quan-
tum relictum est, l. 114, paragr. 3, de legat. 1°. l.
67, paragr. 5, de legat. 2°.

Nec ultrà dodrantem, ita ut quartam habeat ille
cujus fideicommittitur. paragr. 7, instit. de fideic.
hered. vide 1854.

Qui testandi ius habet, post fideicommissum relin-
quere, l. 2, de legat. 1°.

*Item, fideicomissa ab instituto relieta, à substi-
tuto debentur, l. 61, paragr. 1, de legat. 2°. quasi
tacitè ab eo repetita, l. 4, cod. ad S. C. Trebell.*

Nisi expressim à primo tantum gradu fideicommissit,
l. 1, paragr. 9, h.t.

*Jus ita est ut liceat in INFINITUM substituere. Cu-
juc. in Novel. 159.*

*Apud nos fideicomm. finem habet in eo qui accepit à
primo substituto. Ordin. aurel. 1560, art. 59.*

1672. Etiam hoc modo, cupio des, opto des, credo te-
daturum, fideicommissum est, ll. 115, 118, de le-
gat. 1.

Sive contentus esto illâ re, aut sufficit tibi, l. 11, pa-
ragr. 4, h.t.

*Aut non dubito uxorem liberis reddinuram, l. 67, §.
ult. de legat. 2°.*

Aut heres sciat debere me Titio, licet nihil debeatur, l. 88, §. 10, de legat. 2°. l. 93, §. 1, h. t.

Aut rogo te ut Titium instituas, l. 114, paragr. 6, de legat. 1°. l. 17, ad S. C. Trebell.

Verbis fideicommissi bonam fidem inesse constat. l. 54, ad S. C. Trebell.

1673. In causâ fideicommissi CONJECTURA potest admitti, l. 64, de legat. 2°.

Etiam ex imperfectâ scripturâ, si dicto scriptum congruat, l. 77, paragr. 22, eod. tit.

Voluntas enim in fideicommissis magis quam verba plerumque intuenda est, l. 16, cod. de fideic. & præcipue spectanda & servanda, l. 11, paragr. 19, h. t.

Tunc restè datum & minus scriptum intelligitur, l. 67, paragr. 9, de legat. 2°. vide 1638.

Nec verbis, sed ipsis rebus leges impositæ sunt, l. 2, in f. cod. comm. de legat.

Porrò voluntatis defuncti quæstio in æstimatione judicis est, l. 7, cod. de fideic.

Verbum VOLO pro adjecto habendum est, quando additum perfectum sensum facit, l. 10, eod. tit.

Interdùm plus valet scriptura, l. 19, de usu & usufr. leg.

Itaque cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio, l. 25, paragr. 1, h. t.

Nam et si prior atque potentior est quam vox mendicantis, tamen sine voce dixisse nemo existimatur, l. 7, in f. de supell. legat.

Quapropter non aliter à significatione verborum recedi oportet, quam cum manifestissimum est aliud sensisse testatorem. l. 69, h. t. l. 3, cod. de liber. præt. vide 1533.

1674. In conjecturam fideicommissi, sola ratio paternæ affectionis erga ficerum non admittitur, l. 25, de his qu. ut ind.

Nec si dixerit illum tibi commendabo, aliud enim est personam commendare, aliud voluntatem insinuare, l. 11, paragr. 2, h. t.

Neque legatum est si dixerit legatario, puto te consecuturum, l. 32, de usu & usufr. legato. quia sic le-

gem non imponit heredi cùm ad alium loquitur, glossa
ibi, vide 1620.

Secùs si indistinctè, veluti voluntas mea est, non
enim quæri oportet cum quo de supremis qui loqua-
tur, sed in quem voluntatis intentio dirigetur. l. 77,
paragr. 26, de legat. 2°.

1675. Mando tibi non testari donec liberi tibi sint, fidei-
commissum debetur, l. 74, ad S. C. Trebell.

Vel ut Titium heredem facias, l. 17, & §. 2, eod. t.
Non verò si adjecerit, pro salute tuâ, ut possit sine
periculo vivere ne testamentum facias, l. 77, paragr.
24, de legat. 2°, consilium enim pro fideicomissio non
habetur, Cujac. in d. paragr. 24, præterquam inter
liberos. Goth. in l. 11, paragr. 9, h. t.

Proinde prædiorum curam age ut possint ad filios tuos
pervenire, fideicommissum est, licet magis consilium
sit. d. paragr. 9.

Idem, si pater jussit filio, ut filias coheredes eman-
ciparet. l. 93, de cond. & dem.

1676. Si dixerit né fundum ALIENARET, ut in fa-
miliâ eum relinquere heres, fideicommissum est,
l. 114, §. 15, de legat. 1°. l. 69, §. 3, de legat. 2°.

Si non inveniatur persona cuius respectu vetat alien-
nari, nullius esse momenti scriptura, quasi nudum
præceptum reliquerit. l. 114, paragr. 14, de legat.
1°. ll. 38, paragr. 4, & l. 93, h. t.

1677. In fideicommissis familiæ relicitis, petent om-
nes ejusdem gradus, l. 69, paragr. 3, de legat. 2°.

Si non sint ejusdem gradus, proximus quisque primo-
loco videtur invitatus. d. paragr. 3.

FAMILIA autem dicitur de is qui ex eadem do-
mo & gente proditi sunt. l. 195, paragr. 2, in f. de
verb. signif. vide 2649. paragr. 6.

1678. Etiam res proprias heredum, per fideicommis-
sum relinquere posse non ambigitur, l. 25, cod. de fi-
deic. vide 1628.

Modò expressè, cùm non veniant quæ vivus dona-
vit, l. 68, de legat. 2°.

Si non expressè, non veniunt ea quæ non quasi he-
res possidet, quamvis ex hereditate. l. 59, paragr. 1,
ad S. C. Trebell.

1679. Res obligatas heres luere debet, maximè cùm testator conditionem non ignoravit, *l. 6, cod. de fideic. l. 57, de legat. 1º. vide 1631.*

Vel si post testamentum factum, eam pignori vel hypothecæ dedit, l. 3, cod. h. t.

Sin nesciat testator, à fideicommissario luetur, l. 57, de legat. 1º.

Vel si apertè de heredibus liberandis senserit. ibid.

Proindè evictis prædiis, nulla cum herede actio est, si testator se dominum esse crediderit, l. 77, paragr. 8, de legat. 2º.

Nisi si inter filios divisionem fecit pater, ex conjecturâ voluntatis. ibid.

Quid si alienaverit? Vide 1632.

1680. In fideicommissis potiorem causam habet ille cuius fides electa est, *l. 60, de legat. 2º.*

Idcirco si fideicommissum à legatario defecerit, apud legatarium manet. d. l. 60.

1681. Portio hereditaria accrescit cum onere fideicommissi. *l. 61, paragr. 1, de legat. 2º. vide 1667.*

1682. Inter coheredes rogatos intelligitur, easdem partes in fideicommissis facere quām in hereditate distribuenda fecerit, *l. 23, l. 78, §. 4 & 5, ad S. C. Trebell.*

Præterquām si non appellatione heredum, sed propriis nominibus expressis. l. 24, eod. tit. vide 1657.

1684. Reftè PACISCI potest de fideicommisso, qui rogatus est sūb conditione si sine liberis, *l. 1, cod. de pacl. l. 11, cod. de transact. vide 134, 137.*

Item, tacitè remissum intelligitur inter fratres, ex rationum mutuâ redditione & computatione, & longi temporis diuturnitate. l. 26, de probat. & ibi Goth. vide 134.

*Item, minima quantitas restitui potest, modo ex transactione, *l. 78, paragr. ult. ad S. C. Trebel. vide 148.**

Ille autem qui per fallaciam coheredis, ignorans universa quæ in vero erant, transegit, non tam pacifcitur quām decipitur. l. 9, paragr. 2, de transact. vide 150.

1685. Quoties rei fideicommissæ venditio celebratur ab omnibus qui ad fideicommissum aspirare possunt, contractus auctoritas convelli non potest, l. 11, cod. de fideic.

Vel iisdem consentientibus, l. 120, paragr. 1, de legat. 1°.

Item, fundus fideicommissus efficaciter potest ALIENARI, propter justam ignorantiam heredis & emptoris, l. ult. in f. de legat. 2°.

Modò premium fideicommissario detur. d. l. ult.

Item, ut creditores hereditarios dimitteret, nec aliud esset undè debitum exsolvisset, & emptor ignoravit, l. 38, h. t.

Item, quod comparatum est ex pretio rei fideicommissæ venditæ vice permutati dominii restituetur, l. 71, de legat. 2°. vide 361.

Emptor sciens rei gravamen, actionem tantum habet ad restitutionem pretii, l. ult. paragr. ult. cod. comm. de legat. vide 1132.

Item, possessione acquiri potest fideicommissus fundus, tempore statuto, l. 36, de usu & usufr. leg.

Idem, de temporali actione, & imputatur tempus, quo heres experiri potuit, l. 70, in f. ad S. C. Trebell.

Nihil præstat heres si sine facto suo acquisitus sit, l. 22, paragr. 3, eod. tit. cùm culpâ careat. ibid.

1686. CULPÆ rationem reddit heres restituendo hereditatem, sed ejus quæ dolo proxima est, l. 22, §. 3, ad S. C. Trebell. vide 1656.

Et si cùm distrahere deberet non fecit, latâ culpâ non levi, & rebus suis consuetâ negligentia. d. §. 3.

Curare enim debet ne res culpâ ejus deterior facta restituatur, l. ult. cod. h. t.

Cùm autem nihil præterea ex hereditate capit heres, de dolo malo tantum tenetur, l. 108, paragr. 12, de legat. 1°.

Non tenetur de periculo nominum, quamvis à quibusdam pecuniam exegerit. l. 58, paragr. 1, ad S. C. Trebell.

1687. Post MORAM non tantum fructus, sed & omne

damnum præstat heres , l. 26 , h. t. l. 78 , §. 2 , de legat. 2º. vide 1656 , & usuras , d. §. 2 , l. 87 , §. 1 , de legat. 2º. l. 1 , cod. de usur. & fr. leg.

Sumptuum rationibus deductis , l. 58 , de legat. 1º. l. 22 , paragr. 3 , ad S. C. Trebell. vide 1160.

1688. Ante moram in fideicommissi restitutione , constat non venire fructus , l. 83 , h. t. l. 18 , ad S. C. Trebell. vide 1644.

Quos heres vivens percepit , quamvis dixerit testator , quidquid ad te perveniet cum morieris restituas , l. 83 , h. t. nisi specialiter hoc exprelisset , l. 32 , ad S. C. Trebell

Fructus vero venient si dixerit , quidquid ex bonis supererit , l. 3 , §. 2 , de usuris : sed Cujac. observat recte , casum hujus legis esse singularem , in l. 18 , ad S. C. Trebell. in verbo aut cum quis , & consequenter non observanda.

Item , non veniunt fructus pendente conditione percepti , l. 57 , ad S. C. Trebell.

Quapropter nec sumptus necessarios repetit. l. 22 , paragr. 3 , eod. tit. vide 1862.

1689. Restituere ANTE TEMPUS potest heres cuius causâ prorogatum est , ut commodum medii temporis ipse sentiret , l. 15 , de ann. legat.

Quartâ parte vel retentâ , vel omisâ , l. 12 , cod. de fideic. vide 1854.

Nec pater qui non expectatâ morte suâ , fideicommissum filio solito potestate restituit , omisâ ratione falcidiæ , creditur credidores fraudasse , l. 19 , qu. in fr. credit. vide 2076.

Sed plenam fidem ac debitam pietatem secutus. ibid.

Si propter capientis personam quod res tueri non posset , in diem fideicommissum est , & perdituro ante diem id ei restituit , nullo modo liberatus est , l. 15 , de ann. legat.

Item , si secundo fideicommissario præjudicium afferet , non liberatur , l. 41 , paragr. 12 , h. t.

Si multa in fraudem fideicommissi fieri probetur , ante tempus restituet filio. l. 50 , ad S. C. Trebell. quanto magis extraneo ? Goth. ibi.

1690. Solutum fideicommissum non REPETIT heres, et si inutiliter relictum, l. 2, cod. de fideic. vide 1517, 679.

Cum non ex solâ scripturâ, sed ex conscientiâ relicti satisfactum sit, d. l. 2.

1691. Rogo cum morieris restitutas ex libertis meis cui volet, petere quisquam non poterit, quandiu præferri alius potest, l. 67, paragr. 7, de legat. 2^o.

Nec obstat, si interea heres deportatus sit, l. 77, paragr. 4, eod. t.

Cum eligendi facultatem non amittat. *ibid.*

Nisi servus poenæ fuerit constitutus, decessisse enim videtur, l. 17, paragr. 6, ad *S. C. Trebell.*

Defuncto herede priusquam eligat, petent omnes quamvis omnibus datum non sit, l. 67, §. 7, de legat. 2^o. l. 24, eod. t. l. 21, in f. de stat. liber.

Modò superstites sint, ex quo petere potuerunt. d. l. 24.

Rogo restitutas ex libertis meis quibus voles, statim competit omnibus petitio, si heres nulli offerat, *ibid.*

Et ad heredes transmitunt. d. l. in fine, quasi jam præsenti die datum. d. l. 24.

Non autem eligit heres ex quo vivus eundem fundum donavit, quem cum moreretur restituere rogatus est. l. 77, paragr. 10, de legat. 2^o.

1692. Restituenda minuuntut ex causâ DOTIS vel antenuptialis donationis. *Novel. 39, cap. 1.*

Idque honestè & secundum personarum qualitatem & merita. d. cap. 1.

In cæteris, nec alienari nec pignori dari possunt. l. 3, paragr. 2 & 3, cod. comm. de legat. vide tamen 1685.

1693. Potest fideicommissarius cogere heredem suo periculo adire, & sibi hereditatem restituere, l. 4, ad *S. C. Trebell.*

Tunc quartam non deducit heres. d. l. 4.

Ne qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex voluntate, l. 55, paragr. 3, eod. t.

Si pater filio sub potestate rogetur restituere, eum

filius per Prætorem cogere potest. l. 16, paragr. 11, eod. t. & consequenter ut frui liceat.

1694. Instrumenta prædiorum quæ ad probationem originis pertinent, heres præstare necesse non habet, l. 24, cod. de fideic.

Cautionem tamen præstat, quod si opus fuerit legatario vel fideicommissario proferat. *ibid.*

LIBER XXXIII.

TIT. I. *De annuis legatis & fideicommissis.*

1696. **C**Um in annos singulos legatur, non unum legatum esse, sed plura constat, ll. 4, 11, h.t. 10, qu. dies leg. vide 1705.

Præterquam si non pro alimentis, sed in plures pensiones exonerandi heredis gratiâ, l. 20, eod. tit.

Quo casu legatarius futuras pensiones ad heredem suum transmittit. d. l. 20.

1697. Annuum legatum pro incœpto anno, heredibus legatarii transmittitur, ll. 5, 8, h. t.

Idque integrum in eo anno, ll. 5, 8, 22, h. t. vide 1309.

Item, ab initio cuiusque anni dies cedit, & exendi di facultas, l. 12, §. 1, qu. dies leg. l. 1, cod. eod. t.

Et quocumque loco petitur, si quo loco detur adscriptum non sit. l. 1, h. t. *intellige de domicilio heredis.*

1698. Primi anni purum legatum est, sequentium conditionale, videtur enim hanc inesse conditio nem, si vivat, l. 4, h. t.

Quapropter mortuo legatario finitur, l. 12, h. t. nisi testator & heredibus ejus præstari voluerit, l. 22, cod. de legat.

1699. Donec nubat 50 lego, id legatum in annos singulos debetur, l. 17, h. t.

1700. Si cui annum fuerit *pro alimentis* relictum sine adjectione summæ, id videtur relictum quod testator præstare solitus fuerat, l. 14, h. t. & ibi *Goth.*

Novissimâ præstatione inspeâtâ. *ibid. paragr. 2.*

Si minùs, ex dignitate personæ statui oportebit.
ibid.

Et ex facultatibus defuncti, & charitate ejus cui
datum est, *l. 22, de alim. vel cib.*

Quid in alimentis? Vide 1750.

TIT. II. *De usu, & usufructu, & reditu, & habitatione, &c....*

1701. Si alii usus, alii fructus ejusdem rei legetur,
id percipiet fructuarius quod usuario, supererit, *l. 42,*
de usuf.

Item, in legato alternis annis duobus relicto, prior
nominatus, prior fruitur. *l. 34, eod. t.*

1702. Usufructus omnium bonorum legari potest, *l.*
29, de usuf. vide 415.

Nisi excedat dodrantis æstimationem. *ibid. compu-*
tandam ut 1844.

Ære alieno ex omnibus rebus deducto. *l. 69, ad l.*
falcid.

1703. Relictus usufructus *Lucio & Tilio, & heredi-*
bus meis, in tres partes dividitur, *l. 7, de usuf.*
accresc.

Item, accrescit inter fructuarios, si conjunctim re-
lictus sit, *l. 1, eod. t.*

Vel si concursu partem sibi quisque fecerit, *l. 3,*
eod. t.

1704. Nec usus nec usufructus SERVITUTIS legari
potest, *l. 1, h. t.*

Quia servitus servitutis esse non potest. *ibid. & l.*
33, in fine, de servit. rust.

Sed præstabat heres usum, quandiu legatarius vi-
xerit. *d. l. 1.*

1705. Usufructus CEDIT dies, ex die aditæ heredi-
tatis, *l. un. paragr. 4, qu. dies usuf. vide 1865.*

Si in menses vel annos singulos, non cedit simul,
(sed per tempora adjecta. *d. l. un. in princ. cum plura*
legata sint. ibid. l. 13, h. t. vide 1696.

Aliud in servitute aquæ & viæ quæ una est, quia naturâ sui habet intermissionem. d. l. 13.

Sinere in domo habitare, quoad vivet, unum videatur esse legatum. l. 15, h. t. *quia individuum est.* Goth. ibi.

1706. Etiam ex alio fundo legato , via datur usufructuario , l. 15 , paragr. 1 , h. t.

Si ex fundo hereditario dari non possit. d. §. 1.

1707. Constitutus ususfructus , sive stipulatione , sive legato , MORTE intercidere solet , l. 5 , h. t. vide 416, 405.

Sui enim naturâ ad heredes transmitti non patitur , l. un. §. 6 , cod. de cad. toll.

Idem , de legato licere lapidem cädere , l. 39 , §. 4 , de legat. 1°.

Idem , de patrimonii testatoris reditu , quia usufructu simile est , l. 22 , h. t.

1708. Vendi potest fundus cuius reditus legatus est , quantitatem annuam offerendo , l. 38 , h. t.

Secundùm æstimationem reditūs , non secundùm quantitatēm usufructū pretii. l. 21 , de ann. legat.

1709. In usufructu domūs , & omnium quæ in eā sunt , non veniunt quæ mercis causâ comparata sunt. l. 32 , paragr. 2 , h. t. vide 1738.

1710. Habitatio incepti anni non transmittitur ad heredes , exemplo ususfructus . Goth. in l. 11 , h. t.

Nec obstat ab initio anni deberi. d. l. 11 , vide 1697.

1711. REDITU fundi legato , non est obstrictus heres ad habitationem præstandam , l. 38 , h. t.

Nec reficere prædium , nisi ipsius factō minores reditus facti essent. ibid.

1713. Legatum servitutis ad heredem legatarii transmittitur. l. 6 , de servit. leg.

Si plenum sit. ibid. veluti iter , aut via , Cujac. in d. l.

Secūs de jure aquæ fluentis in fontem gratuitò concessō , quia personale est , l. 37 , de servit. rust.

Vel quoties legatum cohæret personæ , quia personalis servitus est , l. 8 , paragr. 3 , in f. de lib. legat.

1714. Datum filiae jus transundi, viro quoque ejus præstatur. *l. 6, de serv. leg.* vide 429.

TIT. IV. *De dote prælegatâ.*

1717. PRÆLEGARE est alteri quodammodo rem suam legare. Cujac. h. t. & IV. observ. 23. inf.

Eo commodo ut præsenti die præstetur, *l. 1, §. 2, h. t. vide 1646.*

Dos prælegata reddi potius videtur quam dari. *l. 77, paragr. 12, de legat. 2º.*

1718. Dote prælegatâ, impensæ quæ dotem ipso jure minuunt non continentur. *l. 5, h. t. vide 1316, aliæ continentur. ibid.*

1719. Pignora liberare non cogitur heres, qui de dote jussus est, *l. 15, h. t. vide 1631.*

Nec dupli præstatione oneratur, nisi manifestè uxor docuerit, eam testatoris voluntatem fuisse, *l. 16, h. t. l. 34, paragr. 5, de legat. 2º.*

Unde si dotem promiserit mulier neque dederit, nihil amplius habebit quam liberationem, *l. 1, §. 7, h. t.*

Nisi expressè pecuniam pro dote dari voluerit. *l. 6, n. f. h. t.*

TIT. V. *De optione, vel electione legata.*

1721 ELECTIONE legatâ, semel duntaxat optare possumus, *l. 5, de legat. 1º.*

Quoniam res continuò ejus fit, simul ac si dixerit eam sumere, *l. 20, h. t.*

Idem, si heres electionem habuit, *l. 11, in f. de legat. 2º. l. 84, paragr. 9, de legat. 1º. vide 1650.*

1722. Electio fieri debet omnibus exhibitis, alioquin integra manet, *l. 4, h. t.*

Non solum si fraude heredis, sed etiam si aliâ quâlibet causâ, *l. 5, h. t.*

Nisi sciret legatarius, & alia esse. *d. l. 4.*

Item, fieri debet post aditam hereditatem, *l. 16, h. t.*

Interdum diem Prætore decernente , ll. 6, 13, §.

I , h. t.

Veluti si eligere distulerit. ll. 6, 8, h. t.

1723. Cūm optio duorum animalium Titio data sit , reliqua Mævio relicta sint , cessante Titio in electio- ne , reliquorum appellatione omnia ad Mævium pertinent. l. 17 , h. t. l. 160 , de verb. signif. vide 1593.

1724. Decedente legatario post diem legati cedentem , ad heredem ipsius transmittitur electio , l. 19 , h. t. l. ult. cod. comm. de leg. vide 2212.

Quod olim non obtinebat. paragr. optionis 23 , instit. de legat.

1725. De electione quæ legata non est , vide 1650.

T I T . V I . De tritico , vino , vel oleo legato.

1727. Vini legatum certæ quantitatis ejus si in annos singulos , debetur pro anno quo nihil natum est , si modò ex vindemiâ cæterorum annorum dari possit , l. 17 , paragr. 1 , de ann. legat. l. 13 , h. t.

Modò voluntas non adversetur , d. l. 13.

Si dixerit ex eo quod ex meo fundo natum est , & minus natum esset , non amplius deberi placuit , l. 5 , h. t. vide 1636.

Nisi tanquam alimenta legatum sit , l. 12 , de alim. leg.

Idem , si certam summam legavit , ex fructibus futuris. l. 26 , qu. dies leg. ced.

1728. VINO legato acetum quoque continetur , quod pater fam. vini numero habuit , l. 1 , h. t.

Vel testamenti tempore vinum fuit , l. 9 , §. 2 , h. t.

Si nullum relinquit , vinum emet heres non acetum , l. 3 , h. t.

1729. Si vinum vetus sit legatum , anni prioris vetus erit. l. 11 , h. t.

1730. Vino legato vasæ debentur , etiamsi non sit legatum cum vasis , & quæ accessiones vino sunt ut amphoræ , l. 3 , paragr. 1 , h. t.

Non

Non verò dolia , maximè si depresso in cellâ vina-
riâ fuerint. *ibid.*

Nec quæ per magnitudinem difficultè moventur.
ibid.

Nec si vinum legavit cum vasis , quoniam dolia in
vasis vinariis non sunt , *l. 15 , h. t. intellige de dolis
lapideis in quibus interdùm frumentum addebatur. l.
266 , de verb. signif.*

1731. Propter moram legatarii cui vinum legatum
est , damnum quod heres passus est accipiet , *l. 8 ,
h. t.*

Periculofum verò faciet heres si vinum effundet ,
ibid. vide 964.

1732. Oleo legato non adjectâ qualitate , liberum est
heredi cuius velit generis oleum dare , *l. 4 , h. t.
Secundùm quod istius regionis homines in usu ha-
beant. ibid.*

T R T. VII. *De instrūctō , vel instrumento legato.*

1735. INSTRUMENTUM est apparatus rerum diu-
tiis mansurarum , sine quibus exerceri nequiret pos-
sessio , *l. 12 , h. t.*

Non aliter fundo legato cedit , nisi specialiter id
expressum sit , *l. ult. de supell. vide 979.*

Continet frumentum , & vinum ad cibaria opera-
riorum paratum , *l. 12 , h. t. l. 1 , cod. de verb. &
rer. signif.*

Et frumentum serendi causâ sepositum , *l. 12 &
18 , paragr. 9 , h. t.*

Et pecora stercorandi , vel pascendi causâ ibi con-
stituta , *l. 8 , h. t. l. 2 , cod. de verb. & rer. signif.*

Quamvis ultra id quod fundus sustinere potuisset .
l. 25 , h. t.

Et boves domiti , *l. 8 , h. t.*

Et quæ in eâ causâ sunt , cum dies legati cedat . *l.
28 , h. t. l. 28 , qu. dies legat.*

1736. Fundo sicut instrūctus est legato , veniunt & ea

338 Lib. XXIII, Tit. VII.

quæ fructus quærendi, cogendi, conservandi gratiâ parata sunt, ll. 8, 12, paragr. 1, 47, h. t.

Non si quid vénale fuit, l. 1, cod. de verb. & rer. signif. vide 1709.

Nec si in aliud usum quam fundi, l. 12, paragr. 30, h. t.

Boves ei fundo cedunt ubi opus fecissent, non ubi manere consuevissent, l. 4, h. t.

Legato fundo ut optimus esset (*si non dixit cum instrumento, glos. ibi.*) nec fenum, nec pabulum vel palea, nec vasa, nec dolia in cellâ defixa, nec granaria legata sunt, l. 93, paragr. 4, de legat. 3°.

Secùs de his ex quibus quæstus fundi maximâ ex parte consistit. l. 22, h. t.

1737. ADFIXA & inædificata partes ædificiorum esse videntur, l. 21, h. t.

Et detracta ut reponantur, non tamen parata ut imponantur, l. 17, §. 10, & l. 18, §. 1, de aët. empti vide 979.

1738. Legata DOMU, neque instrumentum ejus, neque supellec legato cedit, nisi nominatiū expressum sit, l. ult. de supell. l. vide 1745.

Si dictum sit *cum omnibus quæ ibi sunt*, nomina debitorum non continentur, l. 86, de legat. 2°.

Nec pecunia numerata, l. 92, in f. de legat. 3°. quamvis dixerit nullo omnino excepto. d. l. in fine.

Si dixerit quæ ibi mobilia mea erunt, nummi ut mutui darentur non sunt legati, nisi præsidii causâ depositi sint, l. 79, §. 1, de legat. 3°. (*pour obtenir des sauvegardes.*)

Nec ad diem exacti ut aliis nominibus collocantur, l. 86, eod. t. quamvis in arcâ depositi, l. 41, paragr. 6, in f. eod. tit.

Quæ enim ad tempus ibi sunt, non videntur legata, l. 44, de legat. 3°.

Sicuti nec quod casu abesset minùs esset legatum, nec quod casu ibi sit magis est, l. 86 & l. 78, in f. eod. tit.

Accedunt quoque ea quæ ibi non sunt, si esse solent, ibid. vide 979.

1739. In emptione navis non præstatur SCAPHA, quia instrumentum navis non est, l. ult. h. t.

Cùm mediocritate non genere ab ea differt. *ibid.* contra Labeonis sententiam in d. l. quæ magis placet, cùm hodiè scapha instrumentum sit navi pernecessarium in longinquis, nec minor navis, cum sola in regiones non naviget, vide 377.

1740. Legatum instruicti fundi non minuetur adjicendo speciem, sed potius ex abundantí adjectum præsumitur, l. 12, paragr. 46, h. t. vide 1647.

Nisi ex specie quasdam nominavit, l. 18, paragr. 11, h. t.

Veluti si duas statuas & aliæ sint, quamvis omne marmor esset legatum, l. 1, paragr. 1, de auro arg. l. 100, paragr. 1, de legat. 3º.

Nám in toto jure generi per speciem derogatur. l. 80 & l. 99, §. 5, de regul. jur. vide 2669.

1741. Qui saltum æstivum legavit, & quæ ibi esse solent, de pecoribus tantum sensit quæ perpetuò ibi sunt, l. 67, de legat. 3º.

Non de his quæ hieme in hibernis sunt, aut æstate in æstivis. *ibid.*

1742. *PENUS est quod esculentum aut poculentum est, Goth. in tit. de penu leg.*

Et ea continentur sine quibus penus haberi non rectè potest, l. 4, paragr. 11, eod. t.

Si penus legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur, l. 4, in f. eod. t. undè dicitur, exceptio firmat regulam.

1743. Penu consumptâ vasa non debentur, l. 2, & l. 4, eod. tit.

1745. SUPELLEX est domesticum instrumentum, l. 1, de supell. leg. & id omne quod instruit domum patris fam. Goth. ibi.

Quod neque argento aurove facto, vel vesti admittatur. d. l. 1, vide 1738, intellige si in supellestilis usu non sint, l. 6, eod. t.

Supellestili enim cedunt argentea candelabra, vel argento inclusa, l. 9, eod. t. vide 1761.

Nec interest cuius materiae sint res quae sunt in suppelctili , l. 3 , paragr. 5 , eod. tit.

Nan verò capfæ & armaria , quæ librorum aut vestitum gratiâ parata sunt , l. 3 , paragr. 2 , eod. t.

Nec horologium æneum licet non sit adfixum . l. 12 , paragr. 23 , h. t.

1746. Suppellex non aliter legata DOMO cædit , quām si idipsum nominatum expressum sit à testatore . l. ult. eod. t. vide 1738.



L I B E R X X X I V .

TIT. I. *De alimentis vel cibariis legatis.*

1750. **L**egatis ALIMENTIS cibaria & vestitus , & habitatio debebitur , quia sine his ali corpus non potest , l. 6 , h. t.

Verbo VICTUS continentur & èa quibus tuendi curandive corporis utimur , l. 44 , de verb. signif.

Et vestimenta , & stramenta , sine his enim vivere non potest , l. 234 , paragr. 2 , eod. t.

Ea præstat si quis rogatus sit ut quendam educet , l. ult. h. t.

Legatis alimentis non veniunt quæ ad disciplinam pertinent , l. 6 , h. t. vide 1429.

Nisi aliud testatorem sensisse probetur , l. 7 , h. t.

Veniunt quoque si fraternitatis jure , vel officio iudicis debeantur alimenta , l. 4 , ubi pupil. educ. vide 1897.

1751. Per totum tempus vitae debentur , si non patet quod sentiat testator , l. 14 , h. t.

Si usque ad pubertatem relinquuntur , constitutum est ut pueri usque ad 18 puellæ ad 14. annum alantur , l. 14 , paragr. 1 , h. t.

Quod pietatis intuitu in solâ specie alimentorum servatur , d. paragr. 1 , si sine adjectione summae ? Vide 1700.

1753. **Integrum** debetur, quamvis l. falcid. passus sit qui præstare tenetur. *l. 21, paragr. 1, de ann. leg. l. 77, paragr. 1, de legat. 2°.*
1754. Super alimentis à defuncto relictis non potest TRANSIGERE contentus de modico præsenti, nisi auctore Prætore, *l. 8, de transact. l. 8, cod. eod. t.*
Causâ cognitâ, l. 8, paragr. 17, de transact.
Quamvis lis de alimentis sit. ibid. paragr. 20.
Nisi si conditio alimentarii melior sit, ibid. §. 6.
Aut si de vestiario vel habitatione agatur. ibid. paragr. 12.
Aut de alimentis præteritis, ibid. paragr. 22.
Vel non mortis causâ donatis, ibid. paragr. 2.
Aut si de salario annuo. ibid. paragr. 23.
Qui verò transigit de alimentis, non videtur de habitatione neque de vestiario transfigisse. ibid. paragr. 12.
Si de his nihil dictum sit. ibid. paragr. 13.
1755. Alimenta præterita præstat heres, quamvis moram non fecerit, *ll. 10, paragr. 1, 18, §. 1, h. t.*
Veluti pro tempore quo legatarius in metallum damnatus est, l. 11, h. t. vide 1793.
1756. *Si moraretur cum matre, mortuâ matre debentur. ll. 20, de ann. leg. 13, paragr. 1 & 20, inf. h. t. 1, cod. de legat.*
1757. Si per triennium alimenta præsttit heres, & probatum sit talem esse voluntatem defuncti, in futurum præstabit, *l. 1, cod. de fideic.*
1758. In annos singulos penu legatâ, si heres non præstiterit, unam summam dare iussus est, cessante herede tota summa illico præstatur, inde devotione ejus coercendâ. *l. 1, de penu leg.*
1759. *Aetio ex alimentis non præstitis, & adversus heredis heredes transit. l. 18, paragr. 1, h. t.*
1760. *Vestem meam, argentum meum, id legatum videtur quod testamenti tempore fuisset, l. 7, de auro arg.*
Si species designata non sit, pretium præsentis temporis debetur, l. 9, eod. tit. id est tempore litis aut morie. glos. ibi.

Sive quanti comparari potest , l. 35 , eod. t.

Item , hæ tantummodo species debentur quæ in hereditate inventæ sunt , quamvis specialiter relictæ , l. 18 , inf. & l. 38 , eod. tit.

Quid , si nullæ reperiantur ? Vide 1636.

1761. Argenti facti appellatione , veniunt vasa edendi , bibendi causâ parata , ll. 19 , paragr. 9 , 32 , paragr. 2 , de auro arg.

Et ea quæ testator aurifici dedit , ut ex eo aliquid fibi faceret auro , l. 34 , eod. t.

Non tamen quæ supellestilis sunt , l. 19 , paragr. 9 , eod. t. vide 1745.

Neque nummi. l. 27 , paragr. 1 , eod. t.

1762. Mundus muliebris est , quo mulier mundior fit. l. 25 , paragr. 10 , eod. t.

T I T . III. *De liberatione legatâ.*

1763. Omnibus debitoribus ea quæ debent restè legantur , licet domini earum sint , ll. 1 , 3 , h. t. vide 1630.

Modò non in fraudem creditorum testatoris , l. 1 , paragr. 2 , qu. in fraud. vide 2075.

Si exactum sit debitum , evanescit liberationis legatum , l. 7 , paragr. 4 , h. t. vide 1633.

Qui decedens CHIROGRAPHUM debitori suo reddit exceptionem ei tribuit , l. 3 , paragr. 1 , h. t. vide 2283.

Si eum legavit , idem est ac si nomen legasset. l. 44 , paragr. 1 , de leg. 1 , l. 59 , de legat. 3.

1766. Pecunia post testamentum factum credita , in liberatione legatâ non continetur , l. 28 , §. 2 , h. t.

Nisi in posteriis voluntas collata sit. d. paragr. 2.

1767. Accessiones usurarum nomine , legato cedunt , ll. 28 , paragr. 6 , 31 , paragr. 4 , h. t.

Si heres vetitus sit intrà certum tempus petere usuras , hujus temporis petere non potest , l. 8 , paragr. 2 , h. t.

1768. Si heres vetitus sit agere cùm eo qui defuncti negotia gessit , non videtur obligatio legata , quæ do lo vel fraude commissa est , ll. 8 , paragr. 6 , 9 , 20 , paragr. 1 , h. t.

Nisi expressim testator dixerit. *d. l. 9*, *vide 1376*.

1759. Conreus non liberatur, si alii soli testator consultum voluit, *l. 3*, §. 3, *h. t.*

Nisi socii sint. *ibid. ll. 5*, §. 1, 29, *h. t.* *tunc enim* dūm à conreo meo petitur, ego inquietor. *l. 3*, §. 3, *h. t.* *vide 2241*.

1770. Heres damnatus à fidejussore non petere, à reo petere potest, *l. 2*, *h. t.*

A reo petere vetitus, à fidejussore non petet, *ll. 2*, 5, *h. t.*

Secùs in executione pacti, cùm alia sit mens legantis, alia paciscentis. *d. l. 5*.

TIT. IV. *De adimendis vel transferendis legatis, vel fideicommissis.*

1771. Nihil prohibet priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere, *l. 17*, *h. t.* cùm quādam solemnitate.

Et obscura explanare, *l. 21*, §. 1, qui test. fac. sine solemnitate nudis litteris, vel nudā voluntate. *Goth. in d. paragr. 1.*

Nihil enim tunc dat, sed datum significat. *d. §. 1.*

Legata & fideicomissa adimi possunt, & quidēm nudā voluntate, *l. 3*, *inf. h. t.* *five ex imperfēctō testamento*, *vide 1517*.

Modò expressè, non ex eo quod in posteriore nihil relictum esset, *l. 18*, *de legat. 3°.*

Cùm novissima voluntas servetur, *l. 6*, *inf. h. t.*

Ambulatoria enim est voluntas defuneti usque ad vitæ supremum exitum, *l. 4*, *h. t.*

Et posterior voluntas firmior, *l. 19*, *cod. defideic.* & novissimæ scripturæ valent. *l. 12*, §. 3, *delegat. 1°.*

1772. Si quid post factum testamentum circà heredis institutionem mutari placet, omnia ex integrò facienda sunt. *l. 21*, §. 1, *qu. testam. fac. vide 1518.*

1773. Ingratum appellare, mutare voluntatem est, *l. 29*, *h. t.* *vide 1810.*

Quamvis in eādem scripturā in quā legatum accepérat. *ibid.*

1774. Si quis vivens rem legatam vendidit, & pre-

tium dedit legatario, nihil amplius præstari oportet,
l. 22, de legat. 2°.

Si partem dedit, reliqui superest exactio. *ibid.*

1775. Quod Titio legavi id Seio do, lego, tacitam ademptionem continet, l. 5, h. t.

Quamvis Seius incapax sit, l. 20, h. t. l. 34, de legat. 1°.

Item, quod Titium dare damnavi, Seius damnas esto dare, videtur dicere ne Titius det. l. 6, §. 1, h. t.

1776. Si rem legatam alienavit, mutavit, donavit?
Vide 1631, 1264.

TIT. V. De rebus dubiis. (ff. lib. 34, tit. 5)

nouissim in Codice sed ff. lib. 34, tit. 5.

Cod. V, 48, 38. *contra hictor.*

1777. Ubi PUGNANTIA inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. l. 148, de regul. jur. vide 1198.

1778. Mortuo patre simul cum filio pubere, intelligitur SUPERVIXISSE filius, & ex testamento patris heres fuisse, l. qui duos inf. h. t.

Idem, de matre quæ naufragio perit cum filio, l. cum pubere h. t.

Ut in hujusmodi casibus ab ordine mortalitatis ducatur argumentum. Goth. ibid.

Secùs si filius impubes sit, l. qui duos. l. si mulier h. t. l. 26, de paet. dot.

Exitit autem conditio si sine liberis, quia non est verum filium patri supervixisse, l. 17, §. penult. ad S. C. Trebell. vide 1549.

Si mater simul & agnati patris talem hereditatem petierint, creditur patrem prius mortuum esse, l. qui duos, paragr. 1, h. t.

Si fratres simul perierint, & substitutus in parte incertâ simul cum matre petierit, mater ad utriusque hereditatem admittitur, l. 34, ad S. C. Trebell.

Si fratres invicem substituti unâ perierint, non videtur alter alteri supervixisse. l. sed in illo h. t.

1779. Mortuâ simul cum filiâ matre, dos ad patrem pertinet quamvis mater stipulata sit sibi reddi, l. quod de pariter, h. t.

Quia mater filiae non supervixit. *ibid.*

Idem, si extraneus qui stipulatus est, simul cum marito decesserit. *d. l. §. 1*, vel cum eâ propter quam stipulatus est. *ibid.*

Idem est, si dos uxori prælegata est & simul cum marito perierit. *l. idem est, h. t. potior erit causa heredum mariti. Cujac. in d. l.*

1780. Si maritus & uxor simul perierint, dos in eâ causâ est ac si in matrimonio mulier decessisset, *l. qui duos, paragr. 3, h. t. 32, §. 1, de relig. & sumpt.*

Si alter alteri donaverat, valet donatio eò maximè quod donator non supervivat qui rem condicere posse, *l. si inter h. t.*

Si donationes reciprocæ sint invicem valent, licet dici non possit alterum supervixisse, *l. 32, paragr. 14, de don. int. vir. l. 26, de mort. caus. don.*

Locupletes igitur heredes donationibus relinquunt. *d. paragr. 14.*

1781. Olim INCERTIS personis nec legata nec fideicomissa relinquiri poterant. *§. incertis verò 26, instit. de legat. præterquam incertis ex certis. d. paragr.*

Hodiè recte eis indistincte relinquitur. *ibid. §. 28.*

Secùs de heredis institutione. *l. 62, paragr. 1, de he. red. instit. vide 1535.*

1782. CIVITATIBUS legari potest, *ll. 117, 122, de legat. 1°.*

Et vicis, *l. 73, paragr. 1, eod. tit.*

Et collegiis, & corpori cui licet coire, *l. cum senatus, h. t. & fragmenta sub tit. cod. de incert. pers. De pauperibus, vide 1540.*

T I T. VI. *De his quæ pœnæ causâ relinquuntur.*

Cod. VI, 41.

1786. *Pœnæ causâ legatum est quod non gratiâ legatarii, sed in pœnam & odium heredis. Goth. h. t.*

Hodiè tale legatum valet, nisi contra leges vel probrofa vel impossibilia jussiterit testator. *l. 1, cod. h. t. vide 1816.*

1787. Quoties sub conditione mulieri legatur *si non nupserit*, et si nupserit legatum petere potest. *l. 22, de cond. & dem. vide 1242.*

TIT. VII. De Regulâ Catonianâ.

1788. Sic definitur haec regula , quod si testamenti facti tempore deceperit testator inutile foret , id legatum quandocumque deceperit non valere , *l. 1, h. t.*

Quæ definitio in quibusdam falsa est. d. l. 1.

Ad conditionalia non pertinet. *l. 41, paragr. 1, de legat. 1º. l. 4, h. t.*

1789. Quod initio vitiosum est , non potest tractu temporis convalescere , *l. 29, de regul. jur. vide 2662.*

Idcirco ab initio institutio inutilis , ex post facto convalescere non potest , l. 210, de regul. jur.

Omnia enim quæ ex testamento proficiuntur , ita statum eventus capiunt , si initium quoque sine vitio cœperint , *l. 201, eod. t.*

Verum ex post facto convalescit alienatio rei legatae ab herede facta , si legatarius repudiaverit , l. quædam sunt, de reb. dub.

Idem , si res aliena pignerata sit. l. 41, de pign. act. vide 1043.

1790. *De utili, & ex post facto inutili. vide 1794.*

TIT. VIII. De his quæ pro non scriptis habentur.

1791. *Quæ pro non scriptis habentur , quasi ab initio inutilia apud heredem remanent. Cujac. h. t. & tit. sequ.*

Sine onere. Cujac. ibi vide 1667.

1792. *Quæ in testamento ita scriptæ sunt ut intelligi non possint , perinde sunt ac si scripta non essent , l. 73, paragr. 3, de regul. jur. l. 1, §. 2, de his qu. in test. vide 1524.*

Ex his dicitur utile per inutile non vitiatur. vide 2664.

Quid si pugnantia ? Vide 1777 , si ambigua ? 1649, si superflua ? 2664.

1793. In metallum damnato relictum , pro non scripto est , l. 3 , h. t.

Idem , & deportato , l. 1 , cod. de hered. inst. vide 1536.

Nisi alimentorum causâ relictum sit. l. 3 , h. t. vide 1755.

1794. Quæ in eam causam perveniunt à quâ incipere non poterant pro non scriptis habentur , l. 3 , paragr. 2 , h. t. vide 2662.

Ut si legatarius ante mortem testatoris incapax redditus sit. d. paragr. 2.

Vel si in rebus humanis non sit , l. 4 , h. t. vide 1819.

Quid si inutile ab initio ? Vide 1788.

1795. Quod sibi quis ADSCRIBIT in testamento pro non scripto est , l. 1 , h. t. & toto tit. cod. de his qui sibi.

Et apud heredem remanet , cum onere fideicommissi si restiturus esset , l. ult. h. t. vide 1667.

Hæc ita ex S. C. Liboniano , quamvis dictante testatore scripserit , l. 3 , cod. de his qu. sibi.

Nisi si ipse cui legatum est alii dictaverit , l. 22 , cod. de testam.

Modò in ejus potestate non sit , l. 15 , de l. Corn. de fals. & testator annuerit.

Vel si veniam impetraverit à Principe , l. 3 & 4 , cod. de his qui sibi.

Vel si aliâ manu sibi scribenda dederit , tunc enim & poena remittitur ei , & scripta consequetur quamvis cætera scripsisset , l. 15 , §. ult. de l. Corn. de fals.

Item , valet quod filius dictante patre sibi scripsit , l. 1 , paragr. 8 , eod. t.

Vel si testator dixit quod ille dictavit & cognovit. ibid.

Et specialiter subscriptione suâ declaravit dictasse. l. 15 , paragr. 1 , eod. t.



TIT. IX. *De his quæ ut indignis auferruntur.*

Cod. VI, 35.

1800. *Indignus est capax jure , incapax effectu. Cujac. in cod. h. t.*

Quamobrem ei relicta valent & ad heredem vel aliam personam transferuntur cum onere. Cujac. h. t.

1801. *Indignus est cuius culpâ vel negligentia testator moritur , l. 3 , h. t.*

Item , ob INULTAM mortem testatoris fisco caduca bona abdicantur , sub onere legatorum , l. 9 , de S. C. Silaniano.

Sive heres testamento sit , sive ab intestato , l. 15 , in f. eod. t.

Nec ad sequentem gradum qui ultus fuerit transferuntur ex jure vetere. d. l. 15.

Hodiè ab intestato successores veniunt , l. 1 , cod. de ead. toll. vide 2480.

Sive in curiâ testator necatus est , etiamsi Medici insidiis , l. 5 , paragr. ult. de S. C. Silan. vel veneno , l. 9 , cod. h. t.

Absoluto autem reo , non tenetur heres provocare , l. 21 , in f. de S. C. Silan.

Debet tamen provocanti respondere , l. 6 , cod. h. t.

Minoribus 25 annis crimen inultæ mortis non obest. d. l. 6 , l. 1 , cod. in qu. caus. in integr.

Fructus reddit heres , l. 17 , h. t.

Neque enim bona fidei possessor est qui debitum officium pietatis scienter omisit , l. 1 , cod. h. t.

Obligationes verò ex aditâ hereditate confusæ non resuscitantur , l. 29 , inf. de jure fisci.

Item , causa criminis inultæ mortis cum pecuniaria fit , morte ingrati heredis extincta non videtur , l. 22 , de S. C. Silan.

Qui mortem uxoris suæ non defendit , ut indigodos aufertur. l. 20 , h. t. l. 27 , de jure fisci.

1802. *Si capitales vel gravissimæ inimicitiae intercesserint , ademptum videtur quod relictum est , l. 3 , in f. de adim. legat. l. 9 , h. t.*

Vel si testatorem capitali judicio accusaverit, l. 31, §. 2, de adim. legat. vide 340, quamvis testator codicillis posterioribus legatum non adimerit. ibid.

Vel si testimonio suo intentionem accusatoris adjuverit, vel ei adfuit, vel fidejussor pro eo extiterit, l. 5, paragr. 10, h. t.

Vel si palam & apertè ei maledixerit, l. 9, paragr. 1, h. t.

Vel status ejus controversiam movit. d. l. §. 2.

Porrò si iterum in amicitiam redierint, relictum redintegratur, l. 4, de adim. legat.

Idem, si levis offensa sit, manet fideicommissum, l. 3, in f. eod. tit.

1803. Qui FALSUM testamentum dicit, portionem hereditatis amittit, l. 2, cod. h. t.

Et legatum, l. 6, de hered. pet.

Et si quid in secundis tabulis pupilli, & in codicillis, l. 5, paragr. 14, h. t.

*Neque æquitas patitur, ut & criminis causa perse-
quatur, & contractus impleatur, l. 1, cod. de furt.*

*Idem, si dixit inofficium, nisi ante Sententiam
destitut vel decessit, l. 8, paragr. 14, de inoff. testam.
vide 345.*

Contrà, si non jure factum contendit, l. 5, paragr. 1, h. t. l. 24, h. t.

*Quia de jure disputavit, non judicium impugnavit,
aut accusavit. d. l. 24.*

1804. Qui unum heredem per falsum adscriptum ac-
cusavit, legatum accipit à coherede quem non in-
quietavit, l. 4, h. t.

*Accipit quoque si pupilli sui nomine egit, quia of-
ficii necessitas, & tutoris fides excusata esse debet,
l. 22, h. t. l. 30, §. 1, de inoff. test. vide 1397.*

*Pupillus verò indignus efficitur ex tutoris facto, l.
2, cod. h. t. vide 1400.*

*Item accipiet si legatario vel heredi scripto heres ex-
titit, l. 5, paragr. 7, h. t.*

*Quia non principaliter in testatoris hereditatem suc-
cedit, l. 7, h. t.*

Idem, si actionem moverit contra institutum, ex

- eo quod dolo ejus testator sic scripsit, l. 88, paragr. 4, de legat. 2.
 Et quoties ætati ignoscitur. l. 5, §. 9, h. t.
1805. Amittit quod testamento meruit, ille qui tutor datus excusaverit se à tutelâ. l. 5, paragr. 2, h. t. vide 1420.
1806. Qui testamentum celavit, ex eo legatum vindicare non potest. l. 25, cod. de legat. & pœnâ falsi tenetur. l. 14, cod. ad l. corn. de fals.
1807. Ei qui VIVI ignorantis bona quasi heres donaverit, quasi indigno aufertur hereditas, l. 2, in f. h. t. l. 30, de donat.
 Quoniam adversus bonos mores, & jus gentium festinasset. l. 29, inf. de donat. vide 134.
1808. In fraudem juris fidem accommodat, qui promittit restituturum se ei qui legibus capere prohibetur, l. 10, h. t.
 Sive domesticâ cautione, vel chirographo, l. 103, de legat. 1º.
Vel nudâ pollicitatione, vel tacitè. d. l. 10.
 Et fructus ante litem restituit, quia bonæ fidei possessor non fuit, l. 18, h. t.
 In eâ parte quâ fraudem adhibuit, falcidiâ non uititur, l. 11, h. t.
 Excusatur verò ille qui parendi necessitatem habuit. d. l. 10, in f. vide 238, 524.
1809. TUTORI qui in domum suam pupillam duxit, quasi indigno aufertur ipsius hereditas, l. 2, paragr. 1, h. t.
 Illa verò ex testamento ejus capere potest, l. ult. de legat. 1º. vide 1245.
- Quod fallit in protutore. l. ult. cod. de interd. mat.
1810. Declaratio testatoris heredem indignum reddere potest, l. 4, cod. h. t. vide 1773.
 Si de metu sibi illato conqueratur. Goth. ibi. modò coram Notario & 3 testibus, Goth. ibi. Apud nos 5, & quidem 4, Edict. 1735, Notario pro uno teste adhibito.
 Nec obstat hereditatem per codicillos adimi verbis directis non posse, l. 4, cod. h. t. vide 1617.

1811. Ei denegatur successio qui redemptionem CAP-TIVI neglexerit, licet filius vel scriptus heres sit. auth. si captivi. cod. de Epis. & cler.

Excipitur si minor fuit 18 annis. *ibid.*

Eadem poena est parentum, si redemptionem ne-glexerint liberorum. *ibid.*

Idem, de liberis FURIOSI & de ejus parentibus, qui curam illius neglexerunt. auth. liberi. cod. de Episc. audient.

Eiusque legitimus heres erit, ille qui in domum suam eum suscepit, & procuraverit. *ibid.*

Attestatione prius ad eos missâ cùm adhuc negligant. *ibid.*

1812. Si quis patris sui testamentum abolevit, hereditas paterna etiam heredi ejus eripietur. *l. 26, ad l. corn. de fals.*

1813. Si testari prohibuerit, vide 1611, si sibi adscripsit 1795, de hæreticis, 1432.

L I B E R X X X V.

TIT. I. *De conditionibus & demonstratio-nibus & causis & modis, &c....*

Cod. VI, 46, 44, 45.

1814. *CONDITIO* definitur. 1562.

Tunc potestate obtinet cùm in futuram confertur, *l. 39, de reb. cred.*

Quo enim bonum est expectare, si omnimodo de-beatur, *l. 13, paragr. 2, ad S. C. Velley.*

Dandi faciendique conditiones, in personas collo-cantur, *l. 60, h. t.*

Si ut quid obtingat in eventu ponuntur. *ibid.*

Si in arbitrium alterius, vel heredis. vide 1651.

1815. Quædam conditiones sunt quæ impleri possunt vivo testatore, ut putâ *si navis ex Asia venerit, l. 2, h. t.*

Eas si impletas esse sciat testator, & iterum fieri possint, expectentur ut fiant, *l. 11, h. t.*

Quædam sunt quæ non nisi post mortem impleri possunt, veluti *si decem dederit, l. 2, h. t. his lega-*

tarii heres parere non potest, l. 109, h. t.

Quædam quæ ex jure pendent, & ipso jure impletur, ut si paterfam. sit, l. 21, h. t.

Voluntas defuncti conditiones regit, l. 19, h. t.

Eamque potius quam verba considerari oportet. l. 101, h. t. vide 1533.

1816. IMPOSSIBILES conditiones pro nullis habentur, l. 3, h. t. quasi non scriptæ, l. 6, in f. h. t. vide 1564, 2205.

Impossibilium enim nulla obligatio, l. 145, de regul. jur.

Indè cum per legatarium non stat quominus impleatur, pro impleta habetur, l. 5, paragr. 5, qu. dies leg. vide 2654.

Vel si per eum stat, qui si impleta esset debiturus erat, l. 81, paragr. 1, h. t.

Vel per eum eius interest sit, quominus impleatur, l. 121, de regul. juris. l. 24, h. t.

Et paratus sit adimplere eam, l. 31, in f. h. t.

Quapropter hæc conditio si moraretur cum matre, mortuâ matre pro impleta est, ut legatum debeatur, l. 20, de ann. legat.

Idem, si heredis negotia gessisset, & remotus sit à negotiis, l. 13, eod. t.

Si non propter fraudem vel aliam justam causam remotus sit. *ibid.*

Si propter filii utilitatem, his qui cum eo morati fuissent legavit, contrâ voluntatem petentes non audiuntur. l. 84, h. t.

1817. TURPES conditiones remittendæ sunt, l. 20, h. t. vide 2206.

Si lædant pietatem, existimationem, verecundiam, vel bonos mores, l. 15, de cond. instit. vide 1564.

Vel si contra leges, l. 14, eod. tit. l. 37, h. t.

Vel si contra jus libertatis, ut putâ uti in illa civitate domicilium habeat, aut à certo loco non recedat, l. 71, paragr. 2, h. t.

Vel si utilitati publicæ oppugnans, l. 2, §. 44, ad S. C. Tertyll.

Conditio jurisjurandi à Prætore reprobatur, l. 8, de cond. instit.

1818. *Si capitolum ascenderit, conditio sic accipienda est cum primum potuerit ascendere, l. 29, h. t.*

Conditionem sciens, nam si fato fecerit, obtinperasse voluntati non videtur. l. 2, h. t.

1819. *Si anno heredem meum servierit, legatum debetur, licet valetudo impedimento fuisset, l. 4, paragr. 5, de stat. liber.*

Serviunt enim quos curamus agros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur. ibid.

Si mater mea moritur dato, sub conditione est ac si dixerit, nisi mater mea moriatur, ne dato. l. 40, paragr. 2, h. t.

1820. *Si MATRIMONIO coierint 100 lego, & alter decepsit, legatum apud heredem remanet, l. 31, h. t. l. 4, cod. de condit. insert.*

Si alter noluit, volentis pars debetur. d. l. 31.

Si Cum Titio nupta erit, non semper mortis patris tempus observatur, sed voluntate patrocinante, tardius conditio producitur, l. 19, h. t.

Si Titia non nupserit, pro non scripta conditio est. ll. 22, paragr. 5, 100, h. t.

Nisi uxor testatoris fuerit, l. 14, de legat. 3º. auth. cui reliquum, cod. de ind. viduit.

Idem, si arbitratu Titii nupserit, ne nuptiis impedimentum inferatur, l. 72, paragr. 4, h. t.

Valet autem conditio, si Titio nupserit, l. 31, h. t. modò honestè possit, l. 63, paragr. 1, h. t.

Valet quoque si Titio non nupserit, l. 63, h. t.

Valet si in certa civitate non nupserit, nisi fraus legitima esset, si aliubi nubere facilè non possit, l. 64, paragr. 1, h. t.

Si ut Mæviam uxorem ducat, vide 1242.

Cœterum quod ad impediendas nuptias scriptum est, nullam vim habet, l. 79, paragr. 4, h. t.

Hoc fermone dum nupta erit, priuæ nuptiæ significantur. l. 89, paragr. 1, de verbor. signif.

1821. *Substitutio fideicommissaria evanescit, si filius heres liberos sustulerit, l. 6, §. 1, cod. de inst. & subst.*

*Idem, de nepotibus, neptibus, & deinceps, l. 30,
cod. de fideic.*

*Quasi sub tacitâ conditione SI SINE LIBERIS fac-
tâ, Goth. in d. l. 30, conjecturâ pietatis, l. 102,
h. t.*

*Cùm verisimile non sit patrem si de nepotibus co-
gitaverit, talem fecisse substitutionem. d. l. 30, l. 6,
cod. de inst. & subst. vide 1976.*

*Ne videatur alias successiones propriis anteponere.
d. l. 30.*

Secùs in extraneis, Goth. in d. l. 30.

1812. *Si uterque filius sine liberis obierit, omnem here-
ditatem ad neptem meam pervenire volo: defuncto
primo superstite filio, deinde secundo sine liberis,
neptis admittitur pro parte secundi, l. 57, §. 1, ad
Trebell. quod perdurum videtur, & quasi correctum
l. penult. cod. de impub. in quâ substitutus duobus filiis
impuberibus his verbis, si uterque impubes decesse-
rit, non admittitur nisi uterque eorum in prima æta-
te decesserit, eâ ratione cogitasse patrem primo filio
decedente, fratrem suum in ejus portionem succedere,
vide 1555, undè & filium ipsius fratri. Contra tamen
Cujac. lib. 8, respons. Pap. in d. §. 1, idque in puncto
juris, secùs in praxi, voluntate patrocinante que to-
tum facit in testamentis.*

*Conceptis ante deportationem & posteà editis, si
sine liberis conditio deficit, l. 17, §. 5, ad S. C.
Trebell.*

Secùs si post deportationem. d. paragr. 5.

1813. *Sine liberis decessisse videtur, si quos suscep-
rat vivus amiserit, l. 17, §. 7, ad S. C. Trebell.
vide 1976, de commororientibus, vide 1778.*

*Secùs si posthumus natus fuerit, l. 18, qu. dies leg.
l. 153, de verbor. signif.*

*Qui enim uxorem prægnantem reliquit, non vide-
tur sine liberis decessisse. l. 147, de regul. jur.*

1814. *Fideicommissum quatenus impubes decedat, eva-
nescit si pubes factus decesserit, l. 93, de legat. 1º.*

*Si dixit restituas Seiò cùm ad annos 16 pervenisset,
& anteà Seiùs defunctus est, ad heredem Seii perti-*

met cùm magis ob tutelam ejus sit. *l. 46, ad S. C. Trebell.*

1825. Filios EMANCIPARE rogatus, eos emancipare cogitur, si agnovit id quod sibi relictum est hác contemplatione, *l. 92, h. t.*

Neque enim debet circumveniri testantium voluntas. *ibid.*

Secūs si non agnovit, potestas enim patria inæstimabilis est. l. 114, §. 8, de legat. 1º. vide 1902.

1826. Si ut *Titio & Seiō* 10 dederit, nihil consequetur donec utriusque dederit, *l. 23, h. t.*

Et totam pecuniam numeravit, *l. 56, h. t.*

Cùm conditionem scindere non possit, ne etiam legatum scindatur, *l. 23, h. t. vide 1655.*

Idem de eo cui fundus legatus est si decem dederit, l. 56, h. t. & numerus successorum ejus pro singulari persona est habendus. ibid.

Dissimilis est causa cùm duobus eadem res sub conditione legata sit. *ibid.*

Tunc enim singuli pro suâ parte, & conditioni parere, & legatum capere possunt. *ibid.*

1827. Individua conditio potest per unum impleri, *l. 44, de hered. instit.*

Eique solummodo prodest. *ibid. & l. 13, de manum. testam.*

Pro portione sibi contingente. *l. penult. cod. h. t.*

1828. Dies incertus conditionem in testamento facit, *l. 75, h. t.*

Sicuti in contractibus, *l. 56, de cond. indeb. vide 684.*

Veluti cùm is annorum 14 esset factus, & ante 14 ann. deceperit, conditionem enim in se continet, *l. 22, qu. dies leg.*

Nisi ex testamento apparuerit petitionem in tempus legitimæ ætatis dilatam fuisse, *l. penult. cod. eod. tit.*

Aut si magis ob tutelam fideicommissarii, quam ut incerta dies constitueretur, *l. 46, ad S. C. Trebell. vide 1869, 1824.*

Item, sub conditione est cùm ità scribitur heres.

meus cum morietur decem dato Titio, l. 1, §. 2, h. t. l. 4, qu. dies leg. vide 1866, nec ad heredem legatarii transit, si vivo herede decebat, l. 13, eod. t.

Quamvis enim ipsum moritum certum sit, tamen incertum est an vivo eo dies legati cesserit, ll. 79, §. 1. 1, §. 2, h. t. l. 13, qu. dies leg.

Quoniam causa ex qua debeatur præcedere semper debet. d. l. 13.

Si dixerit cum morietur legatarius, purum legatum est, quia non conditione sub morâ suspenditur, non potest enim conditio non existere. l. 79, h. t. l. 4, paragr. 1, qu. dies leg. vide 1865, 2205.

1829. *Intercidit legatum si ea persona decesserit cui legatum est sub conditione quæ nondum extitit, l. 59, h. t. vide 1866.*

Sub conditione vero stipulantes, omnimodo heredibus acquirunt, l. 18, de regul. jur. vide 2204.

Qui autem legat legatarii posteritatem non spectat. Goth. in l. 78 de verb. oblig.

Intercidit quoque si damnatus sit legatarius pœna quæ morti adsimilatur. l. 59, inf. h. t.

1830. *Non videtur repetita conditio à substituto, quæ repetita inutile legatum facit, l. 113, paragr. 4, de legat. 1.*

Item, legatum sub eadem conditione transfertur, si non conditio personæ cohæreat. l. 95, h. t. l. 24, de adm. leg.

1831. *NOMINIS honesti ferendi, conditio esse potest, ll. 7, inf. 63, paragr. 10, ad S. C. Trebell.*

Non si turpis. dd. ll.

Etiam in stipulationibus. l. 19, in f. de donat.

1832. *Legatâ pure pecuniâ, si testator indicaverit unde paretur & ibi nulla sit, non erit conditio, sed DEMONSTRATIO, l. 96, de legat. 1º. vide 1637.*

Idem, Si 50 ex redditibus fundi futuri anni, & minus percepti sint, l. 26, qu. dies legat.

Secùs si certos fructus ex fundo nascituros, l. 5, de trit. vin. vide 1727.

Demonstratio enim plerumque factam rem ostendit, conditio futuram. l. 34, paragr. 1, h. t.

1833. FALSA demonstratio non perimit legatum , l. 2., cod. de fals. caus. l. 75, §. 1, de legat. 1, vide 1637.

Quamvis in personâ legatarii erratum fuerit , l. 17, paragr. 1, h. t.

Nec perimit fideicommissum , nec heredis institutionem , l. 33, h. t.

Si constat de quo senserit testator , ll. 17, 34, h. t.

Nec in totum falsum videtur , quod veritatis primordio adjuvatur , l. 76, paragr. 3, de legat. 2º.

Optimum ergo est non propriam verborum significationem scrutari , sed in primis quid testator demonstrare voluerit , l. 18, paragr. 3, de instr. & instr. vide 1533, 1668.

Porrò si in fundi vocabulo erravit , Cornelianum pro Semproniano , debebitur Sempronianus , l. 4, de legat. 1º.

Sed si in corpore erravit non debebitur , rerum enim vocabula immutabilia sunt , fundi vel hominum mutabilia. ibid. vide 1649, paragr. 12.

Undè si pro veste lancem leget , neutrum debebit , l. 9, §. 1, de hered. instit. quod difficile tamen in praxi.

Si fraternâ charitate sub appellatione fratris heredem instituit eum qui frater non est , rectè instituitur , l. 58, paragr. 1, de hered. instit.

Fundo non demonstrato , inutile legatum est , l. 69, paragr. 4, de jure dot.

Et quoties non appareat quæ res legata sit , etiam in liberali causâ , l. 31, de manum. test. vide 1637.

Vestem meam , hac demonstratione meam præsens non futurum tempus ostenditur. l. 7, de aur. argen.

1834. Quod juris est in falsâ demonstratione , hoc vel magis est in falsâ CAUSA , l. 17, paragr. 2, h. t.

Nec legato obest , l. 72, paragr. 6, h. t. vide 1534.

Quia ratio legandi legato non cohæret , nisi probetur alias legaturus non fuisse. ibid.

1835. Causa in præteritum , pœna in futurum conferatur. l. 12, h. t.

1836. MODUS est finis propter quem legatur , vel causa legandi collata in futurum. Goth. in l. 1, cod. de his qu. sub.

Sive lex certa quæ imponitur dationi rei. Cujae. in l. 17 , h. t.

Sub modo legatum est , si ut ex legato aliquid faceret , veluti monumentum , l. 17 , inf. h. t.

Si ad exemplum alterius quod non extat , extruere debet legatarius secundum substantiam & dignitatem defuncti , l. 27 , h. t. vide 610.

Quid si illicita? Vide 1663.

Etiam modus adscriptus pro conditione observatur , in legatis & fideicommissis. l. 1 , cod. de his quæ sub.

1837. De conditionibus institutionum , vide 1562....

TIT. II. Ad legem falcidiam.

Cod. VI , 50. Novel. 1 , cap. 2 , 131 , cap. 12.

1838. Lex FALCIDIA lata est his verbis , quibusque dare legare volet , jus potestasque esto , dum ne minus quam quartam partem hereditatis heredes capiant , l. 1 , h. t.

Etiam , in intestatorum successionibus , propter fideicomissa , l. 18 , h. t.

Quamvis causam testamenti omiserint. l. 18 , paragr. 1 , si quis omiss.

1839. Si dodrantem excesserint legata , ipso jure minuuntur , l. 73 , paragr. ult. h. t. idem de mortis causâ donationibus , l. 5 , cod. h. t. & de donationibus inter virum & uxorem qui non nisi mortis causâ valent , l. 12 , cod. h. t.

Et repetit heres quod ultrà modum datum est , l. pen. cod. h. t.

Si errore facti , l. 9 , cod. h. t. vide 1228.

Heres in ratione falcidiæ sic accepto facere sibi cogitur ex fideicomisso , ut quartam & quartæ fructus ex die mortis habeat. l. 15 , §. 6 , h. t. vide 1855.

1840. Quarta pars non minuitur quibusdam damnis , nec augetur quibusdam accessionibus , l. 30 , h. t.

Tempore mortis testatoris observato , pro quantitate patrimonii , ll. 56 , 73 , h. t.

Refertur ad hanc legem , omne quod ex bonis defuncti erogatur , l. 1 , paragr. 7 , h. t.

Vel commodum tribuitur , l. 1 , paragr. 10 , h. t.
vide 1855.

Et quod jure hereditario capit , ll. 91 , 74 , h. t.
vel ex substitutione , l. 1 , §. 13 , h. t.

Vel ex his quæ legatarii non capiunt , l. 76 , paragr. 1 , h. t.

Non tamen illæ res , quas jure legati vel fideicommissi à coherede accepit , l. 74 , h. t.

Nec quæ jure donationis inter viyos . Goth. in l. 56 , paragr. ult. h. t. ex Cujac.

1841. FRUCTUS qui maturi mortis tempore fuerunt , augent hereditatis aestimationem , l. 9 , h. t. vide 356 , cùm ex his prætiosior sit. *ibid.*

Idem , de fructibus & usuris rei in diem legatæ , donec dies obtingit , ll. 73 , paragr. 4 , 66 , h. t.

Idem , de retentionibus , l. 11 , h. t. veluti si heres legatarium exceptione summoveat , l. 50 , h. t.

Vel ex quâcumque causâ legatum non præstet , l. 52 , paragr. 1 , h. t.

Quamvis legatum ab initio inutile non fuerit , sed tantum ex post facto , l. 51 , h. t.

Nisi si quid retinuerit cùm creditoribus decidendo , veluti transactione ne solidum solveret , l. 3 , §. 1 , h. t.

Quia hanc pecuniam non ex hereditate , sed ex decisione habet. *ibid.*

Idem , si quid pluris vendiderit , quia magis ex stipitiâ emptoris habere videtur , l. 3 , h. t.

Et commodum debet esse heredis , si benè res administravit. *ibid.*

1842. In legatum computatur liberatio legata debitori , quamvis non solvendo , l. 22 , §. 3 , h. t.

Unde si falcidia locum habeat , hoc plûs videbitur legatum. *ibid.*

Licet nomen hoc non augeat hereditatem , nisi ex eventu. *ibid.* putâ si ampliatæ facultates ejus fuerunt , l. 56 , §. 1 , h. t.

Capere enim videtur eò quod liberatur. d. §. 3.

Si alii tale nomen legetur , nullum legatum erit , nec cæteris contribuetur. l. 22 , §. ult. h. t.

1843. In falcidiâ , ÆSTIMATIO pretii rerum ex veritate facienda est, l. 42 , h. t. hoc est secundum præfens pretium , l. 62 , §. I , h. t.

Non ex affectu nec utilitate singulorum , l. 63 , h. t. vide 535.

Nec ex æstimatione quam testator fecit. l. 15 , in f. h. t.

1844. ANNUI legati æstimatio fit ex verisimili vitâ legatarii , l. 68 , h. t.

Si legatarius sit in primâ ætate usque ad ann. 20 , quantitas alimentorum 30 ann. computatur. d. l. 68.

Ab annis 20 , usque ad 25 ann. 28. *ibid.*

Ab annis 25 , usque ad 30 ann. 25. *ibid.*

Ab annis 30 , usque ad 35 ann. 22. *ibid.*

Ab annis 35 , usque ad 40 ann. 20. *ibid.*

Ab annis 40 , usque ad 50 , tot annorum computatio fit , quot ætatis ejus ad annum 60 , deerit , remitto uno anno. *ibid.*

Ab annis 50 , usque ad 55 ann. 9. *ibid.*

Ab annis 55 , usque ad 60 ann. 7. *ibid.*

Ab annis 60 , cuiuscumque ætatis sit , ann. 5. *ibid.*

1845. USUSFRUCTUS quarta pars ab herede retinetur , si dividi possit , l. 1 , paragr. 9 , h. t.

Si æstimandus sit , & legatarius in primâ ætate usque ad ann. 30 , computatio 30 ann. fit , l. 68 , h. t.

Ab annis 30 , tot ann. quot ad ann. 60 , deesse videntur. *ibid.*

Plus ergo detrahendum in usufructu quam in annuis legatis , idque favore alimentorum quæ in annuis præstationibus consistunt & ita minus detrahuntur.

Si Reipublicæ , pro 30 ann. computatio fit. d. l. 68.

1846. In SERVITUTE legatâ si falcidia intervenerit , partis æstimationem offerre debet legatarius , l. 7. h. t.

Quoniam servitus dividi non potest. d. l. 7 , vide 475.

Idem , in cæteris quæ divisionem non recipiunt. l. 80 , paragr. 1 , h. t.

1847. Heres detrahit ex hereditate fideicommissum sibi à testatore debitum , quasi æs alienum , l. 54 , h. t.

Et quod sibi à testatore mortis tempore debitum fuerit , quamvis confusæ sint actiones , l. 6 , cod. h. t. l. 15 , paragr. 3 , h. t.

Et impensa funerum , l. 1 , paragr. ult. h. t. l. ult. paragr. 9 , cod. de jure deliber.

Et quæcumque probaverit in necessarias causas per soluisse . d. paragr. 9.

Veluti in testamenti insinuationem , vel in inventarii confectionem . d. §. 9.

Et omne æs alienum , l. 66 , §. 1 , h. t.

Cùm legata & mortis causâ donationes non debantur , nisi deducto ære alieno , aliquid superfit . d. §. 1.

In singulis heredibus ratio legis falcid. componitur , l. 77 , h. t. ac si plures essent hereditates . Goth. ibi.

Nisi uno deficiente , alter solus heres extiterit , l. 78 , h. t.

Vel ad alterum omnium hereditas reciderit , l. 87 , §. 6 , h. t.

Item , de coheredum prælegatis , falcidia deducitur . l. 17 , cod. h. t.

1848. Legatarius vel fideicomm. pecuniam dare rogatus , non utitur l. falcid. beneficio , l. 47 , inf. h. t.

Nisi pro portione ejus quod ipse passus est , l. 32 , §. 4 , h. t. quod fallit si annua alimenta præstare jussus sit . l. 21 , §. 1 , de ann. legat. l. 25 , h. t. l. 77 , §. 1 , de legat. 2.

1849. Cessat falcidia si eam testator expressim VETUIT . Nov. 1 , cap. 2 , in fine , vide 1861 , quod olim non obtinuit , ll. 15 , §. 1 , 27 , h. t.

Vel si dixerit tota & plena & integra , vel sine deminutione legata præstari . Goth. in l. 1 , cod. h. t.

Vel si ita relicta res est ne alienetur , sed permaneat apud successores ejus cui relicta est . auth. sed & in re , cod. h. t.

Item , cessat in his quæ ad PIAS causas relicta sunt . auth. similiter , cod. h. t.

Olim ad ea quoque pertinebat quæ Deo relinquebantur l. 1, §. 5, h. t.

Item cessat in ALIMENTIS legatis. Goth. in l. 89, h. t.

Idem, si heres inventarium non fecerit. Nov. 1, cap. 2, §. si verò 2, l. 22, §. 14, in f. cod. de jure delib.

Vel si sciens solida quibusdam legata solverit, cæteris enim retinere non potest. Nov. 1, cap. 3, quæ anteā non cessabat, ll. 15, §. 2, 16, h. t. 6, §. ult. cod. h. t.

Vel si spopondit se daturum, l. 46, h. t. l. ult. cod. h. t. l. 20, §. 1, de donat.

Nec heres conditionem habet, ll. 1, 9, & ult. cod. h. t. quia pleniorē testatoris fidem fecutus est. d. l. 1, d. l. ult. vide 1689.

Nisi errore facti solvit, l. 9, cod. h. t. vide 1860.


Cessat quoque falcidia ex testamento militis, l. 12, cod. de test. milit. l. 7, cod. h. t.

Non ex codicillis post missionem factis, ll. 17, h. t. 17, in f. de test. milit.

Item, indignus est beneficio l. falcid. qui id egerit, ut fideicomm. intercidat. l. 59, h. t.

1850. Et in legatis Principi datis, l. falcid. locum habet. l. 4, cod. h. t.

1851. Longo tempore à morte testatoris, beneficium l. falcid. non amittitur. l. 58, h. t.



L I B E R X X X V I .

T I T. I. Ad S. C. Trebellianum.

Cod. VI, 49.

1854. EX S. C. TREBELLIANO actiones hereditariae dantur his, & in eos quibus fideicommissum universale restitutum est, l. 1, §. 2, h. t.

Ex S. C. PEGASIANO rogatus restituere, potest quartam partem retinere. paragr. sed quia 6, instit. de fid. hered.

Sicuti ex l. falcidiā in legatis. *ibid.*

Idcircò & falcidia nuncupatur in l. 55, paragr. 2, & l. 1, paragr. 19, h. t.

Ab intestato quoque locum habet, *ll. 3, cod. h. t. 6, paragr. 3, h. t.*

Et adversus Rempublicam. l. 3, cod. h. t.

1855. In quartam imputatur quodcumque heres præcipere, vel deducere, vel retinere ius sūs est, *l. 91, ad l. falcid. l. 24, cod. fam. ercisc. vide 1840.*

Et si quid heres alienavit, l. 3, paragr. 3, h. t.

Et fructus ante conditionem vel diem percepti, ll. 21, paragr. 2, 58, paragr. 5, h. t.

Si tantum fuerint quantum quartam faciunt, & quartæ fructus. d. §. 2, vide 1839, ex usu vel potius ex abusu quinquennio consumitur fructuum perceptione.

Nisi hos perceperit heres negligentia petitoris, cùm præsenti die fideicommissum sit. d. paragr. 2.

*Non enim judicio defuncti percepti videntur. *ibid.**

Fructus non imputantur LIBERIS, quamvis pater aut mater rogaverit, vel jussérat fructuum imputationem. l. 6, cod. h. t.

1856. Heres simul retinere potest & falcidiā ex legatis, & quartam ex fideicommissis, *l. 3, §. 2, h. t.*

Quod tamen nihil aliud est q̄dā quadrans ex aſſe. Goth. in l. 3, h. t.

1857. Si ab herede hereditaria pars retineatur, dividuntur actiones inter eum & fideicommissarium, *l. 30, paragr. 3, h. t.*

Et onera pro competenti portione, l. 2, cod. h. t.

Si pecuniam retinuit, apud ſolum fideicommissariorum ſunt, l. 30, paragr. 3, h. t. hoc eſt ſi dixerit testator, deduciſ 100 reſtue. l. 1, in f. h. t.

1858. Ille cui portio hereditatis legata fuit (legare enim poſſe etiam portionem hereditatis placet) quartam reſtituendo non retinet, *l. 22, in f. h. t.*

*Nec ſufficit de hereditate roga tum eſſe, ſed quaſi heredem rogar oportet, ut Trebelliano locus fit. *ibid.**

1860. Qui ſine deductione quartæ partis reſtituit, recuperare eam non poſteſt, *l. 68, paragr. 1, h. t.*

Contra l. 21, h. t. solve nisi probaverit per errorem non retinuisse. d. paragr. 1, vide 681.

Intellige per errorem facti non juris, l. 9, cod. ad l. fal. vide 1228.

Difficile quidem creditur per ignorantiam magis, quam explendi fideicommissi causâ, hoc fecisse. d. paragr. 1.

1861. Cessat retentio si testator expressè prohibuit. Novel. 1, cap. 1, vide 1849.

Ptæterquam si filio vel filia. l. 6, cod. h. t.

1862. Si quem sumptum fecit heres in res hereditarias detrahet, l. 22, paragr. 3, h. t.

Veluti si exustas domus extruxit, l. 58, de legat. 1º.

Si modò nullâ culpâ ejus incendium contigisset, l. 59, eod. tit.

Si nullâ retentione domum tradidisset, conditio ei competit, l. 60, eod. tit.

Sumptus verò in refiendo necessarios factos non reputantur si postea conditio extitit. l. 61, eod. tit. & Cujac. ib. qui legit factos ab herede in domo legata & rectè.

TIT. II. Quando dies legati vel fideicommissi cedat.

Cod. VI, 52.

1864. CEDERE DIEM significat, incipere deberi pecuniam, l. 213, de verb. signif.

VENIRE DIEM significat, eum diem quo peti possit, ibid.

Cùm ante diem peti non possit, l. 21, h. t.

Deberi dicimus & quod die certâ præstari oportet, lièt dies nondùm venerit, l. 9, ut leg. seu fideic.

1865. Dies legati cedit à morte testatoris si legatum purum sit, vel in diem certam, l. un. §. 1, cod. de caduc. toll. l. 5, paragr. 1, h. t.

Vel sine die, & conditione, l. 32, de legat. 3º.

Vel sub conditione supervacuâ, putâ si Titius hereditatem meam adierit, l. 22, paragr. 1, h. t.

Vel quamvis heres nondum natus sit, l. 7, paragr.

2, h. t.

Vel tardius adeat, per conditionem impeditus, l. 7, §. 1, h. t.

Quod certum sit legatum debitumiri, si adeatur hereditas, l. 22, paragr. 1, inf. h. t.

Heredis enim aditio, moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit, l. 7, h. t.

Cum dies certa conditionem non operatur, quia dies non potest non existere, l. 79, de cond. & dem. vide 1828.

Si ea conditio sit quam Praetor remittit, statim dies cedit, l. 5, paragr. 3, h. t.

1866. Si legatum vel fideicommissum sit sub conditio-
ne, non prius dies cedit, quam conditio fuerit im-
pleta, l. 5, paragr. 2, h. t.

Idem, si sub die incerto, quoniam dies cedit cum
dies incertus extiterit, l. un. §. 7, cod. de caduc.
toll.

Quapropter heres cum morietur dato 10 Titio,
hoc legatum ad heredes Titii non pertinet, si vivo
herede Titius deceperit, l. 12, §. 1, de legat. 2, vide
1828.

1868. CUM VOLUERIT heres tractum habet quam-
diu vivat, l. 11, paragr. 6, de legat. 3º.

Si vero deceperit antequam dederit, heres ejus
praestat. *ibid.*

Nam post mortem creditur datum, l. 41, paragr.
13, cod. t.

Si fideicommissarius anteà deceperit, ad heredem
nihil transfert, l. 11, paragr. 6, eod. t.

Conditionale enim esse legatum nemini dubium
est. *ibid.*

Si voluerit? vide 1651.

1869. Cum ad ann. 16 pervenisset, in ingressu anni
non debetur, l. 48, de cond. & dem. vide 1649.

Sed cum compleverit, l. 49, de legat. 1º. vide
1491.

Quod fallit in testamento patris favore liberorum
filii cui relictum est, l. 74, §. 1, ad S. C. Trebell.

Item nisi si de emolumento relicti fideicommissi, tunc enim non coeptum annum sed impletum expectandum est, l. 5, cod. h. t.

Decem accipiat cum ad legitimum statum pervenerit, si anteā vitā functus est, eo tempore solucio fieri quo 25 annum aetatis implexet, d. l. 5, vide 1828.

Quia non conditio inserta, sed petitio dilata videtur. *ibid.*

1870. Si decesserit legatarius post diem legati cedentem, ad heredem ejus transfertur legatum, l. 5, h. t.

Si prius, non transfertur. l. 12, parag. 1, de legat. 2°. *quid in usufructu legato?* Vide 1705.

1871. FRUCTUS ad fideicommissarium pertinent, licet major pars anni ante diem cedentem præteriisse dicatur. l. 42, de usur. vide 1309.



L I B E R X X X V I I .

T I T. I. *De bonorum possessionibus.*

Cod. VI, 11, 12, 13.

1877. *H*ereditatis bonorumye possessio Prætoria successio est. *Cujac. h. t.*

Juris magis quam corporis, l. 3, §. 1, h. t.

Cum Prætor non potuit heredem facere, vel Dominum, nec proprietatem tribuere, sed possessionem tantum, & retentionem. *Cujac. h. t.*

In omnibus vice heredum bonorum possessores habentur, l. 2, h. t. l. 160, de regul. jur.

Nec non ab intestato habentibus jus legitimum datur, l. 6, paragr. 1, h. t.

Intra annum, l. 1, paragr. 12, de success. Edic.

Idem, in filio *ibid. paragr. 15*, & omnibus causis liberis parentibusve, *ibid. paragr. 16*.

1878. Datur bonorum possessio SECUNDUM TABULAS, si tabulæ fuerunt tempore mortis, l. 1, si tab. test. ext.

Tametsi extare desierint. *ibid.* & *l. 1, §. 3,* *de bon. poss. sec.*

Licet falsum testamentum pronuntiatum sit, modò appellatio pendeat, *l. 1, cod. eod. t.*

Et tabulæ & testium signis signatae sint, *l. 2, cod. eod. t.*

Datur etiam pendente conditione, *l. 6, de bon. poss. sec.*

Pro quâ parte heres scriptus est. *l. 2, §. 2, eod. t.*

1879. Datur *CONTRA TABULAS*, liberis præteritis. Cujac. in tit. *de bon. poss. contr.*

Licet emancipatis, *l. 3, de bon. poss. contrà tab.*

Iis quoque qui ex his nati sunt. *ibid.*

Eodem ordine quo vocantur ad successionem ex jure civili, *l. 1, parag. 1, eod.*

Nepotibus ex uno filio unâ parte datâ, *l. II, §. 1, eod. t.* vide 1917.

Non autem si legatum vel portionem hereditatis sibi datam agnoverint, *l. 10, §. 3, eod. t.* quamvis aditio hereditatis non noceret. *d. parag. 3.*

1880. Ubi cumque lex, vel senatus, vel constitutio capere hereditatem prohibet, bonorum possesio cef-sat, *l. 12, parag. 1, h. t.*

Apud nos hereditates deferuntur ipso jure sive ab intestato, sive ex testamento, nec bonorum possesio petitur, nisi successio ab altero possideatur, undè regula, le mort saisiit le vif.

TIT. IV. *De bonorum possessione contrà tabulas.*

Vide 1879.

TIT. VI. *De collatione (bonorum)*

Cod. VI, 20.

1881. *COLLATIO* est commixtio seu confusio bonorum propriorum cum paternis. Cujac. h. t. & in eod. tit. cod.

*Vid. Sup. Sag. 270, ubi: Sup ill. Eas. Q. ix. vel
Max. delect.*

Tam ex testamento quam ab intestato. Novel. 18, cap. 6.

Manifestae aequitatis est ut sua quoque bona in medium conferant qui appetunt paterna. l. 1, h. t.

1882. Non confert filius ea quae minimè parentibus acquiruntur, l. ult. cod. h. t. veluti adventitia bona. Goth. in d. l. ult.

Nec peculium castrense vel quasi, l. 1, §. 15, h. t.

Nec fideicommissum cum pater morietur. ibid. paragr. 19, quamvis prius consecutus sit, l. 11, h. t.

Nec uxoris dotem, ll. 3, §. 4, 1, parag. 20, h. t.

Nec emancipatus post mortem patris quaesita, l. 15, cod. h. t.

Nec ea quae non habet, si nec dolo nec culpâ desit habere, l. 2, paragr. 2, h. t.

1883. Erogata à patre filio emancipato studiorum causâ peregrè agenti, pietate debitâ non credeadi animo, in portionem filii non computantur, l. 50, fam. ercif. vide 1431.

Verum pater materna bona restituendo. excipit quod in honorem ejus cum esset senato erogatum fit, l. 58, de pet. hered.

Item, non computatur quod dignitatis nomine pater erogavit, l. 1, parag. 16, h. t.

Nisi in his quae occasione militiae, si talis sit ut vendatur vel mortuo militante certa pecunia ad heredes perveniat, l. 30, paragr. 2, cod. de inoff. test.

Simplex vero donatio confertur. l. pen. §. 1, cod. h. t.

1884. Minus accipiendo confertur. Novel. 97, cap. 6, & remittendo. l. 1, paragr. 12, h. t.

1885. Collatio prohiberi potest à donatore, l. 20, inf. cod. h. t.

Modò expressim, Novel. 18, cap. 6.

1886. Omnia quae in quartam portionem computantur, ab intestato conferuntur, l. 20, cod. h. t.

Quod minimè è contrariò, cum illa quae conferuntur non omni modo in quartam computantur. d. l. 20.

1887. Sibi quoque partem facit qui confert. l. 1, §. 24 h. t.

1888. Filia acceptam à patre DOTE^M confert, l. 1, de dot. coll. l. 8, cod. h. t.

Quamvis heres instituta Novel. 18, cap. 6, contrā juris veteris dispositionem, l. 3, de dot. coll. l. 7, cod. h. t.

Nisi pater collationem prohibuerit. Nov. 18, cap. 6.

Vel si vir ejus non sit solvendo, l. 1, §. 6, de dot. coll, & nihil ei possit imputari quare eo vergeñte ad inopiam, dotem non exegerit. auth. quod locum, cod. h. t. vide 1304.

Tunc enim actionem inanem confert. Nov. 97, cap. 6.

Non confert filia si bonis se abstineat. l. ult. de dot. coll. confert tamen querelā inofficiōsi motā sive ut portio legitima constituatur.

1889. Dotem ab avo datam post mortem avi & neptis ad patrem reddi oportet quasi ipse pater dedisset, l. 6, h. t. vide 1269.

An conferri debeat à patre? Videtur quod non, cùm non revertatur ad eum ipso jure, sed tantum ex aequitate rei, ut in d. l. 6, & ex conjecturā voluntatis. Menoch. lib. 3, præf. 17, n. 19.

1890. Cùm dos confertur, impensarum necessiarum fit detractio, cæterarum non. l. 1, paragr. 5, de dot. coll. vide 1316.

1891. Etsi tantum promissa sit dos collatio ejus fiet. l. 1, paragr. 1, de dot. coll.

T I T. IX. De ventre in possessionem mittendo, &c.

1893. VENTER, id est, qui jam conceptus est necdum natus. Goth. h. t.

Ei subvenit Prætor propter spem nascendi, dum ventrem mittit in possessionem, l. 1, h. t.

Quoties aliquo casu Dominus honorum futurus est, l. 1, paragr. 2, h. t.

Eò facilius quod favorabilior est causa partus quam pueri, ibid. paragr. 15.

Partus enim alendus est, qui non tam parenti verum etiam Reipublicæ nascitur, *ibid.*

Pro superstite habetur is qui in utero est, *l. 7, h. t. vide 1923.*

Cum de ipsius jure quæritur, aliis autem non profest nisi natus. *l. 131, de verb. sign. l. 7, de stat. hom.*

1894. Mulier in possessionem missa sumit ex bonis (in his curatore constituto) cibum, potum, vestitum, & tecatum pro facultatibus defuncti, & pro dignitate ejus & mulieris, *l. 1, paragr. 19, h. t. vide 1576, 1897.*

Quamvis dotem habeat unde sustentare se possit, quia ipsi præstantur qui in utero est, *l. 5, h. t.*

Tamdiu quamdiu aut pariat, aut abortum faciat, aut certum sit eam non esse prægnantem, *l. 1, paragr. pen. h. t.*

Si sciens se prægnantem non esse consumperit, de suo consumpsit, *ibid. paragr. ult.*

Secùs si bona fide. l. 3, h. t.

1895. Quoties venter in possessionem mittitur, solet mulier curatorem petere ventri & bonis, *l. 1, §. 17, h. t.*

Ita curam hoc officio *curator* administrabit, quo solent curatores atque tutores pupillorum. *ibid. paragr. 22.*

TIT. X. *De Carboniano Edicto.*

Cod. VI, 17.

1897. Hoc Edicto impuberi facta controversia *an inter liberos sit?* In tempus pubertatis differtur, *l. 1, h. t.*

Si status & hereditatis controversia sit, *l. 6, paragr. 3, h. t.*

Et perinde ei possessio datur, ac si nulla controversia esset, *ll. 1, 7, paragr. 4, h. t. causâ cognitâ, d. l. 1, & satisfactione impletâ, l. 1, cod. h. t.*

Nisi manifesta calunnia petentium appareat, neque vel modicum pro puero faciat, *l. 3, §. 4, h. t.*

Si satisfare non potuit, nec aliter alere se posse videtur, usque ad id quod alimentis necessarium est mittendus in possessionem est, l. 5, paragr. 3, h. t.

Majorque cura debet adhiberi ne fame pereat filius quam ne minor hereditas ad petitorem perveniat. d. paragr. 3.

Idem, de studiis & cæteris necessariis impensis modo facultatum, l. 6, paragr. 5, h. t. vide 1429, 1750.

Alimentorum autem causa veritati non facit, præjudicium si filius non sit, l. 10, *de his qu. sui vel.*

1898. Quæstio status pueri differtur cum metus potest esse ne minus idoneè defendatur, l. 1, §. 11, h. t.

Non si magis damnum ex eo patiatur pupillus, nec pendere debet status ejus, cùm jàm possit indubitus esse, l. 3, paragr. 5, h. t.

Nec si mater subiecti partus rea postulatur, l. 1, §. 11, h. t.

Dubium enim non est integrâ fide & majore constantiâ causam defensuram. d. paragr. 11.

Cùm periculum capitis mater subeat, l. 1, cod. ad l. corn. de fals.

1899. Causa ADULTERII contrà matrem differtur, ne quod præjudicium fieret nato, l. 8, *de ventr. in poss.*

Nisi si honorum paternorum quæstio non moveatur. l. 13, h. t.

TIT. XV. *De obsequiis parentibus & patronis præstandis.*

Cod. VI, 6. Novel. 78, cap. 2.

1902. Quod foris est regnum, id domi patria potestas, Goth. in l. ult. si à par. qu. man. vide 57, inestimabilis est, l. 14, paragr. 8, *de legat. 1.*

Sic tamen ut patri persuadeatur, ne acerbè patriam potestatem exerceat, l. 1, in f. delib. exhib.

Näm patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere, l. 5, ad l. Pomp. de parr.

- Licet castigare non prohibitum sit, *l. 3, cod. de patr. potest.*
- 1903.** Filio semper honesta & sancta persona patris videri debet, *l. 9, h. t.*
Eique non solum reverentiam; sed etiam subsidium virtutis ut exhibeat compelletur, *l. 5, cod. de patr. pot. vide 1330, 1429.*
- Item, pietas parentibus etsi inaequalis est eorum potestas, æqua debetur, *l. 4, de curat. fur.*
- Reverentia debetur, parentibus etiam naturalibus, *l. 6, de in jus voc.*
- Una est enim omnibus servanda. *ibid.*
- 1904.** Adversus parentes nec famosæ actiones dantur, *l. 5, paragr. 1, h. t.*
Nec quæ doli vel fraudi habent mentionem. *d. §. 1.*
Vel opinionem adversus bonos mores suggillent, *l. 4, paragr. 16, de doli mal. & met.*
Nec injuriarum, *l. 2, h. t.*
Nec interdictum unde vi, *l. 2, paragr. 1, h. t.*
Nec falsi crimen, sed inquire fides veritatis etiam sine metu criminis potest, *l. 5, cod. ad l. Corn. de fals.*
- Cum ea res pecuniarium compendium non aufert, *d. l. 5.*
- Aetio verò in factum datur, *l. 11, in f. de dolo male in subsidium ceterarum.*
- Item, non ultrà quod facere possunt damnantur, *l. 7, paragr. 1, h. t. vide 1970.*
- Idem, in socero, *l. 21, de re jud.* quia parentis locum socer obtinet, *l. 16, solut. matr.*
- Si de satisfactione? Vide 113.*
- 1905.** Si filius patrem aut matrem contumeliis afficit, vel impias manus ei infert, Praefectus urbis delictum vindicat, *l. 1, paragr. 2, h. t.*
- Qui percutserit patrem suum aut matrem suam morte moriatur, XI. Exod. 15.*
- Vel si maledixerit. ibid. 17, de parricidiis, vide 2452.*
- 1906.** Parentes & liberi utriusque sexus nec non cæteri agnati vel cognati LUGENDI sunt, *l. 23, de his qu. not. in f.*

Non tamen sub infamiae poenâ. d. l. 23.

Idem, & ab exheredato filio. l. ult. eod. t.

LIBER XXXVIII.

TIT. VI. *Si tabulæ testamenti non extabunt,
undè liberi.*

Cod. VI, 14.

1907. **I**ntestatus est etiam ille cuius hereditas ex testamento adita non est, l. 64, de verb. signif.

Succeslio ab intestato in varios gradus dividitur.

1º. liberorum (916) 2º. legitimorum (1919)

3º. cognatorum (1921) deindè viri & uxoris (1914.) l. 1, §. 1, h. t. l. 1, qu. ord. in poss.

TIT. X. *De Gradibus & Adfinibus, &c.*

1911. GRADUS dicti sunt à similitudine scalarum ut à proximo in proximum transeamus, l. 10, paragr. 10, h. t.

Gradus cognationis usque ad 7 inclusivè enumerantur, in l. 10, paragr. 12, & sequ. h. t.

Nec ultrà consistunt, l. 4, h. t.

1912. AGNATI hi sunt per patrem cognati ex eâdem familiâ, l. 10, paragr. 2, h. t.

Licet per diversas matres, *ibid.* paragr. 6.

Agnatio enim vocatur quæ per mares contingit. l. 4, paragr. 2, h. t.

COGNATI quasi unâ communitervè nati, l. 4, §. 1, h. t. illi qui per fœminas conjunguntur, cognati nominantur, l. 10, paragr. 2, h. t.

Cognationis enim origo per fœminas solas contingit. *ibid.* paragr. 6.

AFFINES sunt viri & uxoris cognati, l. 4, paragr. 3, h. t.

Affinitates non eas accipere debemus quæ quondam fuerunt, sed præsentes, l. 3, paragr. 1, de postul.

Præterquam in quibusdam nuptiis contrahendis. §.
affinitatis instit. de nupt.

Jure affinitatis nulla successio permittitur. l. 7,
cod. comm. de suc.

CONSANGUINEI sunt qui sanguine inter se con-
nexi sunt, ll. 1, paragr. 10, 2, paragr. 1, de suis &
leg. intellige ex eodem patre.

Jura sanguinis nullo jure civili derimi possunt. l.
8, de regul. jur.

1913. FRATER secundo gradu est jure civili, l. 10,
paragr. 9, h. t.

Primum occupat ex jure canonico. cap. ult. extra. de
consang. & affin. & ibi glos. in verbo remotior, quod
observatur in Galliâ Edicto 1669, tit. 1, art. 3.

TIT. XI. Unde vir & uxor.

Cod. VI, 18.

1914. Superstitibus consanguineis & cognatis vir uxoris
extraneus est, l. 3, cod. qu. honor.

Quoties vero deficit legitima successio, maritus &
uxor sibi invicem ab intestato succedunt, l. 1, cod.
h. t.

Fisco excluso, d. l. 1.

Modò justum fuerit matrimonium. l. un. h. t.

1915. Si conjux præmoriens locuplex sit, & vidua
absque dote, si laboret inopiam, succedet ei in quar-
tam unam cum liberis, licet alterius matrimonii. auth.
præterea. cod. h. t.

Si tres sint vel pauciores, si plures sint in virilibus.
d. auth. Abrogata apud nos quoad successionem, sed
tali viduae modicum datur in usufructu.

TIT. XVI. De suis & legitimis heredi- bus.

Cod. VI, 54, Novel. 118.

1916. SI HEREDES sunt liberi in potestate morientis:
paragr. sui autem 2, instit. de hered. qual.

Unde foeminæ suos heredes non habent, l. 4, paragr. 2, de honor. poss. contr.

In suis heredibus continuatio dominii fit, l. 11, de lib. & post.

Penè enim ad propria bona veniunt, l. 1, paragr. 12, de success. edict.

Quasi olim hi Domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo Domini existimantur. d. l. 11.

Eisque quasi debitum hereditas obvenit, l. 10, pro soc.

Cùm ratio naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentium hereditatem addicit, l. 7, de bonis damn.

Velut ad debitam successionem eos vocando. ibid. vide 333.

Unde suorum nomen. ibid. nám si filius ergo & heres. Paul. ad Galat. 4, 7.

Idcirco aditio non est eis necessaria, quia statim ipso jure heredes existunt, l. 14, h. t.

Nec est sine herede qui suum heredem habet, licet abstinentem. l. 30, paragr. 10, de fideic. lib.

1917. DESCENDENTES cuiuslibet naturæ, *id est* sexiūs, vel gradūs, etiam ascendentibus præferuntur, licet defunctus sub alterius potestate sit. *Novel. 118, cap. I.*

Nec si parentibus ut liberis debetur hereditas, parentes ratio miserationis admittit, liberos naturæ simul & parentium commune votum, l. 7, §. 1, stat. test. vide 333.

Inter filios & filias, bona intestatorum parentium, pro virilibus portionibus æquo jure dividuntur, l. 11, cod. fam. ercisc.

Qui enim differentias inter eos inducunt, quasi naturæ accusatores existunt, cur non totos masculos generavit, l. 4, cod. de lib. præter. vide 1921.

Apud nos filiæ non succedunt extantibus masculis, ex statuto ann. 1472, reintegrandaæ si masculi ab intestato sine masculis decadant, ex statuto 9 Novemb. 1473, salvâ semper portione legitimâ.

NEPOTES ex diversis filiis non pro virilibus sed ex

stirpibus succedunt, *i. 2, cod. h. t. Novel. 118, cap. 1.*
1918. ASCENDENTES proximi gradus omnibus ex latere cognatis præponuntur, exceptis solis fratribus & sororibus ex utroque latere defuncto conjunctis, cùm quibus hereditatem dividunt secundum personarum numerum. *Novel. 118, cap. 2.*

Idem, de matre, l. 6, ad S. C. Tertyll. vide 1927.

Si plures ascendentes eundem gradum obtineant, tantum habent omnes à patre ascendentes, quantum ascendentes à matre quanticumque fuerint. *d. cap. 2.*

1919. Legitimi heredes sunt consanguinei, agnati, cognati, Goth. h. t. vide 1912.

Inter eos fratres & sorores ex eodem patre & eadem matre nati, primum vocantur. *Nov. 118, cap. 3, Nov. 84, cap. 1, paragr. 1, quod olim non obtinuit, l. 1, cod. de legit. her.*

Cùm fratre vero vel sorore vocantur alterius fratri vel sororis præmortui filii, in quantum eorum parens futurus esset si superstes esset. *Nov. 118, cap. 3, vide 2688, paragr. 32.*

Simil cùm ascendentibus si sint. *Novel. 127, cap. 1.*

Et fratribus defuncti ex uno tantum parente conjunctis præferuntur. *auth. cessante, cod. de legit. hered.*

Quod jus REPRÆSENTATIONIS nulli alii omnimodo personæ hoc ordine venienti largitur, *Novel. 118, cap. 3.*

1920. Post fratres ex utroque parente & eorum filios, vocantur qui ex uno parente conjuncti sunt, Novel. 118, cap. 3.

Sive per patrem solum sive per matrem. *ibid.*

1921. Deinceps à latere cognati vocantur, ita ut viciiores gradu reliquis præponantur. Novel. 118, cap. 3, in f.

Secundum personarum numerum, quod in capita nostræ leges appellant. *ibid.*

Sexus differentia, sublatâ auth. post fratres fratr. *cod. de legit. hered.*

Quis patiatur enim fœminas propter hoc solum puniri quod fœminæ natæ sunt, & paterno yitio (si

hoc vitium est) probem innocentem gravari, l. 14,
cod. de leg. her. vide 1917.

Avunculus matris frater consobrino præfertur. l.
6, cod. comm. de success.

1922. Proximus is est quem nemo antecedit, l. 2, §.
4, h. t.

Et is ultimus, quem nemo sequitur. *ibid.* vide
2649, parag. 15.

1923. Is qui in utero fuit tempore mortis, l. 12, ta-
bul. admittitur, l. 3, paragr. 9, h. t.

Si fuerit editus. *ibid.* vide 1893.

Quia conceptus quodammodo in rerum naturâ esse
existimat, l. 7, h. t.

Nisi post mortem ejus de cuius bonis quæritur con-
ceptus sit, l. 6, h. t.

Attamen mater quæ prægnante uxore defuncti filii
decessit, ad heredem nihil transfert, si posteà uxori
mortuum peperisset, l. 8, paragr. 1, h. t.

Quia certum est eo tempore decellisse, quo legi-
tima hereditas filii sui ad eam non pertinebat. d.
paragr. 1.

1924. Soli succedunt utrique parenti ORTHODOXI
filii, l. 18, §. 1, cod. de hæret.

Si omnes sint hæretici, cognati orthodoxi succe-
dunt. *ibid.*

Aut iis non existentibus, fiscus. *ibid.*

T I T. XVII. *Ad S. C. Tertullianum &* *Orphitianum.*

Cod. VI, 56, 57. Nov. 22, cap. 46.

1926. S. C. Tertulliano, sive Tertulliano, plenissimè
de tristi successione MATRI non etiam aviæ defe-
rendâ cautum est. §. posteà 3, instit. h. t. *hodie* etiam
aviæ. *Novel.* 118, cap. 2.

Licet vulgo quæsitus sit filius filiavè. *ibid.* §. ult. l.
1, §. 2, h. t.

Omnis tamen filios matri præferri visum est, l. 5,
h. t.

Retrò ad hereditatem matris intestatæ, filii vocan-

tur ex S. C. Orphitano. Cujac. in cod. h. t. & avo
materno præferuntur. l. 4, cod ad S. C. Orph.

1927. Admittitur mater, etiam si in alienâ potestate
sit, l. 6, h. t.

Conjunctim cum fratribus defuncti. Novel. 118,
cap. 2, vide 1918.

Ex antiquo jure à patre excludebatur, l. 2, §. 15,
h. t. non ab avo & proavo. ibid.

Hodiè concurrit cum patre in virili. Novel. 118,
cap. 2.

Nec obstat quod filii in potestate sint. ibid.

Ut si defuncto sint fratres, & sorores, & pater, &
mater, omnes ei succedant pro virilibus. Cujac. in cod.
h. t.

Item, mater admittitur, quamvis secundò nupserit.
Nov. 2, cap. 3, vide 1248.

1928. Si non petierit mater TUTORES idoneos filiis
suis, jus ei succedendi ab iustestate amittit, l. 2, §.
23, h. t.

Modò major 25 annis sit, l. 2, cod. si adv. del.

Et filius impubes decesserit, l. 10, cod. de legit.
her. l. 3, cod. h. t.

Ubi primùm petere potuit, ità tamen ut nullomo-
dò annale tempus excederet, l. 2, paragr. 43, h. t.

Ne quidem jure substitutionis succedit, l. 10, cod.
de legit. her.

Idem, si TUTRIX ad secundas aspiravit nuptias,
antequam eis tutorem alium fecerit ordinare eisque
quod debetur ex ratione tutelæ gestæ persolverit, l.
6, cod. h. t. vide 1369.

Ex statuto nostro 11 Jun. 1443, art. 3, ipsius bona
post mortem ejus ad filios prioris matrimonii pertinent.
Salvā tamen ex usu legitimā portione filiis secundi
matrimonii.

Idem, si furioso filio curatorem non petiit, l. 2,
paragr. 31, h. t.

Aut si tutores miscere se tutelæ non compulit,
quia plenum officium à matre desideratur, l. 2, pa-
ragr. 42, h. t.

Nisi penitus egeni filii sint, l. 2, §. 26, h. t. con-

fuluit enim eis ut minus inquietetur quasi indefensi.
ibid. paragr. 45.

1929. Si mater defuncti filii uxore prægnante, decessit.
vide 1923.

LIBER XXXIX.

TIT. I. De operis novi nuntiatione.

Cod. VIII, II. Nov. 63.

1932. **O**pus NOVUM facit qui aut ædificando , aut detrahendo aliquid , pristinam faciem operis mutat , l. 1 , paragr. 11 , h. t.

Non si ædificium vetus fulciat. ibid. paragr. 13.

Nec si reficiat , l. 61 , de regul. jur. modò veterem operis formam servaverit. Goth. in d. paragr. 13.

Si mora periculum aliquod allatura est , contemni potest operis novi nuntiatio. l. 5 , paragr. 12 , h. t.

1933. Novum opus hoc editio inhibetur , sive jure , sive injuriâ factum l. 1 , h. t.

NUNTIATIO fit aut juris nostri conservandi causâ , aut damni depellendi , aut publici juris tuendi gratiâ , l. 1 , paragr. 16 , h. t.

Et quidquid posteà fit Prætor destruere cogit , l. 20 , paragr. 1 , h. t.

Nec interest jure factum sit , an non. ibid. paragr. 3 , vide 2122.

1934. Nuntiatio fieri potest etiam non adito Prætore , l. 1 , paragr. 2 , h. t.

Meliùs est tamen eum adire , l. 5 , §. 10 , h. t. adeundus est ut destruatur quod factum est , vel inhibatur ne ultrà fiat , non verò si simplex denuntiatio fiat ad servandum jus.

1935. In rem fit , non in personam , l. 10 , h. t.

Proindè obligatur qui locum possidet , veluti empator , l. ult. h. t.

1936. Ille cui opus novum nuntiatum est , non aliter

jus ædificandi habet quām si satisdederit. l. 8, §. 2,
l. 21, §. 1, h. t.

1937. Si in publico opus fiat, omnes cives opus novum nuntiare possunt. l. 3, paragr. ult. h. t.

1938. In re præsentि, & (penè dixerim) ipso opere, nuntiatio facienda est, l. 5, paragr. 4, h. t.

Omnibus diebus fieri potest. l. 1, paragr. 4, h. t.

TIT. II. De damno infecto, & de suggrundis, & protectionibus.

1939. Damnum INFECTUM est damnum nondū factum quod futurum veremur, l. 2, h. t. de præterito, vide 523.... (1)

action Suggrunda dicimus tabulas circum ædificia extensas, quæ ædes tuentur ab injuriâ imbrium. Cujac. h. t.

sunt utr Protecta sunt projecta tecta. Cujac. ibi.

soinage 1940. Re integrâ unusquisque cogitur aut de damno infecto cavere, aut ædibus ruinosis carere quas non defendit, l. 9, h. t.

iron en Non tamen ultrà quām ut NOXÆ ædes det, l. 7, paragr. 1, h. t.

vici uest Exemplo animalium quæ noxam commiserunt. ibid. de adiun vide 514.

de farla Si plures domini ædium quæ damnosæ imminent sint, pro partibus convenire eos oportet, non insolidum. l. 40, paragr. 3, h. t. vide 1956.

Cod. 1941. Ei qui non exegit cautionem de damno infecto, nulla competit actio, si vicini ædes ruinosæ in suas ædes ceciderint, ll. 6 & 7, in f. h. t.

5. 25-2- Ne quidem ut rudera tollat, si vicinus & ea quæ jacent pro derelicto habeat. d. l. 6.

289- Si ea voluerit tollere, de damno præterito & futuro tenetur, l. 7, in f. h. t.

Si quis aut propter angustias temporis, vel absentiā Reip. causā non potuit damni infecti stipulari, vicinus aut damnum farciat, aut ædibus careat, l. 9, h. t.

Cum non ipsius negligentia, sed propter aliquod impedimentum sibi non prospexit. l. 8, h. t.

1942. Ex damno infecto moderata æstimatio fit, nec ob tectoria nec ob picturas, l. 40, h. t.

Sed ob id solùm quod interest, & ad utilitatem non ad pœnam, l. 4, paragr. 7, h. t.

Nec ultrà quod re verâ inducitur damnum, l. un. cod. de sent. qu. pr.

Veniunt tamen impensæ, si propter metum ruinæ ædes fulsit, vel alias sibi cavit, l. 28, h. t.

Vel si ob demolitionem habitatores migraverint. l. 37, h. t.

1943. Qui vi fluminis importata petit, de damno infecto repromittere debet, l. 9, paragr. 1, h. t.

Veluti si ratis delata sit in agrum alienum, l. 9, §. 3, h. t. l. 8, de incend.

Et de damno præterito, nec aliter auferri permititur. dd. ll.

LAPSA in alieno fundo petens, de damno jam facto tenetur, l. 9, paragr. 2, h. t.

Si vi tempestatis aliiquid decidit, non tenetur qui auferre non petit, l. 24, §. 4 & 9, h. t. vide 2097.

Quia nullum damnum vitio rei datum est. ibid. paragr. 10.

Et casus prævideri non poterat. glos. in l. 9, §. 1, h. t. in verb. damni.

Nisi si fortè ità vitiosæ ædes fuerint, ut quâlibet vel minimâ tempestate ruerint, l. 24, §. 10, h. t.

Non videtur autem sibi ruere, nisi quod ipsum per se concidit. l. 43, h. t.

1944. Quoties communis PARIETIS vitio quid accedit, socius socio nihil præstat, l. 40, §. 1, h. t. vide 466.

Nisi alter ultrà modum presserat, vel oneraverat. ibid.

In æstimatione damni, in pariete communi infecti, non veniunt incrustationes pretiosiores, nec picturæ, l. 13, paragr. 1, de serv. urban.

Nec pluris quam vulgaria tektoria. ibid.

SCALAS ad parietem communem habere potest, quia removeri hæc possunt, l. 19, §. 2, eod. tit. ergo de ligneis intelligit, verum & lapideas, nisi onus sustinere non possit.

Aperto pariete communi nullo jure FENESTRÆ immittuntur, si jus luminis immittendi non sit. *l. 40, eod. tit.*

1945. Res damni infecti celeritatem desiderat, & periculosa dilatio Prætori videtur, *l. 1, h. t.*

Etiam de arboribus hæc actio præstatur, *l. 24, §. 9, h. t.*

Si vetustate, sive arborum vitio damnum datum sit. *ibid.*

1946. Multum interest utrum damnum quis faciat, an lucro uti prohibeatur. *l. 26, h. t.*

1947. Hæc actio & heredi, & in heredem, & perpetuò datur. *l. 4, paragr. 10, h. t.*

TIT. III. De aquâ, & aquæ pluviae arcendæ.

Cod. VI, 34. *(Sive ruris, c'est au ff. lib. 39 tit. 3.)*

1949. Toties hæc actio locum habet, quoties manu facto opere, agro aqua nocitura est, *l. 1, paragr. 1, h. t.*

Non si non prospicit, *l. 1, paragr. 21, h. t.*

Sive publica sit, sive publico oriens. *ibid. §. 18.*

Et dum aliter vicinus aquam mittat quam fluere naturâ solet, *d. l. §. 13, l. 8, §. 5, h. t. vide 2103.*

Veluti si ex fossâ aquam in fundum vicini immittat, *l. 8, paragr. 4, h. t.*

Quamvis colendi causâ, *l. 1, §. 4, h. t.*

Sic enim debet meliorem agrum suum facere, ne vicini deteriorem faciat. *d. paragr. 4.*

Nisi si colendi causâ aratro opus factum sit. *ibid. paragr. 3.*

Vel fructuum recipiendorum causâ, *ibid. §. 7.*

Vel si virtus loci pars aliqua soli subsedit, *l. 14, §. 1, h. t.*

Cum non aqua, sed loci natura nocet. *l. 1, paragr. 14, h. t.*

1950. Si opus factum sit, ita ut aqua pluviae inferiori agro noceat, agi potest, *l. 1, paragr. 21, h. t.*

Vel ut reponatur agger, si ex aggere vi aquæ dejecto, aqua pluvia noceat, modò agger manufac-tus sit, & exter memoria, l. 2, paragr. 5, h. t.

Et modò aqua vehementior profluat vel corri-
tur, non verò si naturaliter ad inferiorem agrum
proveniens noceat, l. 1, paragr. 22, h. t.

Idem, de fossâ jure factâ, vel cuius memoria non
extat, l. 2, §. 7, h. t. non si aqua locum excavavit.
ibid.

Agì enim potest ut reficiat. *ibid.*

Si vicino aqua pluvia noceat, non si non profit, l.
1, §. 21, h. t. *vide* 1946.

Nam hâc actione nemo cogi potest ut vicino pro-
fit, sed ne noceat, l. 2, paragr. 5, h. t.

Datur tamen utilis actio ex æquitate, si velit ag-
gerem restituere, qui factus ei quidem prodesse potest
vicino verò nihil nociturus est. d. §. 3, *vide* 1953.

1951. Semper hâc est servitus inferiorum prædiorum,
ut naturâ profluentem aquam excipient, l. 1, §. 22,
h. t.

Sicut enim omnis pinguitudo terræ ad eum decur-
rit, itâ etiam aquæ incommodum est ad eum defluere.
ibid. paragr. ult. vide 2651.

Tria igitur sunt per quæ inferior locus superiori
servit, lex, natura loci, vetustas quæ semper pro le-
ge habetur, minuendarum litium causâ. l. 2, h. t.
vide 452, 485.

1952. Si aqua fluens iter suum stercore obstruxerit, &
ex restagnatione superiori agro noceat, cùm infe-
riore agi potest ut sinat purgari, l. 2, §. 6, h. t.

Aut ut ipse purgaret, l. 2, §. 1, h. t.

Idem, ex æquitate si per se natnra loci fuerit muta-
ta, vel terræ motu, vel tempestate. d. §. 6.

Restitutio verò operis manu facti, ab eo facienda
est cùm quo agitur, l. 11, paragr. ult. h. t.

Qui servitute recipit aquam superioris fundi, non
tenetur recipere eam quam vicinus ex novo fundo
deducere vellet. l. 29, *de serv. pr. rust. vide* 456.

1953. TORRENTEM avertere potest vicinus si modò
non hoc animo fecit ut alii noceat, sed tantum ne
sibi noceat, l. 2, §. 9, h. t.

Aquam pluviam in suo retinere, vel superfluentem ex vicini fundo in suum derivare omnibus jus est, dum opus in alieno non fiat, l. 1, §. II, h. t.

Prodesse enim sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur. *ibid.*

1954. Non tenetur ille qui PUTEUM aperiendo venas putei vicini præcidit, l. 24, §. ult. de damn. inf.

Vel si cuniculo vel fossâ, aquam ejus avocat, l. 26, eod. t. *vide 1946.*

Nisi si fodiens animo nocendi, nec suum agrum meliorem faciendi fontem vicini avertit, l. 1, paragr. 12, h. t. *vide 1127.*

Idem, si tam alte fodiat ut paries vicini stare non possit. l. 24, §. ult. de damn. inf.

1955. Personalis est actio aquæ pluviaæ arcendæ, l. 6, paragr. 5, h. t. *in rem scripta. Goth. h. t.*

Idcirco pro damno futuro transit in successorem singulariem. Goth. ibi.

1956. Si ex plurium fundo decurrentis aqua noceat, dividitur actio & condemnatio, l. 6, paragr. 1, h. t.

Idem, Si plurium fundus sit cui aqua nocet. *ibid. l. 11, paragr. 3 & 4, h. t. vide 1940.*

Non solùm cum proximo vicino, sed cum tertio qui opus fecit omisso proximo, agi potest. l. 6, h. t.

1957. De damno quod ante litem est, quod vi aut clam agendum est, de futuro damni infecti, l. 14, §. 3, h. t. ut damnum si quid post litem contestata contingit, farciat, l. 6, paragr. 6, h. t.

Si ante, tantum ut opus restituat. d. paragr. 6.

TIT. IV. *De Publicanis, & vectigalibus, & commissis.*

Cod. VI , 61 , 62.

1958. PUBLICANI dicuntur qui publica vectigalia habent conducta, l. 12, inf. h. t.

Vel quid à fisco, l. 1 paragr. 1, h. t.

Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat, l. 12, h. t.

Non imputatur publicano quod non instruxerit transfeuntem

- transiuntem , sed illud custodiendum , ne decipiat profiteri volentes . l. 16 , paragr. 6 , h. t.
1959. *VECTIGAL* est portorium quod fisco vel Reip. debetur mercis nomine . Goth. h. t.
- ¶ Ex mercibus aut venalitiis quæ huic oneri subjiciuntur . Cujac. in tit. cod. de vectig.*
- Non solent NOVA vectigalia inconsultis Principiis institui , l. 3 , cod. de vect. nov. inst.
- Nec decreto civitatum , l. 2 , cod. eod. tit. vide 2688 , paragr. 14.
- Nec his addere vel diminuere licet , l. 10 , h. t.
- Institutum non præstatur , si numquam præstitum sit , l. 9 , paragr. 6 , h. t.
- In omnibus enim vectigalibus , consuetudo spectari solet . l. 4 , paragr. 2 , h. t.
1960. Nullum vectigal pro corporibus defunctorum latis præstetur , l. ult. cod. de relig. & sump. quam Cujac. XI , obs. 21 , edidit.
- Nec pro his rebus quæ ad usum PROPRIUM inferuntur . l. 5 , cod. de vectig. & Statuto nostro. Mourgu. pag. 368.
1961. Etiam , qui se ignorasse dicit , in pœnam vectigalis incidit , l. 16 , paragr. 5 , h. t. vide 38.
- Pœna verò ab herede peti non potest , si non est quæstio mota vivo eo qui deliquit . ibid. paragr. pen.
- Sicut in cæteris pœnis . ibid. vide 2310.
1962. *COMMISSA* sunt aut res quæ his causis fisco vindicantur , vel crimina ipsa propter quæ vindicantur . Cujac. h. t.

T I T. V. De Donationibus.

Cod. VIII , 54 , 55 , 56. Novel. 162 , cap. 1.
Novel. 101.

1963. *DONATIO* dicta à dono , quasi dono datio , l. 35 , paragr. 1 , de mort. caus.
- Si det aliquis eâ mente ut statim velit accipientis fieri , l. 1 , h. t. l. 127 , de regul. jur.
- Nec ullo casu ad se reverti . d. l. 1.
- Et propter nullam aliam causam , quam ut libera-

litteram & munificentiam exerceat , l. 1 , h. t. &
quasi ut perdat , l. 7 , h. t.

Donari enim videtur quod nullo jure cogente con-
ceditur , l. 29 , h. t.

Et consulto , qui verò per errorem dat repetit , l.
53 , de regul. jur. vide 680.

Nec ignorans , nec invitus quisquam donat , l. 10 ,
cod. h. t.

Stipulationes quæ ob causam fiunt , non habent
donationem , l. 19 , paragr. 5 , h. t.

Extrà causam donationum sunt officiorum merce-
des. ibid. paragr. 1.

1964. Non potest liberalitas nolenti acquiri , l. 19 ,
paragr. 2 , h. t. vide 2660.

Nec ignorantia , l. 10 , h. t.

Nec obstat invito debitum constitui posse , l. 27 , de
pecun. const. l. 62 , de verb. obl. & acquiri , l. 32 , de
acq. rer. dom. vide 2271 , undè non potest id videri
datum , quod non est acceptum. Goth. in l. 10 , h. t.

In Galliâ donatio vim non habet nisi ex die accep-
tionis. Edicto 1731 , art. 5 , 10 & 13.

Nequidem in causâ piâ , ibid. art. 5 , contra l. 15 ,
cod. de sacr. Eccles.

1965. Senectus ad donationem faciendam sola non est
impedimento , l. 16 , cod. h. t. vide 1489.

Mutus , & surdus donare non prohibentur , l. 33 ,
paragr. 2 , h. t. vide 130.

Nec si mutus & surdus sit , modò ex casu vel mor-
bo , & litteras sciat , l. 10 , cod. qui test. fac. poss.
vide 1490.

Post contractum capitale crimen donationes factæ
valent , nisi si jam condemnatio secuta sit , l. 15 , h.
t. & sic legit Goth. ibi. vel accusatio cæpta. Cujac.
ibid.

Post crimen verò perduellionis , ratæ donationes
esse non possunt. l. 31 , in f. h. t. vide 2417.

1966. Ex modo , vel conditione donatio pendere po-
test. tot. tit. cod. de donat. quæ sub.

Impossibilis verò conditio pro non scriptâ habetur ,
l. 8 , cod. de cond. ob caus. vide 1816.

Etiam ad tempus certum, vel incertum facta valet,
l. 2, cod. de donat. quæ sub.

Lex enim quam rebus suis donator dixit, servanda
est, l. 9, cod. h. t.

Modò incontinenti pactum habitum sit, l. 22, eod.
tit. vide 136.

Perfecta vero conditiones non capit, l. 4, cod. de
donat. quæ sub.

Idcirco, multum interest causa donandi fuit, an
conditio, si causa fuit, cessat repetitio, si conditio,
repetitioni locum fore. l. 3, h. t.

1967. *Omnium bonorum donatio non valet. Goth. in l.*
15, cod. de pac̄t.

Cum libertas testamenti faciendi auferri non possit.
d. l. 15.

Si quid suprà legitimam defensionem fuerit dona-
tum, hoc quod superfluum est tantummodò non va-
let, l. 34, cod. h. t.

In Gallia vero, presentium & futurorum bonorum
donatio non valet, nequidem quoad bona praesentia.
Edicto 1731, art. 15, vide 2664, 2689.

1968. Necesse est donationes INSINUENTUR ut ob-
tineant inconcussam & perpetuam firmitatem, l. 30,
cod. h. t. vide 1290.

Apud judicem vel magistratum, l. 25 & 30, cod.
h. t.

Si 500 solidos excedant, l. 36, §. 3, eod. t. indis-
tingue in Gallia si de immobilibus. Ordin. Molin. 1566,
art. 58, & Declar. 17 febr. 1731, art. 1.

Si de mobilibus cum effectu translatis necesse non est,
nec si non translatis nisi 1000 lib. excedant. ibid.
art. 7.

Solis donationibus ascendentium in contractu matri-
moniali excipiendis. ibid. art. 19.

Nequidem si de minoribus, ecclesiis, vel pauperibus
agatur, quamvis administratores solvendo non sint.
Edicto 1731, art. 32.

Insinuatio intrà 4 menses, & intrà 6, erga absentes
à regno, fieri debet. Ord. Molin. 1566, art. 58.

Et quamdiu donator vivat fieri potest, tunc vero si

Rij

post tempus statutum sit, à die tantum insinuationis donatio effectum habet. Edic̄to 1731, art. 26.

1969. Necessitas TRADERE imponitur donatori, hoc quod donare existimavit, l. 35, paragr. ult. cod. h. t.

Qui autem donando usumfructum retinuit, continuo tradidisse videtur. l. 28, cod. h. t.

1970. Non tenetur donator in solidum, sed in quantum facere potest convenitur, l. 12 & 33, h. t. l. 33, de jure dot.

Nisi fructuum nomine si fundum donatum non restituat, l. 41, paragr. 1, de re jud.

Omni autem ære deducto facere posse intelligitur, l. 54, solut. matr. in cæteris verò nullo deducto, l. 49, de re judic.

Nec tamen totum quod habet extorquendum est, sed & ipsi ratio habenda ne egeat, l. 19, in f. de re jud.

Utque ipsi aliquid sufficiens relinquatur, l. 30, cod. t.

Ne liberalitate suâ inops fieri periclitetur, l. 50, cod. tit.

Nisi si debitor delegatus est donationis causâ, l. 41, cod. t.

Quia nihil donavit ei à quo convenitur, l. 33, §. 3, h. t.

Nec donatum ab eo petitur, sed creditor debitum persequitur. l. 33, de novat.

1971. De morâ solutionis pecuniae donatæ, usuras non deberi summæ æquitatis est, l. 22, h. t. secùs de morâ judiciali.

Maximè cùm in bonæ fidei contractibus, donationis species non deputetur. *ibid. vide 1695.*

Ex EVICTIONE non tenetur qui donavit, l. 18, paragr. 3, h. t.

Nisi de eâ cautum sit, l. 2, cod. de evict.

Qui verò dolo fecit, sumptus præstabit. d. §. 3.

1972. Qui ex causâ lucrativâ debet, veluti donator, si eadem res ex lucrativâ causâ ad creditorem pervenerit, liberatur, l. 17, de oblig. & aet. l. 83, paragr. 6, de verb. obl. *vide 2286, 1630, 2722.*

- Dotis verò promissio non videtur lucrativa causa.
l. 19, de oblig. & act.
1973. Nec ascendentēs donationes REVOCARE possunt, nisi personam constabit fuisse INGRATAM,
l. pen. cod. de revoc. donat. vide 340.
 Veluti si injurias atroces in donantem effundat, *l. ult. eod. t.*
 Vel manus impias inferat. *ibid.*
 Vel jaētūræ molem ex insidiis suis ingerat, quæ non levem sensum substantiæ donatoris imponat.
ibid.
 Vel vitæ periculum aliquod ei intulerit. *ibid.*
 Vel conditiones implere minimè voluerit. *ibid.*
 Si donatrix mater secundò nupserit, *vide 1248.*
1974. Hæc actio (revocatoria) nec in heredem datur, nec heredi, *l. 7, & l. ult. cod. de revoc. don.*
 Si ipse qui hoc passus est tacuerit. *d. l. ult.*
 Nec adversus dotis promissionem. *l. 69, paragr. 6, de jure dot. vide 1257.*
1975. Donatio facta ei qui nos ab hostibus vel latrunculis eripuit, irrevocabilis est, *l. 34, §. 1, h. t.*
 Quasi premium eximii laboris, quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit, *d. §. 1, vide 537, propriè enim non est donatio. Goth. ibi.*
 Quoniam officiorum mercedes extrâ causam donationum sunt. *l. 19, paragr. 1, h. t.*
1976. Si unquam filios non habens donatione largitus, posteā suscepit liberos, totum quidquid largitus fuerat revertatur, *l. 8, cod. de rev. don.*
 Quia non præsumitur de liberis cogitasse. *Goth. in l. 9, eod. t. vide 1821.*
 Nec obstat si revocationi cum juramento renuntiavit, *Goth. ibi. vide 137, porrò si suscepti liberi moriuntur vivo donatore, convalescit donatio. Goth. ibid. vide 1823.*
1977. Affectionis gratiâ, neque honestâ, neque in honestâ donationes sunt prohibitæ. *l. 5, h. t. veluti circa meretrices. ibid. nisi immodiæ sint.*
1978. Si causa donandi secuta non sit, nihilominus

cessat repetitio, si conditio non impleatur, repetitiōnī locus erit, l. 2, in f. & l. 3, h. t.

Si jure prohibita? Vide 1295:

T I T. VI. De mortis causā donationibus, & capionibus.

Cod. VIII , 57. Novel. 87, 101.

1979. Mortis causā donatio est, cūm quis magis habere se vult quām eum cui donat, magisque eum quām heredem suum, l. 1 & l. 35, paragr. 2, h. t.

Vice legatorum fungitur, l. 3, paragr. 17, de bon. libert.

Modò in formā codicillorum sit, alioquin prohibetur, nisi in contrāctu matrimonii. Edicto 1731, art. 3.

1980. Quinque testibus præsentibus perfici debet, l. ult. cod. h. t. vide 1616.

1981. Quodcumque in legatis juris est, id in mortis causā donationibus, l. 37, h. t.

Quia legatorum instar obtinent, l. 17, h. t.

Et omnes effectus fortiuntur quos ultimæ habent liberalitates, l. ult. cod. h. t. vide 1625.

Idcirco non videntur perfectæ antequam mors inse- quatur, l. 32, h. t.

1982. Si itā donatur mortis causā ut nullo casu revocetur, perindē habetur atque alia quævis inter vivos. l. 27, h. t.

Verūm hæc clausula differtanea est à naturā donatiōnis causā mortis. Goth. in d. l. 27.

Hæc enim poenitentiā revocatur, l. 30, h. t.

1983. FILIUS FAM. mortis causā donare, patre per- mitrente, potest, l. 25, in f. h. t.

Quod hodiè abrogatum videtur. Edicto febr. 1731, art. 3, attamen cūm permittat in codicillis causā mor- tis disponere, nihil obstat quin pater permittat filio re- linquere quod velit in formā codicillorum, quod simili- lem habet effectum.

LIBER XL.

TIT. XII. *De liberali causâ.*

Cod. VII, 16.

1985. LIBERTA^s est naturalis facultas ejus quod cuique facere liber, nisi si quod vi aut jure prohibetur, *l. 4, de statu hom.*

Favor libertatis s^ep^e benigniores sententias exprimit, *i. 32, inf. ad l. fale. vide 443, 2038, 48.*

1986. Servitus est constitutio juris gentium, quâ quis dominio alieno contrâ naturam subjicitur, *l. 4, §. 1, de statu hom.*

De statu hominum, vide 46...

LIBER XLI.

TIT. I. *De acquirendo rerum dominio.*

1990. DOMINIUM est proprietas rei. Cujac. h. t. Acquiritur aut jure gentium, aut jure civili, *l. 1, h. t. vide 4, 5.*

Per nosmetipos, & per eos quos in potestate habemus, *l. 10, h. t.*

Non tamen videtur quis capere quod erit restitutus, *l. 71, de verb. signif. vide 2010.*

Nec intelligitur alienare qui occasione acquirendi non utitur, *l. 28, eod. t.*

Vel qui possessionem duntaxat amittit, *l. 161, de regul. jur.*

Differentia inter domiuum & possessionem hæc est, quod dominium nihilominus ejus manet qui Dominus esse non vult, *l. 17, paragr. 1, de acq. vel amitt.*

Secùs de possessione, vide 2009.

Riv

- Item*, dominium sine facto nostro ad alium non transfertur, *l. 11*, *de regul. jur.*
1991. Jure gentium & per ALLUVIONEM nobis acquiritur, *l. 7*, *paragr. 1*, *h. t.*
 Si vi fluminis allata radices egerint. *ibid. paragr. 2*, *vide 2001*.
 Anteà verò condici possunt à Domino, *l. 4*, *paragr. 2*, *de reb. credit.*
- ALVEUS à flumine relictus, eorum est qui propè ripam prædiam possident, *l. 7*, *paragr. 5*, *h. t.* *vide 2014.*
- Idem* de insulâ natâ, *l. 56*, *h. t.*
Ager verò in formam insulæ à flumine redactus, *ejus* est cuius & fuit, *l. 7*, *paragr. 4*, *h. t.*
 Si flumen reliquit alveum, qui erat inter insulam & fundum vicini dividitur alveus in eos, *l. 56*, *paragr. 1*, *h. t.*
- Inundatio speciem fundi non mutat, *l. 7*, §. 6,
h. t.
1992. Quæ ex hostibus capiuntur, jure gentium statim capientium sunt, *l. 5*, *in f. h. t.*
Sicut & feræ, bestiæ, volucres & pisces, *l. 1*, *paragr. 1*, *h. t.*
 Nec interest ut in suo fundo quisque capiat, an in alieno, *l. 3*, *paragr. 1*, *h. t.*
 Quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur, *l. 2*, *h. t.* *vide 2693.*
- Potest tamen à Domino fundi jure prohiberi ne ingredetur, *l. 3*, *paragr. 1*, *h. t.* venandi aucupandi gratiâ. *ibid.*
1993. Si quod ceperimus evaserit, & in naturalem libertatem se receperit, nostrum esse definit, & rursus occupantis fit, *l. 3*, *in f. h. t.* *vide 518.*
 Nisi si mansuetum emitte ac reverti solitum sit, *l. 4*, *h. t.*
 Eò usque enim nostra sunt animalia, donec revertendi animum habent, *l. 5*, *paragr. 5*, *h. t.*
 Quamvis feræ naturæ sint, ut apes, pavones, & columbae. *ibid. vide 2013*, 2328.
 Proinde examen quod ex alyeo nostro evolaverit,

eo usque nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est, nec difficilis ejus persecutio, l. 5, & paragr. 4, h. t.

Gallinarum, & anserum non est fera natura, itaque in dominio nostro tenentur, licet ignoremus ubi sint. l. 5, paragr. 6, h. t.

Idem, in ovibus, & porcis, l. 44, h. t.

Nec obstat si alter à lupo eripuerit. *ibid.*

1994. Qui mischia jaftat in vulgus, excepturum Dominum licet ignorans efficit, l. 9, paragr. 7, h. t.

Cum enim pro derelicto habet, simul intelligitur voluisse alicujus fieri, l. 5, *in fine pro derel.*

Hisdem modis res desinunt esse nostræ, quibus acquiruntur, l. 1, *cod. t.*

Qui alienum quid jacens lucri faciendi causâ susstulit, furti obstringitur, l. 43, paragr. 4, *de furt.*

Licet cuius sit ignoret. *ibid. vide 2703,*

Nisi quasi redditurus ei qui ostendisset rem suam esse. *ibid. paragr. 8.*

Et libellum proponat se invenisse continentem. *d. paragr. 8.*

Denique si nullus sit possessor nullum furtum sit, l. 1, paragr. 15, *si is qu. test.*

Cum furtum non sit, nisi sit cui fiat, l. 43, paragr. 5, *de furt.*

Alia causa est earum rerum quæ in tempestate levanda navis causâ ejiciuntur, l. 9, paragr. ult h. t. *vide 760.*

Nec pro derelicto usucapituntur, l. 7, *pro derel.*

Sed habentur pro deperdito, l. 21, paragr. 1, *de acq. vel amit.*

Idcirco qui eas lucrandi animo abstulit, furtum committit, l. 9, *in f. h. t.*

Plurimum enim interest peritura colligere, an quæ servari possint flagitosè invadere, l. 4, paragr. 1, *de incend.* *vide 2344.*

Nisi à nave derelinquentis animo aliquid jactavit, l. 43, paragr. 11, *de furtis.*

Quod plerumque credendum est, cum sciat peritum. *ibid.*

Lapilli & geminæ, cæteraque quæ in littore inventiuntur, jure naturali nostra statim fiunt. *l. 3, de divis. rer. l. 1, paragr. 1, de acq. vel am.*

1995. THESAURUS est vetus quædam depositio pecuniae cuius non extat memoria, ut jam Dominum non habeat, *l. 31, paragr. 1, h. t.*

Sive condita ab ignotis Dominis tempore vetustiori mobilia, *l. un. cod. de thesaur.*

Sic sit ejus qui invenerit, quod non alterius sit, *l. 31, paragr. 1. h. t.*

Non verò si pecunia forte deperdita, vel per errorēm non ablata, *l. 67, de rei vindic. cum thesaurus non sit. Goth. ibi.*

Vel si condita sit, ita ut locum in memoria non repetet, qui condidit, *l. 44, de acqu. vel amitt.*

Inventus in alieno fundo thesaurus, partitur cum locorum Domino, *l. un. cod. de thesaur.*

Quia dimidium inventorii semper placet relinquiri, *l. 63, in f. h. t.*

Modò casu non studio perscrutandi inventus sit. *d. l. un.*

Qui verò invito Domino vel ignorantē, opes abditas suo nomine perscrutatur, & totum Domino reddere compellitur, & velut temerator punitur. *d. l. un.*

Si in publico loco inventus sit, dimidium fisco vindicatur. *l. 3, paragr. 10, de jure fisci.*

1996. Quod in MARE ædificatum est sit privatum, *l. 10, de divis. rer.*

Velut in littore maris, *l. 14, h. t. vide 2088, 2091.*

Quamdiū ædificium manet, *l. 5, de divis. rer.*

Quo sublato in pristinam causam recidit. *ibid. & l. 14, paragr. 1, h. t.*

Näm quod mari occupatum est sit publicum, *l. 10, de divis. rer.*

Verum etiam manu prohibendus est ædificare, si cum incommodo cæterorum id faciat. *l. 50, h. t.*

1997. Si quisquam in FLUMINIS publici diverticulo folus pluribus annis PISCATUS sit, alterum eodem jure uti prohibere potest, *l. 7, de divers. temp. vide 2088.*

Si adhuc sit in possessione piscandi. Goth. ibi.

Usurpatum & hoc est, tametsi nullo jure, ut quis prohiberi possit antè ædes meas, vel prætorium meum piscari, l. 13, *in f. de injur.*

Qui autem in ripâ fluminis ædificat, non suum facit, l. 15, h. t. vide 2088.

1999. Nuda TRADITIO numquam transfert dominium, sed ità si venditio aut alia justa causa præcesserit, l. 31, h. t. vide 133.

Modò sciens tradiderit, quia nemo errans rem suam amittit, l. 35, h. t. vide 1228.

Item, transfertur si sciente venditore, emptor dili in possessione fuit, licet in instrumento comprehensum non sit quod tradita sit, l. 2, cod. de acqu. vel am.

Interdùm & sine traditione, veluti si rem quam cominodavi aut locavi tibi, aut apud te depositui, vendidero tibi, l. 9, paragr. 5, h. t. vide 2009.

Idem, de mercibus in horreo repositis, si claves horrei tradidero emptori. l. 9, paragr. 6, h. t. vide 2005.

2000. Tale transfertur dominium, quale fuit apud eum qui tradit, l. 20, parag. 1, h. t. vide 2658, 980.

Qui dominium non habet, tantummodò causam dominii præstare potest, ut creditor pignus vendendo, l. 46, h. t.

Item, incerta pars nec tradi nec capi potest, veluti quidquid mei juris in eo fundo est, l. 26, de acqu. vel amitt. sed quasi tradi quia cedi potest. *Goth. ibi.*

Incorporales res traditionem & capionem non recipiunt, l. 43, pagr. 1, h. t. intellige veram, scilicet de ficta traditione, ut si quis uti patiatur servitute, l. 1, *in f. de serv. rust.*

Ufus enim juris pro traditione possessionis accipendum est, l. ult. de servit.

Traditionibus & usucaptionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. l. 20, cod. de pact.

2001. Si quis sciens alienum agrum sevit, vel in eo plantas imposuit, postquam hæ radicibus terram fue-

rint amplexæ, solo cedunt, l. 11, cod. de rei vindic.
vide 1170, 1991.

Sed sumptus servat contra vindicantem dominium,
exceptione doli. *ibid.*

2002. Duorum in solidum dominium, vel possessio-
nem esse non posse constat, l. 5, paragr. 15, com-
mod. vide 2127.

Nec nisi ex unâ causâ contingere, l. 3, paragr. 4,
de acq. vel amitt.

TIT. II. *De acquirendâ vel amittendâ pos- sessione.*

Cod. VII, 32.

2004. POSSESSIO appellata est à sedibus, quasi posi-
tio, l. 1, h. t.

*Usus est rei, si usum accipias pro detentione. Cujac.
h. t.*

Alia civilis est, alia naturalis, l. 3, paragr. ult. ad
exhib.

Plurimum facti habens, l. 19, ex qu. cauf. maj.

Verum non incipit possidere qui affectionem tenen-
di non habet, licet maximè corpore suo rem contin-
gat, l. 1, paragr. 3, h. t.

*Unde tenere potest qui possidere non potest, quia
possessio non tantum corporis sed & juris est, l. 49,
paragr. 1, h. t.*

Incertam partem rei possidere nemo potest, l. 32,
paragr. 2, *de usucap.* vide 2000.

2005. Nulla possessio acquiri potest, nisi animo &
corpo, l. 8, h. t. l. 195, *de regul. jur.*

Apprehenditur etiam oculis & affectu, l. 1, §. 21,
h. t. & demonstratione, l. 18, paragr. 2, h. t.

Et clavum traditione, d. paragr. 21, vide 1999.

Non tamen animo solo. l. 3, paragr. 6, h. t.

2006. Acquiri potest per procuratorem, tutorem, &
curatorem, l. 1, paragr. 20, h. t.

*Et per hanc possessionem dominium, l. 20, inf. de
acqu. rer. dom.*

Nobis etiam ignorantibus, l. 13, paragr. 1, eod. tit. 2007. Nemo sibi causam possessionis mutare potest, l. 3, paragr. 19, h. t. causam, id est, titulum. Cujac. in cod. h. t. sive civilem sive naturalem, l. 2, paragr. 1, pro herede.

Si non habeat aliam causam possidendi, l. 19, paragr. 1, h. t. veluti si colonus fundum emerit, l. 33, parag. 1, de usurp. & usuc.

Vel si à Domino institutus fuerit, d. paragr. 1.

2008. Possessio ita demùm legitima est, cum omnium adversariorum silentio, & taciturnitate firmatur, l. 10, cod. h. t.

2009. Possessio amitti & animo solo potest, quamvis acquiri non potest, l. 3, §. 6, h. t. (secùs de domino. vide 1990.)

Dùm quisque constituit se nolle possidere, l. 17, paragr. 1, h. t.

Vel si rem propriam conduxit, ll. 19, 37, h. t.

Imò non amittitur nisi animo simul & corpore, l. 8, h. t. l. 195, de regul. jur. solve, si inchoes amittere à corpore, tunc & animi actus requiritur, si ab animo incipis, solus animus sufficit. Goth. in d. l. 8.

Si quis per alium possideret ut putà per colonum, non aliter amittitur possessio quām si alius possessionem ingressus fuisset. l. 44, paragr. 2, h. t.

2010. Possessio solo animo retinetur, l. 4, cod. h. t.

Licet aliis in fundo sit, l. 3, paragr. 7, h. t.

Aliud est enim possidere, longè aliud in possessionem esse, l. 10, paragr. 1, h. t.

Undè qui invito Domino rem ab eo emptam possidet non pro emptore possidet, sed prædo est, l. 5, h. t.

Nec debet ignorantis tolli possessio, l. 46, in f. h. t.

Item, non videtur possessionem adeptus, is qui ita nactus est ut eam retinere non possit, l. 22, h. t. vide 1990.

2011. Qui dolo desit possidere, pro possidente damnatur, l. 173, de regul. jur. vide 367.

Vel si dolo fecit quominus haberet, l. 199, & l. 192, *de regul. jur. vide 1600, 2075.*

Quia pro possessione dolus est, l. 173, *eod. tit.*

2012. Possidere videmur, quisquis nostro nomine sit in possessione, l. 9, 25, *paragr. 1, h. t. vide 2033.*

Qui autem pro alio possidet si alteri prodiderit, nihil Domino præjudicii generarur, l. ult. *cod. h. t.*

Putà si pensionem Domino solverit, qui rem conductam vendidit, l. 32, paragr. 1, de acqu. vel amit.

Ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat. d. l. ult. *vide 2661.*

Si autem Dominus fundum quem ab usufructuario conduxerat vendidit, & nihilominus pensionem usufructuario solvit, amittitur ususfructus, l. 29, *quib. mod. ususfr.*

Tunc enim non usufructuarii nomine, sed suo frumento est emptor. *ibid.*

Sed Dominus qui vendidit tenetur ex locato, *ibid.* & *quidem ex dolo.*

2013. Possideri possunt quæ sunt corporalia, l. 3, *h. t. incorporalia quasi possidentur. Goth. ibi, vide 2025.*

Neque ususfructus, neque usus possidentur, l. 1, §. 8, *quor. legat.*

Imò naturaliter videtur possidere is qui usumfructum habet, l. 12, h. t. solve, detentio pro possessione est, cum & naturaliter à fructuario teneatur, l. 49, h. t.

Columbas & apes possidemus, quia secundum consuetudinem redeunt, l. 3, *paragr. 16, h. t.*

Non quarum natura fera est. l. 3, *inf. de acqu. rer. dom. vide 1993.*

2014. Definemus possidere locum quem flumen aut mare occupaverit, l. 3, *paragr. 17, h. t.*

Quia publicus efficitur, l. 10, *de divis. rer.*

Nisi ex inundatione, & recessu fluminis restitutus, l. 30, *paragr. 3, de acqu. rer. dom. vide 484, 1991.*

Nec possidere desinimus, l. 30, §. 3, *h. t.*

Demersæ enim rei possessionis non retinemus, dominium retinemus, l. 13, *h. t.*

2015. *Accessiones possessionum sunt CONJUNCTIONES*

temporum, quibus duo, aut plures eandem rem possident. Goth. in l. 14, de divers. temp.

In solâ æquitate consistunt. d. l. 14.

Tribuuntur his qui in aliorum locum succedunt. d. l. 14, parag. 1.

Et heredibus, etiam ulterioribus, l. 2, paragr. 18, pro empt.

Si res medio tempore à nullo possessa sit, l. 20, de usurp. & usuc.

Vacuum enim tempus prodest, l. 31, §. 5, eod. t.

Accessio verò sine nostro tempore nobis prodesse non potest, l. ult de div. temp.

Qui ex personâ auctoris utitur, uti debet cum suâ causâ, suisque vitiis, l. 13, §. 1, h. t. nàm successorem auctoris sui culpa comitatur, l. 11, cod. h. t. vide 2026, 2651.

Verùm auctoris vitium possessioni non nocet, l. 5, de divers. temp. modò aliud sit quam reale. Goth. ibid. vide 2027.

Idcirco usucapere possum quod auctor meus usucapere non potuit, d. l. 5.

Item, possessio nisi naturaliter comprehensa, ad heredem non transit, l. 23, h. t. quod fallit in Galliâ ex regulâ, le mort saicit le vis. Goth. ibi.

2016. Possessorem cogi dicere TITULUM possessionis suæ incivile est, l. 11, cod. de petit. hered. vide 452.

Dum actor in probatione dominii cessat, l. 2, cod. de probat. vide 1185.

Nec possessor restituere cogitur, nisi suam intentionem implenti, l. ult. cod. de rei vindic. vide 379.

Cogitur tamen ut dicat utrùm pro possesso, an pro herede possideat. l. 11, cod. de pet. heredit.

2017. Nihil commune habet proprietas cum possessione, l. 12, paragr. 1, h. t. vide 1990.

Nec misceri debent, l. 52, h. t.

Ideò priùs pronuntiet judex uter possideat, l. 35, h. t. l. 37, de judic. vide 2106, 553.

Et tunc de dominio, quæratur. d. l. 35, vide 1000.

Intellige de judece ejusdem loci ut de utroque cognoscatur. l. un. cod. ubi de possess.

2018. Qui universas ædes possidet, singulas res quæ in ædificio sunt non videtur possedisse, *ll. 30, h. t. 7, §. 11, de acq. rer. dom. 23, de usurp. & usuc.*

Idem, de nave, & de armario. d. l. 30.

2019. Eandein rem in solidum duo possidere non pos-
sunt, *l. 19, de precar. vide 2022.*

Nam neque justæ neque injustæ possessiones duæ concurrere possunt. *ibid.*

2020. *De re vi amissâ. 2105... uti possidetis, 2113.*

TIT. III. *De usurpationibus, & usucapio- nibus.*

Cod. VII, 26.... Novel. 119, cap. 7, 8.

2023. USURPATIONEM Oratores frequentem usum vocant, *l. 2, h. t. five interpellatio est ut fiat interrup-
tio. Goth. ibi. vide 2162.*

De continuatâ sive junctâ possessione, vide 2015.

2024. USUCAPIO est adjecitio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti, *l. 3, h. t.
Sive dominii adeptio. Vulp. tit. 19, §. 8.*

Alienationis verbum etiam usucaptionem continet, *l.
28, de verb. signif.*

Veluti si quis non utendo amisit servitutem. ibid.

Bono publico introducta est, ne quarundam rerum diù, & ferè semper incerta dominia essent, *l. 1, h. t.*

Utque aliquis litium finis esset, l. ult. pro suo.]

*Non quasi nudum tempus vim habeat, sed ex causa
legitimâ cum tempore, quasi qui tanto tempore res
suas non persequitur, videatur eas alienare. Goth. in d.
l. ult.*

2025. Ad usucaptionem requiruntur quinque conditiones.

1º. POSSESSIO cùm sine possessione usucapio con-
tingere non possit, *l. 25, h. t.*

Nec usucapiuntur res incorporales, *l. 43, paragr.
1, de acqu. rer. dom.*

Nec possideri intelligitur jus incorporale, *l. 4,
paragr. 27, h. t. vide 2013.*

Usucaptionem enim recipiunt maximè res corpora-
les, *l. 9, h. t.*

Idcirco non usucapiuntur servitutes, nisi unâ cùm ædificiis, l. 10, paragr. 1, h. t. vide 448.

Libertatem verò servitutum usucapi posse verius est.
l. 4, paragr. 29, h. t.

Qui ampliores fines fundi empti possedit, totum usucapit, licet venditæ non sint, l. 2, paragr. 6, pro empt.

Quoniam universitas ejus possideatur, non singulæ partes. *ibid. l. 30, de acqui. vel amitt.*

Pupillus sine tutoris autoritate usucapit, si animum possidendi habeat. l. 4, paragr. 2, h. t.

2026. 2º. Requiritur verus fīe justus TITULUS, l. 5, cod. de præscr. longi temp.

Veluti pro emptore, l. 2, pro empt.

Pro suo, ex quālibet causā, l. 1, pro suo, etiam iurcrativā, l. 11, cod. de præscr. long. temp. l. 5, h. t.

Pro soluto, in eo qui rem debiti causā recepit, l. 1, pro sol.

Pro herede, usucapio locum non habet, l. 1, cod. de usuc. pro her.

Cùm vitium possessionis perdurat ad successorem, l. 11, cod. de acqui. vel retin. l. 11, de div. temp. præscr.

Nec jus successionis sine justo titulo prodest, l. 4, cod. de præscr. long. temp.

Nisi si putet rem ex hereditate esse quæ non sit, l. 3, pro her.

Pro legato prodest, l. ult. pro legat. etiam si non jure legatum relictum sit. *ibid.* & ab herede perpetram traditum, l. 4, in f. pro suo.

Modò cùm legatario testamenti factio sit, l. 7, pro leg.

Pro donato prodest, si res tradita sit, l. 1, pro don.

2027. 3º. Requiritur BONA FIDES, l. 2, cod. de præscr. long. temp.

Alienantis quoque mala fides nocet emptori, auth. malæ fidei. cod. eod. tit.

Si verus Dominus ignoret suum jus, & alienationem factam. *ibid.*

Nisi auctor rem suam existimans, bonâ fide eam

vendata ut donet, aliquo errore deceptus, l. 36, h. t.

Olim bona fide accipiens usucapiebat, l. 38, h. t.

Heres ejus qui bona fide rem emit, usū non capiet sciens alienam, modò ipsi possessio tradita sit, l. 43, h. t.

Item, nec res furtiva usucapi potest, ll. 4, §. 6, h. t. 84, de furtis nec subrepta, l. ult. h. t.

Nec vi possessa, l. 4, §. 25, h. t. l. ult. vi bon. rapt.

Nec clām, id est, si furtivè ingressus est possessio-nem, & controversiam timens, l. 6, de acqu. vel amitt.

Nec precariò, veluti si pro alieno possideat, l. 13, h. t. ne quidem 30 ann. l. 2, cod. de præscr. trig. vide 2009.

Item, ubi lex inhibet usucaptionem, bona fides pos-sidentis nihil prodest, l. 24, h. t.

Item, numquām in usucaptionibus juris error posse-sori prodest, l. 31, h. t. l. 8, de jur. & fact. ign. vide 1226.

Facti verò prodest. d. l. 8, vide 1228.

Superveniens mala fides etiam denuntiatione Domi-ni non nocet, l. 13, pro empt. vide 1163, sed contra-rium apud nos prevaluit, ex Canonistarum sententiā. Argentr. art. 266, cap. 4, n. 7.

2028. 4°. Requiritur continuata POSSESSIO nec in-terrupta inquietudine litis, l. 2, cod. de præscr. long. temp.

Per DECENNIA adversus præsentes, & vicen-tium adversus absentes, l. 7, cod. qu. non objic.

Inter absentes dicitur, si in aliis locis miles sit, l. ult. eod. tit.

Vel absentia justa sit, l. 2, cod. eod. tit.


Et ob necessitatis publicæ obsequium, l. 2 & 4, cod. t. vide 279.

Vel maximè fortuito casu. d. l. 4.

Si quibusdam annis præsentia, quibusdam absen-tia intervenit, tot anni adjiciuntur super decen-nium, quot annis ex decennio fuit absens, auth. quod si. cod. de præscr. long. temp.

Item, absens est qui non est in loco quo petitur, l.

- 2029, de verb. signif. id est, in eadem Provincia. l. ult. cod. de præscr. longi temp. aliud est enim absentem esse, aliud pro absente haberi.
2030. 5°. Requiritur ut res ALIENATIONEM recipiat, nec usucapiuntur res sacræ, sanctæ, publicæ, l. 9, h. t. vide 71, 913.
Nec fiscales, l. 18, h. t. vide 2161, 2549.
De pupillaribus, vide 1400, 2157.
2031. Qui pignus persequitur, à longi temporis præscriptione excluditur, l. 1, cod. si adv. cred. præscr. vide 2159.
Salvâ personali actione adversus debitorem. *ibid.* vide 2156.
2032. Res MOBILES continuo triennio usucapiuntur l. un. cod. de usuc. transf. vide 2158.
A bonæ fidei possessore, & justum titulum habente *ibid.*
Nisi furtivæ sint, aut vi possesse. paragr. furtivæ quoque 2, *instit. de usucap.* vide 2027.
Si non priùs in potestatem Domini res revertatur, l. 4, paragr. 6, l. ult. h. t.
Non autem intelligitur rediisse, si ignoravit subreptam sibi fuisse, l. 7, paragr. 7, *pro empt.*
Qui sciens alienam rem vendidit vel tradidit, ex hoc furtum committit. paragr. quod autem 3, *instit. de usucap.*
2033. Qui pignoris causâ fundum creditori tradidit, intelligitur possidere. l. 36, de acqu. vel amitt. vide 2012.



L I B E R X L I I .

T I T. I. *De re judicata, &c.* (vid. inf. de lacept.)
Cod. VII, 52, 53. *rei judic. sag. 424)*

2037. **R**es judicata dicitur quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit, l. 1, h. t. quando res jud. abtentibus Noctea, (Scientibus) vid. 49. 63 ff. De Rejudicatio, Et præscriptio. ultimis vero qui si rem et minima latiter suam defendere contumam, scripta scientiam, subscriptam rei, quoniam iste alius judicatae, summo vetusti *D. Chambonneau*

SENTENTIA est decretum, absolutionem vel condemnationem rei continens. Cujac. in cod. de sentent.

INTERLOCUTIO est sententia quæ neque condemnationem continet, neque absolutionem. Cujac. h. t.

Sive sententia de articulo causæ quodam, non de summa re. ibid.

2038. Tunc universi judices intelliguntur judicare cum omnes adiungunt, l. 37, h. t.

Nec obstat uni de re non liqueat, l. 36, h. t. vel contraria ille sentiat, l. 39, h. t.

Id enim quod major pars omnium judicavit ratum est, cum & omnes judicasse palam est, l. 18, de recept. arbitr. vide 298.

Si inter pares numero dissonæ sententiæ proferantur, pro libertate statutum obtinet, l. 38, h. t. vide 443, 1985.

Et pro reo, etiam in judicis publicis. ibid.

Et minima summa spectanda est. ibid. paragr. 1.

Idem, in testium dictis. l. 24, §. 1, de manum. & creditorum, l. ult. cod. qui bon. ced. poss. vide 2059.

2039. Si converget inter litigatores quid pronuntietur, non abs re erit judicem hujusmodi sententiam profere, l. 26, h. t.

Præterquam in compromissis. l. 19, de recept. arbitr. vide 297.

2040. Si cum non justo contradicente pronuntiatum est, ineficax est decretum, l. 3, de collus. deteg.

Vel si contraria solitum judiciorum ordinem, l. 4, cod. de sentent. & int.

Vel si à non suo judice, l. ult. cod. si à non compet.

Vel si die feriato, l. 4, cod. quom. & qu.

Vel si non publicè, sed in secreto loco, l. 6, cod. de sent. & int. putà inconsuetu. Goth. ibi.

Vel si contraria indefensos minores, l. 45, paragr. 2, h. t. l. 6, in f. cod. quom. & qu. vide 259.

2041. Quod juslīt vetuitvè Prætor, contrario imperio tollere & remittere licet, de sententiis contraria, l. 14, h. t. nequidem successoris sui, l. 1, cod. sent. rescind. ergò de interlocutoriis D. D. ibi. in Gallia non potest indistincte. Goth. ibi.

Potest tamen beneficio Principis. tit. cod. de precib.
imper. offer. undē quod dicitur, requête civile.

Item, potest si de causā vel disciplinā publicā, ut in
melius redigatur.

Item, judex delegatus postea quam semel sententiam
dixit, judex esse desinit, l. 55, h. t.

Nec amplius corrigere sententiam suam potest, dum
officio functus est. ibid.

Nequidēm eodem die, l. 62, h. t.

Actorum verba emendare, tenore sententiæ perse-
verante non est prohibitum. l. 46, h. t.

2042. Prætor quoque jus reddere dicitur etiam cùm
inique decernit. l. 11, de just. & jur. intellige contra
æquitatem, non contrā jus scriptum. Goth. ibi.

Propter rerum judicatarum auctoritatem, l. 63, §.
2, ad S. C. Trebell.

Quia res judicata pro veritate accipitur, l. 25, de
statu hom. l. 207, de regul. jur.

Cùm sit finis controversiarum, l. 1, h. t.

Nihilque postea queratur. l. 56, h. t. vide 2147.

2043. Qui unā sententiā in unam quantitatem con-
demnati sunt, pro portione VIRILI conveniuntur,
l. 43, h. t. l. 10, paragr. 3, de appell.

Si non singuli in solidum, l. 1, cod. si plur. un.
sent.

2044. De effectu condemnationis in id quatenū quod fa-
cere possit? Vide 1970, qui sic damnentur socii? 898,
conjuges, 1312, parentes, 1904, donatores, 1970,
milites, l. 18, h. t. ex bonorum cessione, 2057.

Non verò eorum fidejussores, l. 24, h. t. nec here-
des. l. 25, h. t. vide 2142.

Facere posse videtur qui dolo fecit quo minùs pos-
sit, l. 63, paragr. 7, pro socio.

Non tamen si non dolo, sed culpā facere posse de-
sunt. ibid.

2045. Nonnunquam per manum militarem decreta exe-
qui oportet, l. 3, ne vis fiat.

Ut quis in possessionem inducatur. ibid.

Vel ut possessio auferatur ei qui judicato non paruit,
l. 68, de rei vindic.

2046. Condemnatus si ultrà 4 menses solvere distulerit, USURAS præstabat, l. 2, cod. de usur. rei jud. in Galliâ usuræ debentur ex die citationis. Ordin. Aurel. 1560, art. 60.

Tempus judicati nonnunquam arctat vel prorogat judex, ll. 2, 31, h. t.

Diesque dat debitoribus ad solvendum. d. l. 31, vide tamen 2278.

2047. Etiam NOMINA jure pignoris capit qui exequitur judicatum, l. 15, §. 8, h. t. l. 5, cod. de exec. rei jud. l. 1, cod. de præt. pign. vide 1044.

Si nihil aliud sit quod capi possit. d. §. 8, indistinctè verò apud nos.

In venditione pignorum captorum primò res mobiles, deindè immobiles, quod si non sufficient tunc pervenietur ad jura, l. 15, §. 2, h. t. vide 1085.

Et STIPENDIA defientibus aliis rationibus, l. 4, cod. de exec. rei jud.

Et eodem modo de commodis ecclesiasticis. Goth. in Novel. 53, cap. 5, quamvis contrà sentire videatur de præbendis & fructibus beneficiorum, in d. l. 4, & rectè quoad quotidianas distributiones.

2048. Nimis properè judex pignora capit & distrahi jubet, antè rem judicatam. l. 1, cod. de exec. rei jud.

Rectè tamen apud nos in jurisdictione submissionum.

2049. De exceptione rei judicatae, vide 2147.

TIT. II. De Confessis.

Cod. VII, 59.

2050. CONFESSUS in jure pro judicato est, ll. 1, 3, 6, h. t. un. cod. h. t.

& quodammodo suâ sententiâ damnatur, l. 1, h. t.

Nec à suâ confessione recedere potest, l. un. cod. h. t. l. 29, paragr. 1, de donat. vide 1187.

Cùm in confitentes nullæ partes suat judicantis, l. 25, §. ult. ad l. aquil. præterquām in criminalibus judiciis. Goth. in d. §. ult.

Verum non fatetur qui errat, nisi jus ignoraverit. l. 2, h. t. vide 1228.

2051. Qui TACET non utique fatetur, sed tamen ve-

rūm est eum non negare , l. 184 , de regul. jur. vide
2706.

Qui apud Prætorem omnino non respondit , contumax est , l. 11 , §. 4 , de interr. in jure , vide 589.

Ita ut si primum tenebatur in partem , posteā in solidum conveniatur , quia Prætorem contemnere videtur. d. §. 4.

2052. In CRIMINALIBUS plerumque scinditur confessio.

Goth. in l. 4 , ad l. aquil. putā si quis ad sui defensionem interfecisse dixerit , quia adversus interficientem ipsum homicidium facit. Goth. ibid.

Jus enim male præsumitur adversus eum qui interficit , proinde onus probationis in eum transferendum est. Goth. ibid.

2053. In civilibus confessio non scinditur , verum qui dicit. mutuum dedisti sed solvi , non est securus. In civilibus ergo scinditur confessio ? Sed tunc quia duabus enuntiationibus utitur , non autem fatetur qui ita excipit , solvi actori quidquid debeo. Goth. in l. 9 , de except. præscr.

2054. Non utique existimatur confiteri de intentione adversarius , quia exceptione utitur. l. 9 , de except. præscr.

2055. de interrogationibus in jure , vide 587....

TIT. III. De cessione bonorum.

Cod. VII, 71. Nov. 135.

2056. Honestius est CEDERE bonis quam pati ex edicto bonorum venditionem. Cujac. h. t.

Ex bonorum cessione salva manet existimatio. l. ult. cod. h. t.

2057. Qui cedit bonis audiri non debet antequam debitum agnoscat , vel in ius confiteatur , l. 8 , h. t.

In eo tantummodo beneficium prodest , ne detrahatur in carcerem , l. 1 , cod. h. t.

Jurat enim se non habere unde aeris supplementum faciat. Novel. 135 , paragr. I.

Porro de futuris si advenerint satisfacere debet. d. paragr. I.

Unde si quid posteā ei pinguius acceſſerit, hoc à creditoribus legitimo modo avelli potest, l. 7, in f. cod. h. t.

Modò tales facultates acquisitæ ſint, quibus Praetor moveri poſſit, l. 7, h. t.

Non ſi ex his tantum percipiat, quantum ei alimentorum nomine ſatis eſt, l. 6, h. t.

Cum in quantum facere poſteſt conveniatur. l. 4, h. t. vide 1970.

2058. VOLUNTARIA debet eſſe bonorum cefſio.

Novel. 135, vide 2688, paragr. 47.

In pecuniariâ condemnatione, licet ex cauſâ criminali poſteſtas datur cedere bonis. l. ult. paragr. 4, cod. de custod. reor.

2059. Potentibus debitoribus dat Princeps electionem creditoribus, ut quinquennale ſpatium indulgeant, vel bonorum accipient cefſionem, l. ult. cod. h. t.

Nullâ differentiâ inter hypothecarios & alios, quantum ad hanc electionem obſervandâ, d. l. ult.

Electâ verò dilatione quinquennii, cefſionis auxilio renuntiatur. Cujac. in parat. cod. h. t. à debitore glos. in l. ult. h. t.

Si creditores diſtentiunt, ex cumulo debiti cauſa iudicatur, l. ult. cod. h. t. vide 2226.

Pari quantitate debiti inventâ, tunc amplior pars creditorum obtinet. ibid.

Si undique æqualitas emerget, humanior ſententia. ibid.

2060. Bonis cedi extra jus poſteſt, l. ult. h. t.

In Galliâ ſecùs. Ediſto Mart. 1673, tit. 10, art. 1.

2061. Filiifam. bonis cedere poſſant, l. 7, cod. h. t.

TIT. VI. *De privilegiis Creditorum.*

(*In Pandectis Florentinis titulus iſte deſt, ipſiusque leges ſub tit. V. de reb. auēt. jud. poſſ. reperiuntur, incipiendo à l. 16, quæ prima eſt t. de privileg. creditor.*)

Cod. VII, 72.

2065. PRIVILEGIA creditorum non ex tempore æſti-
muntur, ſed ex cauſâ, l. 17, h. t. Si

Si ejusdem tituli fuerint concurrent, licet diversitates temporis in his fuerint. *ibid.*

Vide dos, funeraria, fiscus, &c. in indice.

TIT. VII. *De Separationibus.*

Cod. VII, 72.

2068. Creditoribus defuncti contra creditores heredis, hereditaria bona separare permittitur, *l. 1, paragr.*

1, h. t. causâ cognitâ, l. 2, cod. de bon. cunctor.

Quoties heredis bona solvendo non sunt, l. 6, h. t.

Etiam his quibus ex die vel sub conditione debetur, l. 4, h. t.

Et legatariis, l. 6, h. t.

Et adversus fiscum, & municipes, l. 1, §. 4, h. t.

2069. Denegatur his qui novandi animo ab herede stipulati sunt, *l. 1, paragr. 10, h. t.*

Vel ab eo satis acceperunt. ibid. paragr. 11, vel pignus. ibid. paragr. 15.

Sibi enim imputent cur minus idoneum accipiebant. d. paragr. 11.

Item, cessat si impossibilis efficiatur. ibid. §. 12.

2070. Impetrata separatione, creditores defuncti ad heredis bona reverti non possunt. *l. 5, h. t.*

Quamvis decepti minus consecuti sint, quam proprii heredis creditores. ibid.

2071. Creditores heredis non impetrabunt separationem. *l. 1, paragr. 2, h. t.*

TIT. VIII. *De Curatore bonis dando.*

2073. Curator bonis constituendus est, si diu incertum fit, heres extiturus nec nè, *l. 8, qu. ex caus. in poss. l. 1, paragr. 1, h. t.*

Et ita res urgeat. d. l. 8, putâ si quædam actiones periturae sint, l. 14, de reb. auct. jud. possid.

Vel si grave æs alienum sit, quod ex pœnâ crescat l. 1, paragr. 2, h. t.

2074. A Prætore datur ex consensu majoris partis creditorum, *l.*

Unus ex creditoribus curator constituitur, l. 8, in f. & l. 9, qu. ex caus. in poss.

Et interdiu qui creditor non est, l. 2, §. 4, h. t.

Invitus verò non cogitur, nisi ex magna necessitate. l. 2, paragr. 3, h. t.

TIT. IX. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, ut restituantur.

(Cod. VIII, 75.)

~~tit. lib. 42~~ 2075.. Consultit Prætor creditoribus REVOČANDO ea quæcumque in fraudem creditorum alienata sunt, l. 1, paragr. 1, h. t. vide 2688, paragr. 23.

Intrà ANNUM quo experiundi potestas fuit, l. 1, h. t. ex die factæ venditionis, l. 6, in f. h. t.

Et quodcumque fraudis causâ factum est, l. 1, §. 2, h. t.

Sive rem alienavit, sive acceptilatione, vel pacto aliquem liberavit. *ibid.*

Vel jusjurandum detulit, l. 9, §. 5, *de jurejur. vide 642.*

Vel si rem suam pro derelicto habuerit, l. 5, h. t.

Vel donavit, l. 6, paragr. 11, h. t.

Si fraudem ignoravit qui accepit, in eum haec tenus datur actio quatenus locupletior, non ultrà, *d. paragr. 11.*

Scientem accipimus eum qui particeps fraudis est, l. 11, paragr. 2, h. t.

Non eum qui simpliciter scit illum creditores habere. *d. paragr. 2, & paragr. 4, h. t. vide 2079.*

Scientia TUTORIS vel curatoris nocet, quatenus quid ad pupillum pervenit. *ibid. §. 5, vide 1400, 2169.*

Idem, si dotis constituendæ causâ acceptum debitum fecerit, & hoc certo certius est, *d. l. 10, paragr. 14, h. t.*

Vel DOS in fraudem constituta sit, l. 2, *cod. de revoc. his qu.*

Sed in maritum qui ignoravit non datur actio, cùm

indotata in uxorem ducturus non fuerit, l. 25, §. 1,
in f. h. t.

Idem, si debitum in diem præsenti die solverit, ll.
10, §. 12, 17, in f. h. t.

Nam Prætor fraudem intelligit etiam in tempore
fieri, dd. ll.

— *Vel* si quid fecit ut desinat habere, l. 3, in f. h. t.
vide 1600, 2011.

Vel non fecit quod debet facere, id est si non uta-
tur servitutibus, l. 4, h. t.

— *Vel* se debere confessus est cùm non debeat. l. 28,
ad S. C. Vellei.

— 2076. Pertinet Edictum ad deminuentes patrimonium
suum, non ad eos qui id agunt ne locupletentur, l.
6, h. t.

Nec fraudantur creditores cùm quid non acquiri-
tur à debitore, sed cùm quid de bonis deminuitur,
l. 176, de regul. jur. l. 6, h. t.

Nec intelligitur alienare qui occasione acquirendi
non utitur, l. 28, de verb. signif.

Idcirco pater qui non expectatā morte suā fideicom-
missum filio restituit, omnissā ratione falcidiæ, non
videtur fraudasse creditores, l. 19, h. t. vide 1689.

Idem, qui ex trebelliano totam hereditatem res-
tituit, non videtur in fraudem creditorum alienasse
portionem quam retinuere potuisset, sed magis fide-
liter facere, l. 20, h. t.

Neque interdictum est, ut quis omittat hereditatem,
si sine fraude id fiat, l. 6, paragr. 8, si qu. omis.
vide 1600. *Intellige non colludendo cum coherede.*

Proinde qui repudiavit hereditatem, non est in
causā edicti, noluit enim acquirere, nec suum pa-
tronum deminuit, l. 6, paragr. 2, h. t.

Idem, si legatum repudiavit. *ibid. paragr. 4.*

Vel si filium emancipavit, ut suo arbitrio adeat
hereditatem. *ibid. paragr. 3.*

Vel si conditioni non paret sub quā stipulatus erat,
ne committatur stipulatio. *ibid. paragr. 1.*

Non verò si dolo malo quid factum sit, quominus
haberet vel possideret, l. 192, & l. 199, §. 1, de

regul. jur. vide 367, 2011, aliud est enim aliquid facere quominus habeat, longe aliud omittere quod nunquam habuit.

2077. Ita revocatur quod factum est si eventum fraus habuit, l. 10, paragr. 1, h. t.

Exigimus enim & consilium & eventum, l. 15, h. t. l. 79, de regul. jur.

Consilium fraudis, eventum damni. l. 1, cod. qui manumit. vide 239, 2441.

2078. Qui minore pretio à debitote in fraudem emit, fundum restituat etiamsi pretium non recipiat, l. 7, h. t.

Nisi adhuc in bonis nummi extarent, l. 8, h. t.

Quia eā ratione nemo fraudetur. *ibid.*

Et fructus etiam hi qui percipi potuerunt, deductis necessariis impensis, l. 10, §. 20, h. t.

Nam prætor id agit ut perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset. l. 38, §. 4, de usur. vide 217.

2079. Qui SUUM recipit, nullam videtur fraudem facere, l. 6, §. 6, h. t. vide 2659, 680.

Quamvis sciens debitorem solvendo non esse. *ibid.* paragr. 7.

Vel si consequutus est fugientem secum ferentem pecuniam, & abstulit, l. 10, §. 16, h. t.

Sibi enim VIGILAVIT, meliorem conditionem fecit, l. 24, h. t.

Jus civile vigilantibus scriptum est. *ibid.*

Et creditori licet vigilare ad suum consequendum, l. 21, de pecul.

Nisi si post bona debitoris possessa, l. 10, paragr. 16, h. t.

Cùm jām par conditio omnium creditorum facta sit. l. 6, paragr. 7, in f. h. t.

2080. Cessat editum si alienationi consenserint creditores, l. 6, paragr. 9, h. t.

Nemo enim videtur fraudare eos qui sciunt & contentiunt. *ibid.* & l. 187, de regul. jur. vide 2355.

Item, cessat in secundum bonâ fide emptorem, l. 9, h. t. vide 2027.

Qui verò dolo malo vendidit, in solidum de pretio quod accepit tenetur. *ibid.*

LIBER XLIII.

TIT. I. *De Interdictis.*

Cod. VIII, 1.

2084. Interdicta sunt decreta de possessione , vel quasi possessione facta , quibus non perpetua possessio addicitur sed temporaria , quoad de proprietate judicatum sit . Cujac. in cod. h. t.

In actionibus de jure agitur , in interdictis de facto .
Goth. in l. 2 , paragr. 3 , si servit. vind.

Item , in interdicto possessio , in actione proprietas vertitur , l. 14 , paragr. ult. de except. rei jud.

2085. Interdicta omnia licet in rem videantur concepta , vi tamen ipsa personalia sunt , l. 1 , §. 3 , h. t.

Tres species sunt , exhibitoria , prohibitoria , restitutoria . l. 1 , paragr. 1 , h. t.

TIT. VIII. *Ne quid in loco publico vel itinere fiat.*

2088. Si quod opus in publico fiat quod ad privati damnum redundet , prohibitorio interdicto locus est , l. 2 , paragr. 2 , h. t.

Sive ad incommodum , l. 2 , ne qu. in loc. fac.

Dannum enim pati videtur , qui commodum amittit quod ex publico consequebatur quale quale sit , l. 2 , parag. 11 , h. t. vide 1996.

Cum in re pari potior est causa prohibentis , l. 28 , eomm. divid.

Tuendus est qui in litore vel in mare ædificat , si nemo damnum sentit , ll. 2 , paragr. 8 , 3 , paragr. 1 , h. t. vide 72.

In mare pescantibus liberum est casam in littore ponere , quâ se recipient , l. 5 , §. 1 , de divis. rer.

Item , qui in publico pescari , navigare , ludere , lavare , spectare prohibetur , injuriarum agere potest . l. 1 , paragr. 9 , h. t.

2089. Nemine prohibente in publico ædificata non tolluntur , ne ruinis urbs deformetur , l. 2 , paragr. 17 , & l. ult. h. t. vide 2686.

Si publico usui obstent , debent deponi . *ibid.* §. 18 , *Vel si quis adversus edictum Prætoris ædificaverit , l. ult. h. t.*

Nec præscriptione temporis tuetur . *l. 6 , cod. de oper. publ. vide 2620.*

2090. Neque muri neque portæ civitatum habitari sine permisso Principis possunt , l. ult. ne qu. in loc. fac.

Propter fortuita incendia . *ibid.*

Nec refici , nec licet aliquid eis conjungere vel superponere , sine Principis vel Præsidis auctoritate , l. 2 , paragr. 4 , *de divis. rer.*

Item , ad curatoris Reip. officium spectat ut diruptæ domus à Dominis extruantur . *l. 46 , de damn. infect.*

2091. LITTUS est quoisque maximus fluctus pervenit , ll. 96 , 112 , *de verb. signif.*

In littore , jure gentium ædificare licet , nisi usus publicus impediretur , l. 4 , h. t.

Idemque juris in lacu , nisi totus privatus sit . *l. 112 , de verb. signif.*

TIT. X. *De viâ publicâ , & si quid , &c.*

2094. VIARUM quædam publicæ sunt , quædam privatæ , quædam vicinales , l. 2 , §. 22 , ne qu. in loc. publ.

Vicinarum quarum memoria non extat , publicarum viarum numero sunt , l. 3 , *de loc. & itin. publ.*

Viæ publicæ solum publicum est , l. 2 , §. 21 , ne qu. in loc. publ.

Et cœlum quod suprà est liberum esse debet . *l. 1 , de servit. urb. præd.*

2095. Viâ publicâ amisâ , vicinus proximus viam præstare debet , l. 14 , *in f. quom. servit. amitt.*

Ex eâ uti nemo rectè prohibetur , l. 11 , *cod. de servit.*

Nec non utendo amittitur . *l. 2 , de via publ. & itin.*

2096. Unusquisque viam publicam construat, ita ut non prohibeatur vehiculum transire, *l. un. §. 3, h. t.*

Idque secundum propriam domum. ibid.

Et aquæductus purget, qui sub cœlo libero sunt. *ibid.*

Si mercede habitat, computabit dispendium in mercedem. *ibid.*

2097. Tenetur interdicto ille qui in suo ita ædificat, ut aqua in viâ publicâ collecta restagnet, *l. 2, §. 28, ne qu. in loc. publ.*

Et quia immittit, & quia non recipit. *ibid.*

Item, si aqua derivata deteriorem viam faciat, ab eo videtur factum qui usum aquæ habet. *d. §. vide 1951.*

Idem, si viam minus habilem reddat, *l. 2, §. 26, eod. tit.*

Etiamsi in futurum tantum nocere debeat. *ibid.*

§. 31.

Idem, si arbor in viâ publicâ ceciderit, nisi Dominus pro derelicto eam habeat. *ibid. §. 40, vide 1943.*

2098. Non permittitur rixari in viis, *l. un. §. ult. h. t.*

Neque stercore projicere, neque morticina, neque coria jacere. *ibid.*

Præterquam si Fullus vestimenta ficcat, aut *Faber rotas* exterius ponat, modò ut non prohibeat vehiculum ire, *l. un. §. 4, h. t.*

Item, studeant *Ædiles* ne parietes domorum quæ ad viam ducunt sint caduci. *d. l. un. §. 1.*

2099. Ad constructiones & reparaciones itinerum pontiumque, nullum genus hominum excusatur, *l. 4, cod. de privil. dom. aug.*

Nequidem domus divinæ. *ibid.*

Nec sanctæ Ecclesiæ. *Nov. 131, cap. 5.*

TIT XII. *De Fluminibus & ne quid, &c.*

2100. Publicum FLUMEN est quod perenne sit, *l. 1, §. 3, h. t.*

Et ripæ ejus publicæ sunt, *l. 3, h. t.*

Et publici usus, *l. 5, de diver. rer.*

RIPA ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet, l. 3, §. 1, h. t.

Proprietas ejus est, cuius, prædio cohæret. d. l. 5.
2101. Qui in utrâque ripâ domum habet, PONTEM privati juris facere non potest, l. ult. h. t.

Si deterior statio vel navigatio fiat, l. 1, §. 12, h. t.

Cætera non coercet Prætor. d. §. 12.

2102. Quomodo ex flumine publico ducatur aqua, nihil impedit, l. 2, h. t. vide 487.

Præterquād si aut navigabile est, aut ex eo aliud navigabile fit. l. 2, h. t. l. 10, §. ult. de aqu. & aqu.

2103. Non potest fieri ut aliter aqua fluat, quād priore æstate fluxit, l. un. ne qu. in flum. vide 1949, 2688, §. 12.

Nec ut rapidior sit, cùm incommodo accolentium. d. l. un. §. 3.

Nisi quis cursum ad aliquid immutavit, ut agrum suum tueretur. ibid. §. 7.

Vel ripam muniat, l. un. de ripâ mun. l. 1, cod. de alluvion.

TIT. XVI. De vi, & de vi armata.

Cod. VIII, 4, 5.

2105. Duo proponuntur in hoc titulo interdicta restitutoria de vi, prius est de vi quotidiana, posterius de vi hominibus coactis armatisve. Cujac. h. t.

Uter ad recuperandam possessionem, l. 1, §. 1, h. t. Æquissimum est enim vi dejecto subvenire. d. §. 1.

Perinde ex interdicto habetur ac si possideret, l. 17, de acqua. vel amitt.

Cùm recuperandæ possessionis facultatem habeat. ibid.

VIM autem facit qui non sinit possidentem uti arbitrio suo, l. 11, h. t.

Attamen non videtur vim facere qui suo jure utitur, l. 197, §. 1, de regul. jur.

Item, ad defendendam justam possessionem inculpatæ tutelæ moderamine, illatam vim propulsare licet. l. 1, cod. undè vi, vide 526.

2106. Ante cognoscendum de vi quam de proprietate rei, l. 5, §. 1, ad l. jul. de vi publ. vide 2017.
 Ut pristina causa restituatur, & quidquid damni senserit qui dejectus est, l. 1, §. 31, h. t.
 Et quanti intersit possidere, l. 6, h. t.
 Fruetuumque ratio habetur etiam mobilium rerum, quae ibi erant, l. 1, §. 40, h. t.
 Et quorumcumque habiturus, vel assicuturus erat. *ibid.* §. 41.
2107. Hoc interdictum unde vi, vel non Domino datnr, quories cum possideret vi dejectus est, l. 8, h. t.
 Quamvis vi, vel clam vel precario possideat. §. recuperande, *inst. de interd.*
 Intrà annum datur, l. 1, h. t. utilem. *ibid.* §. 39, & l. 2, cod. unde vi.
 Post annum de eo datur, quod ad eum qui vi deje-
 cit pervenerit. l. 1, h. t.
2108. Dejicitur qui amittit possessionem, non qui non accipit. l. 1, §. 26, h. t. vide 2076.
2109. ARMATOS non utique eos intelligere debemus qui tela habuerunt, sed etiam quid aliud quod no-
 cere possit, l. 9, ad. l. jul. de vi publ. vide 2379.
 Armorum enim appellatio, & fustes & lapides sig-
 nificat, l. 41, *de verb. signif.*
 Quoties dejectus est, armata vis facta esse vide-
 tur, et si sine armis. l. 3, §. 5, h. t.
2110. Negantes debitores non oportet armata vi ter-
 reri. l. 9, cod. de oblig.
2111. Dejicit & qui mandat, ut dejiciatur. l. 194, *de
 regul. jur.*

TIT. XVII. *Uti possidetis.*

2113. Hoc interdictum prohibitorum est ad retinendam possessionem, l. 1, §. 1, h. t.
 Scriptum est ne vis fiat ei qui nec vi, nec clam, nec
 precario possidet, l. 1, h. t.
Quique toto superiore anno possedit. Cujac. in parat.
cod. h. t. vide 2123.
Etiam injusta possessio adversus ceteros prodest,
hoc ipso quod possessor plus juris habet quam ille qui
non possidet, l. 2, h. t. vide 2693. S v

Datur & superficiariis *possessoribus*, *l. un.* de *superficie* & *fructuariis*, *l. 4*, *h. t.*

Et ei qui diù servitute usus est, *l. 5*, *§. 3*, *de itin. act. priv.* *vide 452.*

Item, videris mihi possessionis *controversiam* face-re, qui prohibes me uti meā possessione. *l. 3*, *§. 2*, *h. t.* *vide 2105*, veluti in *meo ædificare. ibid.*

TIT. XIX. *De itinere, actuque privato.*

2115. Hoc interdictum datur, ne vis fiat ei qui itinere actuque privato nec vi, nec clām, nec precariō usus est, *l. 1*, *h. t.*

Tanquam suo jure, *l. ult. h. t.* non jure familiaritatis.

Modò hoc anno usus sit, vel modico tempore, id est, non minùs quam 30 diebus in eo anno, *l. 1*, *§. 2*, *h. t.*

Per se, per colonum, hospitem, vel quem alium, *l. 1*, *§. 7*, & *l. 3*, *§. 4*, *h. t.*

Tunc enim ego ire intelligor, nec opinio tua, sed mea quærenda est, *l. 1*, *§. 11*, *h. t.*

Nec nocet quod postea clām vel precariō usus est, *l. 1*, *§. ult. h. t.* vel omnino usus non est, *l. 1*, *§. 9*, *h. t.*

Cum superiore anno rectè usus sit. *dd. ll.*

Nec si ipse eodem anno vitiosè usus sit, dum testator venditorvē rectè usi sunt, *l. 6*, *h. t.*

Cum corrumpi aut mutari non potest, quod rectè transactum est, superveniente delicto. *l. 2*, *h. t.*

2116. *De servitute itineris*, *vide 478.*

TIT. XX. *De aquā quotidiana & æstivā.*

2117. Quotidiana aqua non illa est quæ quotidiè du-citur, sed quā quis quotidiè possit uti, *l. 1*, *paragr. 2*, *h. t.*

Ait Prætor, ut hoc anno aquam non vi, non clām, non precariō duxisti, quominus ita ducas vim fieri veto, *l. 1*, *h. t.*

Idem, de fonte, de lacu, puteo, & piscinā. *l. un.* *de fonte.*

2118. Interdictum de RIVIS datur ne vis fiat ei qui rivos purgat aquæ ducendæ causâ , dum ne aliter ducat quam ut priore æstate , non vi , non clam , non precariò duxit . l. 1 , de rivis . vide 2103 .

2119. SPATIUM relinquitur quo dextrâ & sinistrâ terram , limum , lapidem , arenam , & calcem jacere possit , l. 11 , paragr. 1 , comm. præd. vide 455 .

Accedendi facultas est quam accedere sit necessè , refectionis gratiâ . d. l. 11 , vide 477 .

Non verò si rivum deprimat vel attollat aut dilatet vel extendat , non si operiat apertum , vel contrâ , l. 1 , inf. de rivis .

Aliud est enim reficere , longè aliud facere , l. 3 , paragr. pen. de itin. act. priv.

In novis CANALIBUS spectatur utilitas ejus qui dicit , sine incommoditate ejus cuius ager est , l. 2 , paragr. 3 , de rivis .

De jure aquæductus , vide 485 .

TIT. XXIII. De Cloacis.

2120. CLOACA est locus cavus per quem colluvies quædam fluit , l. un. paragr. 4 , h. t.

Ex interdicto competit in vicini ædes venire , & rescindere pavimenta , purgandæ cloacæ gratiâ . ibid. paragr. 12 .

Modò paratus sit restaurare id quod ex necessitate resciderat . ibid.

Idque contemptâ operis novi nuntiatione . ibid. paragr. 13 , vide 1932 .

Ità tamen ne damnum ædibus alienis detur . ibid. paragr. 14 .

TIT. XXIV. Quod vi aut clam.

2121. Hoc interdictum non de possessione est , sed de opere facto vi , aut clam , ut restituatur , l. 1 , h. t.

VI factum videtur , si quis contrâ quam prohibetur fecerit , l. 1 , paragr. 5 , h. t.

Vel quominus prohibetur consecutus est , putâ jam perclusâ , l. 20 , h. t.

420 Lib. XLIII, Tit. XXIV.

Per feme ipsum, vel per alium, l. 3, h. t.

- CLAM factum videtur si quis celavit adversarium; neque ei denuntiavit, si modò timuit ejus controversiam, aut debuit timere. l. 3, paragr. 7, h. t.
2122. Parvi refert utrum jus habuerit faciendi, an non, l. 1, paragr. 2, h. t. vide 1933.

Et tenetur interdicto propter quod vi aut clam fecit. d. paragr. 2.

Tueri enim jus suum debuit, non injuriam comminisci. d. paragr. 2.

2123. Post annum hoc interdictum non competit, l. 15, paragr. 3, h. t.

Intellige utilem. Goth. ibi.

Ex quo opus factum perfectum est, aut fieri desiit. ibid. paragr. 4.

2124. Hoc interdictum locum non habet, si melior causa facta sit agri, quamvis vi, vel clam fecerit. l. 7, paragr. 7, h. t.

2125. Ita fit restitutio ut eadem sit conditio actoris quae futura esset, si id opus nec vi, nec clam factum esset. l. 15, paragr. 7, h. t.

TIT. XXVI. *De precario.*

Cod. VIII, 9.

2126. PRECARIUM est quod precibus petentis utendum conceditur, tamdiu quamdiu is qui concessit patitur, l. 1, h. t.

Magis ad donationes & beneficii causam quam ad negotii contracti spectat, l. 14, h. t.

Et est simile commodato, l. 1, paragr. ult. h. t. vide 722.

Verum ante tempus concessum auferri potest, l. 12, h. t.

Quia nulla vis est hujus conventionis ut rem alienam, Domino invito, possidere liceat. d. l. 12.

Idcirco precarium revocare volenti, competit interdictum testitorum de precario. l. 2, paragr. 1, & paragr. 2, h. t.

2127. Rem precariò datam possidet alter animo, alter corpore, l. 15, paragr. 4, h. t.

Cum duo insolidum possidere non possunt, ne quidem precario, l. 19, h. t. l. 3, paragr. 5, de acquo vel amitt. vide 2002.

In rebus etiam mobilibus constitit, l. 4, h. t. & juribus, l. 2, in f. h. t.

Rei autem suæ precarium non est, l. 4, paragr. 3, h. t. vide 447.

Præterquam si quis rem suam pignori datam precario rogaverit, cum possessionis rogetur non proprietatis, l. 6, paragr. ult. h. t.

ACCESSIONES rei precariò datae in eadem causâ habentur. l. 10, h. t. vide 1039.

2128. Ad heredem ejus qui concessit transit, l. 12, §. 1, h. t.

Non ad heredem ejus qui rogavit, d. §. 1, & l. 2, cod. h. t. ne nimis extendatur concedentis beneficium.

Goth. in d. paragr. 1.

Quippe ipsi duntaxat non etiam heredi concessa possessio est, d. paragr. 1.

Apud nos verò heredes in eadem causâ sunt ac accipientes.

2129. DOLUM solum & culpam dolo proximam præstat qui precariò rogavit, l. 8, paragr. 3, h. t.

Contrà in commodato. ibid. vide 724, & in pignore, l. 21, paragr. 2, de pign. & hypoth. vide 738.

Et fructus ex die interdicti, l. 8, paragr. 4, h. t. & omnem causam. ibid. paragr. 6, vide 1167.

T I T. XXVII. *De arboribus cædendis.*

2132. Hoc interdicto vim fieri Prætor vetat, ei qui arborem quæ suis ædibus impendet adimit, l. 1, h. t.

Et succidi eam præcipitur, ibid. paragr. ult.

Priùs datâ vicino admendi facultate, l. 1, paragr. 6, h. t.

Si in agro arbor impendeat, tantum usque ad 15 pedes à terra coeretur. ibid. paragr. ult.

Si vento inclinata est in fundum vicini de admenda eā agetur, l. 2, h. t.

2133. Arbor propè confinium posita si etiam in vicin

num fundum radices egerit , communis est , l. 7 , in f. de acqu. rer. dom. vide 573.

Non ut vicini sit quamvis radicibus aleatur in ipsius fundo , l. 6 , in f. h. t.

Nec nocentes radices excidere vicino licet , agere verò licebit. *ibid.* §. 2 , ad exemplum interdictorum. l. 1 , cod. de interd.

T I T. XXVIII. *De glande legenda.*

2135. Glandis nomine omnes fructus continentur , l. 1 , paragr. 1 , h. t. l. 236 , paragr. 1 , de verbor. signif.

Ait Prætor glandem quæ ex illius agro in tuum cadat , quominus illi tertio quoque die legere , auferre liceat , vim fieri veto , l. 1 , h. t. l. 9 , §. 1 , ad exhib. vide 1943.

Si quis dolo pecus immisit ut glandem comedederet quæ in suo fundo cecidit , ad exhibendum actione tenetur. d. §. 1 , vide 582.

T I T. XXX. *De liberis exhibendis.*

Cod. VIII , 8.

2137. Prætor omnimodo restituendum putavit eum qui in potestate est , l. 1 , paragr. 2 , h. t.

Cessat hoc interdictum in nuptâ. d. l. 1 , §. ult. ne benè concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur. *ibid.*

Imò marito datur adversus patrem. l. 2 , h. t.

2138. Etiam si pater probet filium in suâ potestate esse , tamen causâ cognitâ mater in retinendo eo , potior erit , l. 3 , paragr. 5 , h. t.

Ob nequitiam patris. *ibid.*

2139. De actione ad exhibendum , vide 580 ...



LIBER XLIV.

TIT. I. *De exceptionibus, præscriptionibus, & præjudiciis.*

Cod. VIII. 36.

2140. Exceptio dicta est quasi exclusio quæ opponi actioni solet, l. 2, h. t. est defensio justa quæ objicitur actioni. Cujac. in parat. cod. h. t.

Præscriptio ab exceptione nihil distat. Cujac. h. t. vide 2154.

Præjudicia sunt speciales quedam exceptiones. Cujac. h. t.

2141. Omnes EXCEPTIONES ab æquitate æstimandæ sunt. Fab. in ration. ad l. 57, Mandati.

Quædam eximunt, quædam minuunt damnationem, l. 22, h. t.

Aliæ sunt PEREMPTORIAE & perpetuae quæ semper locum habent, ut doli mali, rei judicatae, si quid contra leges, pacti conventi perpetui, l. 3, h. t.

Quas priusquam sententia feratur, objicere quandoque licet, l. 8, cod. h. t. l. 2, cod. sent. resc. non pos.

Aliæ sunt DILATORIAE & temporales ut paustum ne intrâ quinquennium ageretur, l. 3, h. t.

Et quæ ad personas judicis, actoris, procuratoris pertinent. Goth. in l. 19, cod. de probat. quæ opponi quidem initio oportet, d. l. 19.

Et inter exordia litis, l. penult. cod. h. t.

Veluti præscriptiones fori, l. ult. cod. h. t. vide 324.

Et meritò, nâm peremptoria sunt de judicio constituto finiendo, dilatoria de judicio constituendo, unde præpostorè agitur de constituendo, dum judicium constitutum est. Goth. in d. l. penult. cod. h. t.

424 Lib. XLIV, Tit. I.

2142. Exceptiones quæ personæ cuiusque coherent, non transiunt ad alios, l. 7, h. t. veluti ne ultra quod facere potest. d. l. 7, vide 2044.

Quæ rei coherent etiam FIDEJUSSORIBUS competunt ut rei judicatæ, dolii mali, jurisjurandi, quod metū causā, l. 7, paragr. 1, h. t. vide 2240.

Etiam invito reo, l. 19, h. t.

Et emptori nocent. l. 4, paragr. 27., de dolii mali & met.

2143. Nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti, quamvis diversæ sint. l. 8, h. t.

2144. Agere is videtur qui exceptione utitur, nam reus in exceptione auctor est, l. 1, h. t. vide 1186.

Cui actio, eidem & exceptio multò magis competit. l. 198, paragr. 1, de regul. jur.

2145. Quæ annua sunt ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Goth. in l. 5, cod. h. t. vide 2167.

Cum auctor quidem in suâ potestate habeat quando utatur suo jure, is autem cum quo agitur, non habeat potestatem quando conveniatur. l. 5, in f. de dolii mali & met. vide 2199, 2185.

2146. De exceptionibus dolii, metū, Macedoniani, &c. vide in indice.

(via sup. TIT. II. De exceptione rei judicatæ.

de leg. judic.

Eg. leg.

2147. Quæ sit res judicata? Vide 2037.

Post rem judicatam nihil queritur, l. 56, de judic. vide 685.

Nequidem errore facti, causa judicata instauratur, l. 7, cod. de jur. & fact. ignor.

Nec errore juris, cum Prætor quoque jus reddere dicatur, etiam cum iniquè decernit, l. 11, de iust. & jur. vide 2042.

Res enim judicatæ si sub prætextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis, l. 2, cod. de re judic., id est, sub novis rationibus. Cujac. in d. l. 2.

Nec sub prætextu novorum instrumentorum restituitur negotium, l. 35, de re judic. l. 4, cod. eod. t. vide 150.

quando res judic. alii objici possit,

vid. leg. 63 ff. de re judic., Recipere s. ultim.

V. id vero qui diuersum dominium suum factas respondet
causam, dicitur scientiam, prescriptionem tamen, quamvis
inter alios judicatos, summo vetetur,

Nisi de negotio publico. *d. l. 35.*

Vel si ex falsis instrumentis judicatum sit, *l. 11, de except. & tit. cod. si ex falsi instr. & probetur eum qui judicaverat secutum ejus instrumenti fidem, l. 3, cod. eod. t.*

Secùs in Galliâ regiarum litterarum beneficio (Requête civile.)

2148. Res inter alios judicata aliis non præjudicat, *l. 63, de re judic. & tit. cod. inter alios acta, vide 2688, paragr. 5, 2661.*

Nec si contra quem judicatum est heres extiterit ei contra quem nihil pronuntiatum est, *l. 10, de except.*

Nec legatariis si perlusorio judicio actum sit adversus testamentum, *l. 14, de appell.*

Cum judicatum tantum in præsentes teneat, *l. 47, de re judic.*

Nec aliis obest, *l. 10, de except. quamvis in eodem vel simili negotio, d. l. 47, l. ult. cod. qu. res judic.*

Quapropter coheredi qui non litigavit non nocet, *l. 29, h. t. vide 2538.*

2149. Hæc exceptio obstat, quoties eadem questio inter easdem personas revocatur, *id est, renovatur, ll. 3, 7, paragr. 4, h. t.*

— Vel eorum successores etiam singulares, *ll. 9, §. ult. 28, h. t.*

Non retrò de successore ad auctorem, *d. §. ult.*

— Obstat exceptio quamvis alia actione agatur, vel alio genere judicii, *l. 5, & l. 7, §. 4, h. t.*

Modò idem corpus sit, *l. 12, h. t. quod pinguius accipitur, l. 14, h. t., id est, non tam strictè.*

Idem jus, *l. 13.*

Quantitas eadem. *d. l. 13, id est, qualitas. Goth. ibi.*

Eadem causa petendi, *l. 14, h. t.*

Eadem conditio personarum. *d. l. 14.*

Quæ nisi omnia concuriant alia res est. *ibid.*

— Item, eandem causam facit etiam origo petitionis, *l. 11, paragr. 4, h. t.*

Mutata autem opinio petitoris non facit petitionem novam, si modò ex causâ hereditaria opinabatur ha-

- bere, deindè ex causâ donationis. *ibid. paragr. 5.*
2150. Si quis clm totum petisset partem petat, exceptio rei judicatae nocet, *l. 7, h. t.*
Nam pars in toto est. *ibid.*
- Nisi postea pars ei accrevit, *l. 14, paragr. 1, h. t.*
2151. Dilationem petens, acquieavit sententiæ. *l. 5, cod. de re judic.*
2152. De actione ex re judicata, vide 2037....

TIT. III. *De diversis temporalibus p:œscriptionibus, & de accessionibus possessionum.*

Cod. VII, 39.

2154. *PRÆSCRIPTIONIS nomine nihil aliud quam exceptio significatur. Cujac. in parat. cod. de præscr. long. temp. vide 2140.*
Contrà desides homines & sui juris contemptores, odiosæ exceptiones oppositæ sunt, *l. ult. in f. cod. de ann. except.*
- USUCAPIO verò favorabilis est, quia titulo nititur. *l. 1, de usurp. & usuc. vide 2026.*
2155. *Ex jure vetere præscriptione longi temporis non acquiritur dominium. Cujac. ubi sup. hodiè verò plenam dat securitatem, l. ult. cod. de Edict. div. Adr. vide 2161.*
Et actionem utilem ad rem vindicandam, *l. penult. cod. de præscr. 30 vel 40 ann.*
- De ACCESIONIBUS possessionum, vide 2015.*
2156. Si qua res vel jus postuletur, vel persona qualcumque actione vel persecutione pulsetur, erit agenti 30 ann. præscriptio metuenda, *l. 3, cod. de præscr. 30 vel 40 ann.*
Ex quo actio jure competere cœpit. *d. l. 3.*
Vel ex quo debitor usurpas minimè persolyit, l. 8, in f. cod. eod. t.
Vel ex quo dies vel conditio evenerit. l. 7, §. 4, eod. eod. tit.
- In annuis præstationibus, ab initio cuiusque anni præscriptio computatur. *ibid. paragr. ult.*

2157. Non sexus fragilitate , non absentiâ , non militâ contrâ hanc legem defendendâ , l. 3 , cod. de præscr. 30 vel 40 ann.

Nec legis ignorantia , ibid.

Sed PUPILLARI ætate duntaxat , eâ lege ut cùm ad pubertatis annos pervenerint , in eis similiter ut aliis servetur. d. l. 3.

Longi temporis verò præscriptioni , tempus quod in MINORE ætate transfinissum est non imputatur , l. 3 , cod. qu. non objic.

Sed tunc currere incipit , quando ad majorem ætatem pervenerit. ibid. vide 1472 , id est , cum 25 annum compleverit. Goth. ibi.

Deducitur enim tempus , quo si quid fuerit gestum succurri solet , l. 7 , cod. eod.

Item , contrâ non valentem agere , non currit præscriptio , nisi ex quo actionem movere potest , l. 1 , §. 2 , cod. de ann. except.

Quis enim incusare eum poterit , si hoc non fecerit , quod etsi maluerit , minimè adimplere lege obviante valebat. ibid.

Idcirco cessat adversus filium fam. d. paragr. 2.

Nisi ex quo actionem movere potuit. d. §. 2 , Novel. 22 , cap. 24.

Item , cessat adversus mulierem præterquam in paraphenis. l. 30 , cod. de jure dot. vide 1261.

2158. Quas actiones decennalis , vicennalis , & tricennalis præscriptio excludit , si loco religioso competant , 40 tantum ann. excluduntur. auth. quas actiones. cod. de sacr. eccles. vide 2688 , parag. 17.

Usucapione triennii , vel quadriennii præscriptione in suo robore durantibus. d. auth. vide 2032.

Solâ Romanâ Ecclesiâ gaudente 100 ann. spatio , vel privilegio. d. auth. vide 2688. , paragr. 31.

2159. Hypothecaria contrâ ipsos debitores aut heredes eorum , non ultrâ 40 annos prorogatur , l. 7 , & §. 1 , cod. de præscr. 30 vel 40 ann. Apud nos non ultrâ 30 Duperier , liv. 5 , maximes de droit.

Contrâ alios non ultrâ 10 annos sive longum tempus. l. 3 , cod. eod. t. vide 2031.

2160. Qui precariò possidet, nec per 40 annos præcrichtione tutus est, *l. 2, cod. de præscr. 30*, quod intellige de reali, non de ficto.

Idem, de eo qui ad possessionem conductor accedit. *ibid.*

Etiā jure emphiteutico, *l. 7, in f. eod. t.*

Unde melius non habere titulum, quam habere viitiosum.

2161. In patrimonii Principum & templorum, qui per 40 ann. etiam sine titulo haecenius possederunt, nullam penitus inquietudinem formidare debent, *l. ult. cod. de fund. patrim. vide 2549.*

Item, si legitimū tempus effluxerit possessori, plenissimè securitas super dominio præstatur, *l. ult. cod. de Edict. div. Adr. vide 2155.*

Quapropter negatā actione, restitutio in integrum negata videtur, sive absentiae, sive ignorantiae vel talibus causis, vel ætatis si præscriptiones cum majoribus sunt ceptae. Argentr. art. 269, in verb. Est défendu.

Sic cum leges plenam & plenissimam securitatem statuere, restituzione eludere irrisisse est, & miseræ mortalitati verbis inanibus illufisse. ibid.

Unde ut familia Titionum in ædibus suis & successoribus adversus detentores ab initio per vim possidentes integraretur, speciali Imperatoris Justiniani beneficio opus fuit. Cujac. X, observ. 12.

2162. Naturaliter INTERRUMPITUR possessio, cum quis de possessione vi dejicitur, vel alicui res eripitur, *l. 5, de usurp. & usuc. aut subripitur, l. 15, de acqua. vel amitt. poss.*

Civiliter ex citatione apud judicem, modò libellatum. Argentr. art. 266, cap. 6, n. 6.

Non verò ex actu extrajudiciali, præterquam, 1º. si præscriptio ex conventione currit. 2º. Ante ademptam possessionem. 3º. Cum judex abeat, ibid. cap. 5, n. 2, vel adiri non potest, putà tempore feriato.

Item, interrupitur si sine violentia, rem sibi suppositam tenuerit, l. 7, §. 5, cod. de præscr. 30, vel.

Vel si debitör se debitorem agnoverit. ibid. etiam dilationem petendo, argum. l. 5, cod. de re judic.

Idem, ex petitione apud arbitrum , l. 5 , paragr. 1 , cod. de recept. arbitr.

Non tamen ex simplici denuntiatione , l. 13 , preempt. vide 2027 , 1163.

2163. In omnibus temporalibus actionibus , nisi novissimus totus dies compleatur , non sicut obligatio , l. 6 , de obl. & act.

Præterquam in usucapione , l. 6 , de usurp. & usuc. facile enim usucapere debet qui bona fide possidet. Goth. in l. 6 , de oblig. & act.

T I T. IV. De doli mali , & metūs exceptione.

2167. *Definitio doli* 237 , *metūs* 223.

Hæc exceptio competit ei qui per dolum obligatus est , l. 36 , de verb. oblig. vide 132.

Ne cui dolus suus contrà naturalem æquitatem proficit , l. 1 , paragr. 1 , h. t.

Eâ tutus est qui æquitate defensionis infringere actionem potest , l. 12 , h. t.

Et quidem perpetuò , l. 5 , paragr. ult. h. t. & permille annos. Goth. ibi.

Et sine temporis præfinitione. l. 6 , cod. de except. seu præscr. vide 2145.

2168. An dolo quid factum sit ex facto intelligitur , l. 1 , paragr. 2 , h. t.

Nec sufficit ostendere in eâ re esse dolum , sed dolo malo ab eo factum , l. 2 , paragr. 1 , h. t. & personam specialiter enumerare. ibid.

Ille verò qui petit ex stipulatione quid alter per dolum obligatus est , hoc ipso dolo facit quod petit , l. 36 , de verb. oblig.

Item , dolo facit qui petit quod quâque exceptione elidi potest , l. 2 , paragr. 5 , h. t.

Vel quod redditurus est , l. 8 , h. t. l. 133 , paragr. 3 , de regul. jur. eidem à quo petit , non alteri , l. 44 , paragr. 1 , solut. matr.

Vel contrà pactum petit , l. 2 , paragr. 4 , h. t.

Vel contrà voluntatem testatoris. ibid. l. 4 , paragr. 10 , h. t.

Nisi talis ignorantia sit , ut dolo careat , l. 2 , §. 5 , h. t.

- Putà si ignorat causam cur non debet petere. l. 137 ,
paragr. 1 , de regul. jur.
2169. ALIENUS dolus nocere alteri non debet , l. 11 ,
h. t.
- Proinde de auctoris dolo exceptio emptori non ob-*
jicitur , l. 4 , paragr. 27 , h. t. vide 2661.
- Nec in similibus qui vicem emptorum obtinent , l.*
4 , paragr. 31 , h. t.
- Secùs in eo qui ex lucrativâ causâ agit. ibid. §. 29.*
- Vel propè lucrativâ. d. paragr. 31.*
- Et in eo qui ex personâ auctoris utitur accessione.*
ibid. paragr. 27 , vide 2015.
- Vel si rei exceptio cohæreat. d. paragr. 27.*
- Cum ipsa res in se dolum habet , l. 36 , de verb.*
oblig. & circumscriptionem & lesionem evidentem.
Goth. ibi.
- Dolus TUTORIS pupillo nocet , si ex eo pupillus
locupletior factus est , l. 4 , §. 23 , h. t. vide 1400 ,
2075.
- Verum hæc exceptio pupillo non objicitur , si pro-*
tutor vendiderit. d. l. 4 , §. 24 , quia huic rerum pu-
pilli administratio concessa non fuit. ibid. vide 1447 ,
1400.
- Quæ in tute dicimus , eadem in curatore dicenda.
ibid. §. 25 , intellige de curatore cui administratio con-
cessa est.
2170. Adversus dolî exceptionem , non datur replica-
tio dolî , l. 4 , paragr. 13 , h. t.
- Ne communis malitia alii præmio sit alii pœnâ. d.
paragr. 13 , vide 2665.
- Cum longè æquum sit , ex eo quod perfidè gestum
est , actorem nihil consequi. d. paragr. 13.
- Idcirco dolus ex utrâque parte compensatur. l. ult.*
paragr. 3 , de eo per qu. vide 243 , 2306.
- Nec pecunia data repetitur. l. 3 , de cond. ob turp.*
vide 671.
2171. De pupilli dolo interdum excipiendum est , l. 4 ,
parag. 26 , h. t. vide 270.
- Ex eâ ætate quæ dolo non careat. ibid. putà 1 , vel*
2 ann. antè pubertatem , vide 2318.
2172. In metûs causâ exceptione non inspicitur an is

qui agit , metūs causā fecit aliquid , sed an omnino
metūs causā factum est , l. 4 , §. 33 , h. t. vide 229 , in
rem enim scripta est . *ibid.*

Et in hoc differt ab exceptione dolii . *ibid.* vide
2168.

2173. Metūs accusationis institutæ vel futuræ , non
vitiat stipulationem , l. 9 , cod. de contr. & comm. l.
10 , cod. de his qu. vi , met. vide 225.

Vitiat verò si ob non institutam accusationem cri-
minis pecunia promissa sit . d. l. 9 , vide 671 , 2374.

2174. De actione ex dolo , vide 237... ex metu 223....

TIT. VI. *De litigiosis.*

Cod. VIII , 37. Novel. 112.

2177. LITIGIOSA res est de cuius dominio causa mo-
vetur. auth. litigiosa. cod. h. t.

Lite pendente , nec actiones quæ in judicium deduc-
tæ sunt , nec res transferri licet , l. 2 , cod. h. t.

Alienationes enim post judicium acceptum inter-
dictæ sunt , l. 13 , fam. ercisc.

Cùm quotiès in fraudem legis sit alienatio , non va-
let id quod actum est , l. 16 , de jure patr.

Nisi legata vel relicta sit litigiosa res , l. 3 & 4 ,
cod. h. t. Nov. 112 , cap. 1.

Vel divisa inter coheredes . d. cap. 1.

Vel dotis nomine , vel transactiōnis aut divisionis
data sit , l. ult. in f. cod. h. t.

Vel si alienatio vetustiorem causam habeat , vel ne-
cessariam . l. 13 , fam. ercisc.

2178. Qui actionem sive rem litigiosam emit , seu ex
cessione acquisivit , nihil amplius à debitore recip-
pet , quām quod re ipsā dederit , l. 22 & 23 , cod.
mand.

Exceptis cessionibus inter coheredes , vel inter lega-
tarioris , aut fideicommissarios quibus debita vel ac-
tiones relictæ sunt . d. l. 22.

Idem , si creditor , vel is qui res aliquas possidet ,
pro debito seu pro rerum apud se constitutarum mu-
nimine ac tuitione , aliquid accepit , d. l. 22 , acce-
pit , id est , fecit . *Glos. ibi.*

Vel si per donationem cessio facta sit. ibid.

Fallit quoquè in Galliâ ubi cessionarius integrum debitum potest petere. Goth. in d. l. 22, & rectè propter pecuniae periculum, modò periculum fictum non sit, nam valent dictæ leges contrà eos qui præ avaritiâ vel vexandi libidine, vili pretio redimunt actiones litigiosas vel dubias. Molin. de usur. qu. 62, n. 412.

2179. *De pacto de quotalitis, vide 139.*

TIT. VII. *De obligationibus, & actionibus.*

Cod. IV , 10.

2181. OBLIGATIONUM substantia in eo consistit ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel facendum, l. 3 , h. t.

Vel solvendum. paragr. I, instit. h. t. vel præstandum, l. 3 , h. t.

Quæ enim non adstringit necessitate contrahentes, obligatio nulla est, l. 13, cod. de contr. empt.

Item, eum obligatum accipere debemus, qui exceptione se tueri non potest, l. 20, §. 3, de liber. caus.

Sicuti CREDITOR est qui actionem habet, l. 42, §. 1, h. t. vide 2197.

Vel cui debetur ex quâcumque actione, vel jure civili, l. 10, de verb. signif.

Et quâlibet causâ, l. 11, eod. t. et si ex delicto, l. 12, eod. t.

Si exceptione perpetuâ summoveri non potest. l. 55, eod. t.

2182. Obligationes ex contractu aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu, l. 1, §. 1, h. t.

Item nascuntur aut ex maleficio, l. 1, & l. 4, h. t.

Aut proprio quodam jure ex variis causarum figuris, l. 1, h. t.

Aut lege, aut jure honorario, id est, Prætorio, l. 52, h. t.

Aut necessitate, aut peccato. d. l. 52.

2183. RE contrahuntur mutui datione, l. 1, §. 2, h. t.

—
Vel

Vel commodato. *ibid.* §. 3.

Vel deposito. *ibid.* §. 5. *& le gage prymores*

CONSENSU fit obligatio in emptionibus, locationibus, societatibus, mandatis, *ll. 2, h. t. 35, in f. de verb. oblig.*

Nec VERBORUM neque scripturæ ulla proprietas, sed sufficit eos qui negotia gerunt consentire, *l. 2, §. 1, h. t. vide 2207.*

Unde inter absentes per epistolam, & per nuntium. *ibid. §. 2, vide 130.*

Item, alter alteri obligatur ex bono & aequo. *ibid. paragr. 3.*

Et solo nutu, l. 52, in f. h. t. vide 2202.

Modò hoc animo ut obligatio constituatur, *l. 3, §. 1, h. t.*

Non si per jocum, vel demonstrandi intellectus causâ, *l. 3, in f. h. t.*

Nec causa contractus sufficit, nisi animus utriusque consentit, *l. 55, h. t.*

Idcirco si aliud sentiat hic, aliud ille, nihil valet quod acti sit. l. 57, h. t.

2184. Sicut initio libera potestas unicuique est habendi contractus, ita renuntiare semel constitutæ obligationi, adversario non consentiente, nemo potest, l. 5, cod. h. t.

Licet statim alterum pœniteat, l. 39, cod. de transact. vel incontinenti, l. 12, de contr. empt.

Mutuo verò consensu, contractus DISSOLVI posse sunt re integrâ, *l. 58, de pact. l. 1, cod. qu. licet ab. vide 956.*

Etenim quod consensu contractum est, contrariae voluntatis adminiculo dissolvitur. *ibid.*

At enim post traditionem interpositam sive executionem, nuda voluntas non resolvit, si non actus similis retrò agens intercesserit. *ibid.*

Nam quod alicui deberi cæperit, non nisi certis modis desinit deberi, *l. 44, §. 1, h. t.*

Cum nihil tam naturale est, quam eo genere quidquid dissolvere quo colligatum est, l. 35, de regul. jur.

Et quibus modis obligamur, hisdem in contrarium

actis liberamur , quibus acquirimus , hisdem amittimus , l. 195 , eod. tit.

Omnia enim quæ jure contrahuntur , contrario jure pereunt , l. 100 , eod. tit.

Item , obligationum causæ pactio possum immutari , l. 27 , eod. t.

Factum tolli non potest. l. 31 , eod. t.

2185. Qui cum alio contrahit , vel est , vel debet esse non ignarus conditionis ejus , l. 19 , de regul. jur.

Qui autem in alterius loco succedunt , justam habent causam ignorantiae , l. 42 , & d. l. 19 , eod. t.

Præterquam si ipse agat , certus enim esse debet cum sit in potestate ejus quando velit experiri. d. l. 42 , vide 2199 , 2145.

2186. Ubi ex re actio venit , furiosus & pupillus obligantur , l. 46 , h. t.

FILIUSFAM. ex omnibus causis tanquam paterfam. obligatur , l. 39 , h. t. vide 2236 , 56.

Nec obstat , l. 43 , h. t. ex qua lege obligari potest paterfamilias suæ potestatis pubes , nam & rectâ obligatur qui suæ potestatis non est , cum acceptâ ex mutuo pecuniâ Macedoniano opus sit. l. 1 , de S. C. Maced. vide 780.

+ 2187. Certissimum est ex ALTERIUS contractu neminem obligari , l. 3 , inf. cod. ne uxor pro mar. videz 661.

Nam de se quemque promittere oportet , l. 38 , de verb. oblig. vide 2216.

Neque alius pro alio promittens obligatur. ibid. vide 719 , si nihil suo nomine promiserit.

Idcirco nec uxor pro marito , nec è converso. tit. cod. ne uxor pro.

Nec filius pro patre & contrâ. tit. cod. ne filius pro. vide 2688 , paragr. 8.

2188. Obligationes quæ non propriis viribus consistunt , neque officio judicis , neque legis potestate confirmantur. l. 27 , h. t. vide 1042.

2189. BONA FIDES quæ in contractibus exigitur , æquitatem summam desiderat , l. 31 , depos.

Eamque in contractibus considerari æquum est , l. 4 , cod. h. t. & præstari , l. 59 , paragr. 1 , mandati. vide 2663.

Unde in contrahendo quod agitur pro cauto habendum est, l. 3, de reb. cred. vide 2207.

In his qui *specialiter* bona fidei sunt. (*ut 2695,*) *hoc servatur, ut si utriusque contrahentis commodum veretur, etiam culpa, si unius solius, dolus malus tantummodo præstetur, l. 108, paragr. 12, de legat. 1º. l. 5, paragr. 2, commod. vide 847, 724.*

Porrò cùm de bonâ fide agitur non congruit de apicibus juris disputare, l. 29, paragr. 4, mandati.

Sed de hoc tantum, fuerit debitor necnè. d. §. 4.

2190. NATURALIS obligatio manere potest inter parentem & filium non emancipatum, *l. 38, paragr. 1, de condit. ins.*

Etiam ex mutuo. ibid. & §. 2.

Paœta enim jure naturæ talia sunt, ut etiam inter parentes & liberos sint servanda. Goth. in d. §. 1, sicut inter dominum & servum, l. 64, de condit. indeb.

Is autem naturâ debet quem jure gentium dare oportet, *l. 84, §. 1, de regul. jur. cuius fidem sequi sumus. ibid. vide 836.*

Nec soluta repetit. *l. 10, de S. C. Maced. vide 680.*

2191. Uniuscujusque contractus initium spectandum est & causa. *l. 8, Mand. vide 2203, 2662.*

2192. Quidquid in calore iracundiae vel fit vel dicitur, non prius ratum est quam si perseverantia apparuerit iudicium animi fuisse, *l. 48, de regul. jur. vide 2351.*

Itellige in contractibus, in voto, in juramento, in confessione, non verò in delictis. Goth. in d. l. 48, ea enim iracundia non excusat.

2193. Nihil aliud est ACTIO quam jus quod sibi debetur, judicio persequendi, *l. 51, h. t.*

Obligatio actionem parit, *l. 42, §. 2, de procur.*

In rem actio VINDICATIO dicitur, *l. 25, h. t. vide 366.*

In personam CONDICTIO appellatur. *d. l. 25.*

Mixtae dicuntur actiones in quibus uterque actor est, *l. 37, §. 1, h. t. vide 556.*

Omnis actio PRÆTORIA æstimanda tota est ex aequitate. Faber ration. in l. 57, mandati. T ij

2194. Invitus agere nemo cogitur , l. un. cod. ut nemo invit. vide 2683 , §. 36 , 48.

2195. FILIUSFAM. suo nomine nullam actionem habet , nisi injuriarum , & quod vi aut clam , & depositi , & commodati , l. 9 , h. t.

Habet , & actiones in factum. l. 13 , h. t.

2196. Is nullam videtur actionem habere , cui ob inopiam adversarii inanis actio est , l. 6 , de dolo malo , vide 2321.

Vel cuius actio per exceptionem infirmatur. l. 112 , de regul. jur.

2197. Bonis adnumeratur si quid est in actionibus , petitionibus , persecutionibus , l. 49 , de verb. signif.

Item , rem habet in bonis qui eam conservare exceptione potest , vel recuperare actione , l. 52 , de aqu. rer. dom.

Porrò apud se quis habere videtur de quo habet actionem , habetur enim id quod peti potest , l. 143 , de verb. signif.

Minus tamen est actionem habere quam rem , l. 204 , de reg. jur. vide 2234.

Idcirco conditionalis creditor est , cui actio competitura est , l. 54 , de verb. signif. •

Vel qui spem habet ut competit. ibid.

Nec exceptione perpetuâ summoveri potest , l. 55 , eod. t. vide 2181.

Item , debtor intelligitur is à quo invito exigencia potest. l. 108 , eod. t.

2198. Ei qui alio jure venit quam eo quod amisit , non nocet id quod amisit , sed prodest quod habet , l. 42 , de bon. libert.

Item , numquam actiones poenales de eadem pecunia concurrentes , alia aliam consumit , l. 60 , h. t. l. 172 , de regul. jur. vide 2402.

2199. Qui agit certus esse debet , cum sit in potestate ejus quando velit experiri , l. 42 , de regul. jur. vide 2145.

Et ante debet rem diligenter explorare , & tunc ad agendum procedere. ibid.

De stipulationibus , in tit. sequ.

LIBER XLV.

TIT. I. *De verborum obligationibus.*

Cod. VIII, 38, 39.

2200. **S**TIPULATIO est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur alteri daturum se factum respondit, l. 5, §. 1, h. t.

Non potest confici nisi utroque loquente, l. 1, h. t.

Si diversis linguis, valet per verum interpretem. l. 1, §. 6, h. t.

2201. Inventae sunt stipulationes ad hoc ut unusquisque acquirat quod suā interest, l. 38, §. 17, h. t.

Unde alteri stipulari nemo potest, ut alter suo nomine agat. *ibid.* & l. 11, de *oblig.* & *act.* vide 2661.

Nisi suā interest, l. 38, §. 20, h. t.

Nec obstat pecuniam alterius nomine, numerari & credi posse, l. 2, cod. *per qu. pers.*

2202. Si scriptum fuit promisisse, perinde est ac si in interrogatione præcedente responsum sit. §. *si scriptum.* 18, *instit. de inut. slip.*

Si res inter præsentes gesta est, l. 1, cod. *de contr.* & *comm.* l. 134, §. 2, h. t.

Quia videntur omnia solemniter acta, l. 30, h. t. vide 627, 2207, 1193.

Si interrogatus responderit quidni? Obligatur, l. 1, §. 2, h. t.

Contrà si sine verbis annuisset. d. §. 2.

Intellige ex stipulatu non obligari, nam mutu solo obligatio *simplex* constituitur, l. 52, *inf. de oblig.* & *act.* vide 2183.

Consensu contrahentium firmantur stipulationes, quibuscumque verbis compositæ sint. l. 10, cod. *de contr.* & *comm.*

2203. In stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus, l. 78, h. t. l. 186, *paragr. 1, de regul. jur.* vide 2191, 2662.

Proinde et si post emancipationem conditio stipulationis à filiofam. factæ extiterit, nihilominus patriæ actio competit , l. 78 , h. t.

Aliter in legatis , quorum conditio existens , retrò non trahitur ad mortis vel testamenti tempus. Goth. in d. l. 78.

2204. Omnis stipulatio ad heredes , & contra heredes transmittitur , l. 13 , cod. de contr. & comm.

Cùm plerumque tamen heredibus nostris quam nobis meti ipsiſis caveamus , l. 9 , de probat. vide 2658.

Unde factum sive conditio ab herede impleri potest. d. l. 13.

2205. Inutilis est stipulatio si id tale sit ut dari non possit , l. 1 , paragr. 9 , de oblig. & act. vide 713.

Impossibilium enim nulla obligatio est , l. 145 , de regul. jur.

Porrò impossibilis conditio faciendi stipulationibus obstat , l. 7 , h. t. l. 1 , paragr. 11 , de oblig. & act.

Quæ in testamentis non obstatet , l. 6 , in f. de cond. & dem. vide 1816.

Nec in donationibus , l. 8 , cod. ob caus. dat. vide 1966.

Ea enim duntaxat quæ naturâ sui possibilia sunt , in obligationem deducuntur , l. 83 , paragr. 5 , h. t.

Et ex impossibili conditione præsumitur nihil agi voluisse , l. 31 , de oblig. & act.

Nisi alii possibilis sit , l. 137 , §. 5 , h. t. vide 2214.

Vel in non faciendi concipiatur , veluti si in cælum non ascenderit , l. 7 , h. t.

Si conditio omnino modò exstatura est , purè videtur stipulari. l. 9 , paragr. 1 , de novat. vide 1828.

2206. Inutilis est stipulatio de loco sacro , aut religioso dando , l. 1 , §. 9 , de oblig. & act. vide 71 , 913.

Idem , de vasis , vestibus , cæterisque ad divinam religionem necessariis , l. 21 , cod. de sacr. eccles.

Præterquam in redemptionem captivorum. ibid.

Cùm ea quæ juris divini sunt , humanis nexibus non obligari sancitum est. ibid.

Turpes conditiones nullius sunt momenti , l. 26 , h. t. vel si contra bonos mores. l. 4 , cod. de inut. slip. vide 131 , 891 , 1817.

2207. In stipulationibus cùm queritur quid actum sit , verba contra stipulator em interpretanda sunt , l. 38 , paragr. 18 , h. t. vide 929.

Cùm ei fuerit liberum verba latè concipere , l. 99 , h. t.

Voluntatem verò contrahentium potius quam verba spectari placuit. l. 219 , de verb. signif. vide 2183 , nisi si ex tali interpretatione nihil operaretur. Goth. in l. 38 , paragr. 18 , h. t.

Quædam enim in fermone tacitè excipiuntur , l. 9 , de servit.

Videlicet si via sit relata , in infinito per quamlibet partem ire licebit , civiliter modò & minore servientis fundi detrimento. ibid.

Item , in contrahendo quod agitur pro cauto habendum est , l. 3 , de reb. cred.

Et solemniter actum , l. 30 , de verb. oblig. id est , videri solemnem stipulationem intercessisse. Cujac. ibi.

Utque dolus præstetur , l. 1 §. 7 , depos. vide 246 , 132.

Item , ut tempus necessarium ad solutionem in certo loco faciendam detur , l. 2 , §. 6 , de eo quod cert. vide 713 , 2277.

Dies enim tacitè in stipulatione inest. d. §. 6.

Et in causâ dotis , ut nuptiæ fuerint securæt , l. 21 , de jure dot.

2208. Plerumque ea quæ in præfationibus concipiuntur , etiam in stipulationibus repetita creduntur , l. 134 , §. 1 , h. t.

Sic tamen ut non ex eâ repetitione inutilis efficiatur stipulatio. d. §. 1 , vide 138.

2209. Si in nomine erratum sit cùm de corpore constat , valet stipulatio , l. 32 , h. t. vide 1533.

Sive in appellatione rei , sive personæ , l. 65 , §. 1 , h. t.

Si alter corpus aurum putabat cum æs esset , valet quidem stipulatio æris nomine , sed doli tenetur qui fidem fecellit. l. 22 , h. t. vide 916.

2210. Sub hac conditione SI VOLAM nulla sit obligatio , l. 8 , de oblig. & act. l. 46 , in f. h. t.

Nec consistere potest quæ ex *soldā voluntate* promīt-
tentis statum capit , l. 108 , inf. h. t.

Nec si *cūm voluero* , nisi vivus tempus constituam ,
l. 46 , §. 2 , h. t.

Secūs in legatis , & fideicomm. l. 11 , §. 6 , de le-
gat. 3 , vide 1868 , si in dote constitutā , vide 1267.

Si 10 , dari *cum petiero* fuerim stipulatus , magis
admonitio erit quod celerius reddantur , quam condi-
tio. l. 48 , h. t.

2211. Si quis ARBITRATU Titii stipulatus sit , à per-
sonā Titii non est recedendum , l. 43 , h. t. vide 924.

Eorum verò qui arbitrio alieno se substituunt , ea
mens est , ut quia sperent eum recte arbitraturum , l.
30 , de oper. libert.

Non quia vel immodicè obligari velint. *ibid.*

Nec aliter quam si æque arbitratus sit. *ibid.*

Idcirco corrigitur , si manifesta iniquitas appareat ,
l. 79 , pro *socio* , si Titius omnino non arbitretur ,
nihil valet stipulatio , nec pena adjecta committitur.
l. 44 , h. t.

Fallit in bonæ fidei judiciis , in quibus pro boni viri
arbitrio habendum est. l. 22 , §. 1 , de regul. jur. vide
2695 , 990.

2212. INCERTA stipulatio est ubi non appareat quid ,
quale , quantum est in stipulatione , l. 75 , h. t.

Unde si ex pluribus fundis idem nomen *habentibus* ,
unum stipuletur , incertum stipulatur , id est , illum
quem promissor dare voluerit , l. 106 , h. t.

Fundo verò non demonstrato , inutilis est stipulatio ,
l. 69 , §. 4 , de jure dot.

Valet tamen , illud aut illud dari , l. 138 , §. 1 ,
h. t. l. 44 , §. 3 , de oblig. & act. vide 682.

Et mutare voluntatem licet in eo quod præstatu-
tus est. d. §. 1.

Si dixerit creditor *quem volam* , mutandi potesta-
tem habet , donec judicium dicet , l. 112 , h. t. id est ,
item contestetur. *Goth. ibi.*

In heredes transit electio , quamvis personalis sit. l.
76 , h. t. vide 1724.

2213. In stipulationibus faciendi , ad judicem , id est ,

ad virum bonum res remittitur, ut æstimet quanto tempore confici posit, l. 137, §. 2, h. t. vide 993.

Si jam cœpit mora faciendi, tunc agetur diesque obligationis cedit, l. 72, in f. h. t.

Sed quandiu lis non est contestata facientem librari placet. l. 84, & 137, paragr. 3, h. t.

2214. Unusquisque quod sponpondit suo impendio dare debet, l. 20, de oper. lib.

Cum causa difficultatis præstandi ad incommodum promissoris pertineat, l. 137, paragr. 4, h. t.

Nec facit inutilem stipulationem difficultas præstationis, l. 2, §. 2, inf. h. t.

Quoties ab alio res possibilis sit. d. l. 137, paragr. 5.

2215. Si stipulanti mihi 10 tu 20 spondeas, in 10, contracta obligatio est, ll. 1, paragr. 4, 12, 83, §. 3, h. t. vide 142, 630.

Cum manifestissimum sit, 20 & 10 inesse. d. §. 4.

Et semper in summis id quod minus est sponderi videtur, l. 83, paragr. 3, h. t.

Vel quod longius est. l. 109, h. t. vide 138.

2216. Nemo alienum factum promittendo obligatur; l. 38, h. t. l. 65, de fidej. vide 2187, 2661.

Unde habere licere spondes? Hoc continet ne ipse, neve heres ejus faciat quominus habere liceat. l. 38, h. t.

Sed non per omnes futurum ut habere liceat. ibid.

Nisi si poena stipulata sit, l. 38, paragr. 17, h. t., vel si dixerit facere ut habeam sp̄ndes?

Vel si operæ alienæ promissæ sint, l. 5, de duob. reis.

Vel si quasi fidejussor promisit, l. 4, in f. de fidej. vide 2232.

Vel si constituit se pro alio soluturum, l. 14, de pecun. const.

2217. Nemo rem suam utiliter stipulatur, l. 82, h. t. vide 447.

Nisi sub conditione si eo tempore sua non fuit. l. 31, h. t.

2218. Qui BIS idem promittit, amplius quam semel non tenetur, l. 18, h. t.

Intellige de re, non de quantitate. Cujac. in d.l.

2219. Stipulatio in annos singulos, una est & perpetua, l. 16, paragr. 1, h. t.

De obligationibus cùtrà stipulationem, vide 2181....

TIT. II. *De duobus reis constituendis.*

Cod. VIII, 40. Nov. 99.

2220. Qui stipulatur, reus stipulandi videtur *sive cre-ditor*, l. 1, h. t.

Qui promittit, reus promittendi habetur. d. l. 1.

Cùm duo eandem pecuniam, aut promiserint aut stipulati sunt, ipso jure & singulis in solidum debe-tur, & singuli debent, l. 2, h. t.

Idem, si separatim, & promissor respondeat, utri-que vestrum dare spondeo. paragr. 1, instit. h. t.

Si ille & ille stipulati sunt, & non fuerit adjectum ut duo rei stipulandi essent, in virilem partem singu-li stipulati videntur, l. 11, paragr. 1, h. t.

Olim ab uno ex duobus reis promittendi, solidum peti poterat, l. 3, paragr. 1, h. t. l. 2, cod. h. t.

Hodiè non nisi pactum fuerit speciale, unumquem-que teneri in solidum. auth. hoc ita. cod. h. t.

Si non convenerint specialiter, ex aequo sustine-bunt omnes. *ibid.*

Si autem alter solvendo non sit vel absens, in illo tenet alter quod accipere ab alio non potuit. *Nov. 99, cap. 1.*

2221. In duabus reis stipulandi, ab altero delatum jusjurandum etiam alteri nocebit, l. 28, *de jurejur.*

Si unus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidum, l. 13, paragr. ult. l. 16, *de accept. l. 2,* h. t. *vide 2293.*

Cùm & uni recte solvatur, l. 27, de pac̄t.

Plures enim eandem actionem habentes unius loco sunt, l. 9, *eod. t.*

Attamen si semel unus egerit, alteri promissor of-ferendo nihil agit, l. 16, h. t.

2222. Unus ex duobus sociis *reisque stipulandi*, non potest debitum novare, licet poslit in solidum pte-

re & recipere, l. 27, de paēt. & compromittere, l. 34, de recept. arb.

Imō potest novare, l. 31, paragr. 1, de novat. quod non placet, Fab. 11, conject. 18.

2223. Cūm duo eandem pecuniam debent, si unius persona liberatur, manente obligatione, alter durat obligatus, l. ult. h. t. vide 2239.

Multum enim interest utrū res ipsa solvatur, an persona liberetur. *ibid. vide 135.*

2224. In unum debitorem ex pluribus in eodem contractu obligatis interruptio, aliis nocet sicuti unius agnitus, l. ult. cod. h. t.

Item, unius creditoris admonitio, aliis prodest, ibid.

Et alterius factum alii nocet, l. 18, h. t.

Unde perceptio usurarum ab uno, actiones adversus omnes coheredes conservat, l. 40, paragr. 2, de paēt.

2225. Ex duobus reis promittendi si alter juravit, alteri quoq. prodest, l. 28, paragr. 3, de jurejur.

Si juravit quia solverit, ibid. §. 2, in f. non si quia non promisit. glos. ibi in v. distinguendum est.

Attamen unicuique eorum sua mora nocet, l. 133, paragr. 2, de regul. jur. vide 2661.

2226. Exemplum creditorum præsentium, absentes sequi debent, etiam privilegiorum, l. 10, de paēt.

Major pars creditorum aestimatur, pro modo debiti non pro numero personarum, l. 8, de paēt. vide 853, 2059.

Nam inter eos potior est is cui major pecunia debetur, l. 1, de privil. cred.

Nisi hypothecas habeant. l. 10, de paētis.

2227. Alter reus etiam ex intervallo accipitur, l. 3, h. t.

Modicum enim intervallum temporis, item modicus astus qui modò contrarius obligationi non fit, nihil impedit, l. 6, §. 3, h. t. vide 136.

Quia pacta incontinenti facta, stipulationi inesse creduntur, l. 40, de reb. cred.

Attamen si hodie alter, alter posterā die responde-

rit, non esse duos reos intelligitur, ac ne quidem obligatum eum qui posterā die responderit, l. 12, h. t.

2228. Iniquum est in plures adversarios distringi eum qui cum uno contraxerit, l. 27, §. ult. de pecul. vide 746, 1457.

Debitores quidem hereditarii unicuique heredum pro portione hereditariā obligati sunt, l. 1, cod. de except. vide 1601.

LIBER XLVI.

TIT. I. De fidejussoribus & mandatoribus.

Cod. VIII, 41. V. 57. Nov. 4.

2232. **FIDEJUSSOR** est qui suo nomine pro debitore promittit citrā novationem. Cujac. h. t.

SATISDARE est adpromissores dare, qui idem promittunt, l. 5, §. 2, de verb. oblig.

Satisfatio quasi satisfactio ut securum faciamus creditorem, datis fidejussoribus, l. 1, qui satisd. cog.

CAUTIO, id est, nuda promissio, l. 63, paragr. 4, pro socio, l. 3, cod. de verb. & rer.

Idoneè cavere est fatisfare utique, aut pignoribus datis. l. 4, paragr. 8, de fideic. lib.

2233. Omni obligationi fidejussor accedere potest, l. 1, h. t. five re, five verbis, five consensu, l. 8, §. 1, h. t.

Tam futuræ, l. 4, h. t. l. 50, de pecul. l. 35, de judic. quam præteritæ, l. 6, h. t.

Tam civili quam naturali, l. 16, paragr. 3, h. t.

Etiam si ex delicto oriatur, l. 8, paragr. 5, h. t.

Non tamen ut pars furti furi restituatur ab alio fure; cum flagitiose rei societas coita nullam vim habet, l. 79, paragr. ult. h. t. vide 891.

2234. Plus cautionis est in re quam in personâ, l. 25, de regul. jur. vide 2197.

Idcirco possessores rerum immobilia satisdare non compelluntur, l. 15, qui satisd. cog.

2235. Fidejussor rei locum obtinet, l. 4, in f. h. t.
Quamvis reus ignoret, l. 30, h. t. vide 2257.

Rei tamen obligatio plenior est, l. 5, h. t.

Item, pro fidejussore fidejussor, accipi nequaquam dubium est, l. 8, in f. h. t.

2236. FILIUSFAM. pro patre poterit fidejubere, nec erit sine effectu hæc fidejusso, l. 10, §. ult. h. t. l. 8, cod. h. t. vide 2186, 56.

Sed nec mulier, nec minor, nec miles probandi sunt, præterquam si in rem suam fidejubeant, l. 8, §. 1, qui satisd. cog. quia pro reis accipiendo sunt, l. 24, de pacl. vide 815.

Veluti uxor pro marito, quoties fundus dotalis ab eo petitur. Goth. ibi.

2237. Fidejussor videtur idoneus non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate, l. 2, qui satisd. cog.

Unde meritò recusatur, si habeat præscriptionem fori, l. 7, eod. t.

Nisi specialiter privilegio suo renuntiaverit, *ibid.* l. 1, si quis in jus. l. 29, cod. de pacl. vide 137.

Qui autem admisit fidejubentem, idoneum eum esse comprobat, l. 3, in f. h. t.

Fidejussor evidenter locuples, si non sit acceptus tanquam de injuriâ sibi facta queri potest, l. 5, in f. qui satisd. cog. vide 112.

— 2238. Fidejussor obligari non potest ei apud quem reus promittendi obligatus non est, l. 16, h. t.

Putà sub conditione impossibili, l. 29, h. t. vide 2205.

— Nec si reus tempore liberatus est, l. 37, h. t.

Nec in duriorem causam, l. 8, paragr. 7, h. t. vel deteriorem, l. 34, h. t.

Nec in majorem quantitatem, l. 4, de compens.

Nec in pœnam vel multam quam non spopondit, l. 68, h. t. l. un. cod. de per. eor. qui pr. vide 2612.

Nec in aliam rem quam quæ credita est, l. 42, h. t.

In minorem verò , vel leviorem causam potest , l. 8.
paragr. 7 , h. t.

2239. Cùm lex contractui occurrere voluit , fidejus-
for quoque liberatur , l. 46 , h. t. vide 825 , 783.

Non quando minori succurritur , si cùm sciret mi-
norem , alter pro eo fidejussit , l. 13 , de minor.

Nisi deceptus sit , l. 2 , cod. de fid. min.

Salvâ actione mandati contrâ minorem , modò in
eâ non juvetur , l. 1 , cod. eod. t.

Si fidejussit ipse & mulier , subductâ muliere , in
solidum obligatur , l. 48 , h. t.

Cùm scire potuit aut ignorare non debuit , mulie-
rem frustrâ intercedere. ibid.

2240 PACTA in rem fidejussoribus prosunt , l. 21 , §.
ult. de paët. vide 135.

Et novatio obligationis , l. 60 , h. t. l. 4 , cod. h. t.

Item , ubicumque naturâ debitum manet , tenetur
fidejussor , d. l. 60 , vide 2190.

Paëtum ut non petatur fidejussori prodest , propter
rei personam , ne mandati judicio à fidejussore con-
veniatur , l. 32 , de paët. vide 1769.

Undè si mandati actio non sit , non prodest. d.
l. 32.

Item , debitoris conventio fidejussoribus proficiet ,
l. 21 , in f. de paët.

Acquisitâ semel exceptione paëti , fidejussor iterum
non obligatur invitus . licet debitor paëtus sit , ut à
se peti liceat , l. ult. eod. t.

Idem , si exceptio rei cohæreat. l. 7 , paragr. 1 , de
except. vide 2142.

2241. Si quis reo liberationem legavit , fidejussor quo-
que liberatus est , l. 5 , de liber. leg.

Alioquin si fidejussor conveniatur , & reus à fide-
jussore convenietur. d. l. 5 , vide 1769.

Non verò si fidejussor regressum non habet adver-
sarius reum , putà si donationis causâ intervenit. ibid.
vide 783 , 2245.

2242. De facto rei tenetur fidejussor , si ex morâ ipsius
perpetuata sit obligatio , l. 58 , paragr. 1 , h. t. vel
crescat , l. 9 , paragr. 4 , de verb. oblig.

Cum mora rei , fidejussori quoque noceat , l. 88 ,
eod. t.

Dùm in totam causam spopondit . d. paragr. 4.

2243. Dividitur actio contrà fidejussores , si solvendo
sint , ll. 26 , 28 , h. t. 10 , inf. cod. h. t.

Non ipso jure. d. l. 26 , sed per exceptionem à fide-
jussoribus opponendam , l. 28 , h. t.

Quamvis ut singuli in solidum tenerentur adjectum
sit , l. 3 , inf. cod. h. t.

Nisi in fidejussoribus tutorum. l. ult. rem. pup. salv.
vide 1457.

2244. Electo fidejusso non liberatur reus , nec è con-
verso , l. ult. cod. h. t.

Manet enim jus integrum , donec in solidum pecu-
nia persolvatur. ibid.

Hodiè fidejussor ante debitorem conveniendus non
est. Nov. 4 , cap. 1.

Nec nisi priùs discussio pignore , ibid. cap. 2 , præter-
quam si beneficio legis renuntiaverit.

Nec ultrà id quod ex bonis debitoris defuit , ll. 13 ,
55 , 68 , paragr. 1 , h. t.

Nam in solidum & cum reo , & cum fidejussoribus
agi jure non potest. l. 1 , cod. de fidej. tut.

2245. Non aliter condemnatur qui credere mandavit
quam si ille qui credidit actiones suas adversus debi-
torem ei præstiterit , l. 13 , h. t. vide 2271 , & jura
hypothecæ sive pignoris , l. 21 , cod. h. t. idem in his
qui pro debitore solvere obstricti sunt , ll. 17 , 36 ,
41 , paragr. 1 , h. t. non si sponte , vide 2271.

Etiam in re fiscali , l. 11 , cod. h. t.

Si actio cessa non fuit , confidejussor securus est ,
ll. 39 , h. t. 11 , cod. h. t.

Qui pro reo solvit , negot. gestor. actione agere po-
test , l. 4 , de negot. gest.

Vel actione mandati , l. 10 , paragr. 11 , Mand.

Etsi sine judicio solverit. d. §. 11.

Nisi donandi animo fidejussit , l. 4 , de negot. gest.
vide 2241.

Et statim agit , etiam si solverit debitorem non ido-
neum delegando , l. 18 , h. t.

Quia bonum nomen fecit creditor qui admisit, l. 26, paragr. 2, mandati.

Nec obstat si eum remunerari voluit creditor, multò magis si mortis causā accepto tulit, vel si liberationem legavit, l. 10, paragr. ult. mand. eodem animo remunerandi. Fab. ration. ibi.

Si non remunerandi causā sed principaliter donando, mandati non aget. l. 12, eod. t.

2246. Fidejussor certiorare debet reum de solutione cùm possit, l. 29, paragr. 3, mandati.

Alioquin si deinde reus solvit, fidejussor repellitur, id enim dolo proximum est. d. paragr. 3.

Similiter & reus solvens, fidejussorem suum certiorare debet. l. 29, & paragr. 2, eod. t.

2247. Fidejussor qui sciens solvit, omittens exceptionem quā reus uti potuit, mandati actionem non habet, l. 10, §. 12, mandati.

Nisi si reus uti non potuit. ibid.

Si ignorans omisit, nihil est quod ei imputetur, l. 29, eod. t.

Idem, si errore facti ignoravit inutilē esse obligationem. ibid. §, vide 2228.

Secūs si errore juris, ibid. vide 2226.

Verūm non ei congruit de apicibus juris disputare. ibid. §. 4, vide 2189.

Si ante diem solvit licet per errorem, ante diem non petet. ll. 22, 51, eod. tit. 31, h. t.

2248. Fidejussiones ab herede acceptae, transeunt ad fidicommissarium, l. 21, h. t.

Item liberantur fidejussores, quoties *utis* vel fiscus tam debitori quam creditori succedit. l. 2, cod. de solut.

2249. Fidejussor agere potest adversus reum ut libetur, si diū in solutione cessavit, aut bona sua dissipavit, l. 38, inf. mand.

Diū, *id est decennium*, vel verius arbitrio judicis. glos. ibi in v. condemnatur.

Tunc enim eum urgere potest ad solutionem, l. 10, cod. mandati.

Vel aliā ex justā causā officio judicis. l. 45, h. t.

2250. Ne fidejussores dotium dentur. *tit. cod. de fidej. dot.*

Nec à marito , nec à patre ejus , nec ab omnibus qui dotem suscipiunt , *l. 2 , eod. tit.*

Nisi ante sponsalia ità convenerit. Goth. in d. l. 2.

2251. Heredem obligatum fidejussof relinquit , *l. 4 ; paragr. 1 , l. 24 , cod. h. t.*

Eiusque heredi succurritur , sicut ipsi fidejussofi. *l. 27 , paragr. 3 , h. t.*

2252. Rursus cavendum non est , si fortè dicatur egenos fidejussores esse datos , *l. 3 , inf. ut in poss. legat.*

Nisi nova causa allegetur , veluti quod fidejussof decesserit , vel etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiserit . *l. 4 , eod. t.*

2253. Qui satisdare cogentur ? *Vide 112....*

TIT. II. De novationibus & delegationibus.

Cod. VIII , 42.

2254. NOVATIO est prioris debiti in aliam obligatio-
nem transfusio , ità ut prior perimatur , *l. 1 , h. t.*

A novo nomen accepit , & à novâ obligatione. *ibid.*

2255. Ità demùm novatio fit , si hoc agatur ut nove-
tur obligatio , *l. 2 & 6 , h. t.*

Nec nisi specialiter remiserint priorem obligatio-
nem , & hoc expresserint quod secundam magis pro
anterioribus elegerint , *l. ult. cod. h. t.*

Generaliter definitur , voluntate solum esse non le-
ge novandum. *d. l. ult. id est , non ipso jure.*

Nec subintellitur novatio ex rebus ipsis. *Goth. in d. l.*
ult. ipsius legis ultimam partem restituendo & rectè.

2256. Qualiscumque obligatio novari verbis potest , *l.*
1 , paragr. 1 , l. 2 , h. t.

Et legata & fideicomissa , si in stipulationem de-
ducta sint , *l. 8 , paragr. 1 , h. t.*

Etiam priusquam advenerit dies , *l. 5 , h. t.*

Modò conditio extiterit , *l. 14 , paragr. 1 , h. t.*

Dummodò sequens obligatio aut civiliter teneat ,
aut naturaliter. *l. 1 , paragr. 1 , h. t.*

2257. Novatio potest ignorante reo , si quod debet

alius promittat novationis causâ, l. 8, paragr.
ult. h. t. vide 2271, 2235.

Et à tutori si hoc pupillo expediat, l. 20, paragr.
1, h. t. vide 1381.

Et à procuratore omnium bonorum. d. l. 20, inf.
vide 2269.

Et à curatore, aut agnato furiosi, si furioso expe-
diat. l. ult. paragr. 1, h. t.

2258. In duobus reis promittendi frustrà timetur no-
vatio, l. 3, de duob. reis.

Et à focio. l. 27, de pac̄tis, vide 2222.

2259. Jure novationis liberatur debitor, quamvis cre-
ditor à novo debitore non faciat exactionem, l. 3,
in f. cod h. t.

Et ejus mandator, sive fidejussor, l. 4, cod de fide-
juss. vide 2240.

Et pignus & hypothecæ liberantur, l. 18, h. t. l.
un. cod. ob chirogr. vide 1103.

Et usuræ non currunt, ll. 18, 27, h. t.

2260. DELEGARE est vice suâ alium reum dare, l.
11, h. t.

Exacta pecunia est quæ delegata est, l. 187, de
verb. sign.

Solvit enim qui reum delegat. l. 8, paragr. 3, ad
S. C. Vellei.

2261. Delegatio fit & per stipulationem, vel litis con-
testationem, l. 11, h. t.

Vel scripturam, vel nutum ubi fari non potest, l.
17, h. t.

Ubi ex lite contestatâ fit, prius privilegium manet,
l. 29, h. t.

Neque deteriorem causam nostram facimus actio-
nem exercentes, sed meliorem. ibid. vide 313.

2262. Delegatio debiti nisi consentiente & stipulante
debitore, jure perfici non potest, l. 1, cod. h. t.

Nominis verò venditio etiam invito eo contrahi so-
let. ihid. vide 950, 1044.

De cessione nominis 2281.

Prioribus exceptionibus non utitur debitor delega-
tus, adversus novum creditorem, l. 19, h. t.

Ne quidem doli exceptione , nec Macedoniano.
ibid.

Diversum est in muliere quæ contra S. C. promisit.
quia ex secundâ promissione , intercessio est. *l. 19.*

Et in minore qui circumscriptus delegatur , quia si
etiam nunc minor est , rursùm circumvenitur. *ibid.*

2263. Adversus debitorem debitoris nemo agit ex chi-
rographo , nisi sibi delegatus sit , *l. 7* , *cod. h. t.*

Secùs dum jure taciti vel manifesti pignoris. Cujac.
parat. in cod. qu. fisc. vel priv. priùs disusso pignore.
l. 2 , eod. tit.

TIT. III. De solutionibus , & liberatio- nibus.

Cod. VIII , 43. XI , 39.

2266. SOLUTIONIS verbo omnis satisfactio accipi-
tur , *l. 176* , *de verb. sign.*

Et solvit qui facit quod facere promisit. *ibid.*

Solutio est præstatio ejus quod debetur. Cujac. in pa-
rat. cod. h. t.

Confusione perinde extinguitur obligatio ac solu-
tione , *l. 21* , §. 1 , *de liber. legat. dum quis simut*
creditor & debitor ejusdem rei efficitur.

2267. LIBERATIO genus est tollendæ obligationis ;
solutio species. Cujac. in parat. cod. h. t.

Liberationis verbum eandem vim habet quam so-
lutionis , *l. 47* , *de verb. signif.*

Species acquirendi est liberari obligatione , *l. 11* ,
de acceptil.

Potest enim videri cepisse. *l. 115* , *de regul. jur.*

2268. Est in arbitrio solventis , dicere quod potius de-
bitum voluerit solutum , *l. 1* , *h. t. l. 1* , *cad. h. t.*

Dummodò in re præsenti , hoc est statim atque so-
lutum est , *l. 1* , *h. t.*

Postea non permittitur , *l. 3* , *h. t.*

Si dictum non sit , in duriorem causam semper vi-
detur exsolvisse. *ibid vide 138.*

Gravior autem est quæ sub satisfactione , *l. 5* , *h. t.*
l. 4 , in f. h. t.

Sed prius in usuras, *l. 1, cod. h. t. l. 48*, *h. t.* quas debitor exsolvere cogitur, *l. 5, §. 2, in f. h. t.*

Quamvis dictum sit in fortē & in usuras se accipere. *d. l. 5, in f.*

Item, & in debitum cuius dies venit, *l. 3, in f. h. t.* & ad solutionem compelli potest, *l. 103, h. t.*

Item, potior causa est ejus pecuniae quae sub infamia debetur, *l. 7, h. t. & l. 97, h. t.*

Mox ejus quae penam continet. *d. l. 97, vel inficiatione crescit, l. 7, in f. h. t.*

Tertio ejus quae sub hypothecā vel pignore contracta est, *l. 97, h. t.*

Deinde potior habetur propria quam aliena causa *ibid. id est, magis quo suo nomine quam quo pro alio, l. 4, h. t.*

Si nihil eorum interveniat, vetustior contractus ante solvetur, *ll. 97, 5, h. t.*

Si par dierum & contractuum causa sit, pro portione viderur solutum. *l. 8, h. t.*

2269. PROCURATORI recte solvitur, modo ei mandatum sit, *l. 12, h. t. vide 868.*

Nisi postea ei veterer creditor accipere, & debitor scierit, *l. 12, §. 2, & l. 34, §. 3, h. t. vide 882.*

Nam quod jussi creditoris alii solvitur, pro eo est quasi ipsi solutum esset, *l. 49, h. t. l. 140, de reg. jur.*

Si mandatum non habuit, tunc liberatur cum dominus habuerit ratum, *l. 58, h. t. vide 2302.*

Pro mandato autem est omnibus negotiis aliquem præponere, *l. 34, §. 3, h. t.*

Item, recte solvitur vel uni ex tutoribus, *l. 14, §. 5, h. t.*

Et protutori si pecunia in rem pupilli, pervenit, *l. 28, h. t. vide 1447.*

Et curatori, *l. 14, §. 7, h. t. intellige administrationem habenti.*

Et reo criminis, *ll. 41, 42, h. t. vide tamen 2481, nisi majestatis sive perduellionis, l. ult. cod. ad l. jul. maj. vide 1965, 2417.*

Item, & coheredi, si res individua sit, *l. 81, §. 1,*

h. t. vide 1601, optimum tamen est id per magistratum facere. d. paragr. 1.

Vel satisfationem exigere, l. 1, §. 36, depositi.

Vel non interveniente, deponere. *ibid.*

Item, & cuilibet successori recte solvitur. l. 49, h. t.

2270. Quod stipulatus ita sum *mihi aut Titio*, Titius nec petere, nec novare, nec acceptum facere potest, l. 10, h. t.

Tantumque ei solvi potest. d. l. 10.

Etsi pupillo sine tutoris auctoritate, *si mihi aut pupillo*, dictum sit, l. 11, h. t. vide 766, 744.

Non tamen heredi Titii, l. 81, h. t. nec successoribus ejus, l. 55, *de verb. oblig.*

Item, si semel petam, amplius Titio solvi non potest, l. 57, paragr. 1, h. t.

Eum qui dicat *mihi 10, & Titio 10*, eadem decem non alia 10, dicere credendum est, l. 38, paragr. 19, *de verb. oblig.*

Quia alteri nemo stipulando cavere potest, l. 73, §. 4, *de regul. jur.* l. 27, §. 4, *de paēt.* vide 2661, apud nos rescatā juris subtilitate 20, debarentur, quamvis enim Titius petere non possit, jus tamen habet accipiendi, cūm de utroque 10 dixerit.

2271. Solvere pro ignorantē & invito cuique licet, ll. 23, 53, h. t. 39, *de negot. gest.* vide 2257.

Cūm liceat etiam ignorantis & inviti meliorem conditionem facere. dd. ll. 53, & 39.

Nec obstat invito donare non licere, l. 19, paragr. 2, *de donat.* vide 1964.

Nec beneficium invito datur, l. 69, *de reg. jur.* vide 2660.

Et sit species acquirendi liberari obligatione, l. 11, *de accept.* vide 2267.

Unde alio pro debitore solvente, tollitur obligatio, l. 1, paragr. pen. *de exercit.*

Etiam si debitor nolit, l. 8, *in f. de novat.*

Verūm non potest cogi creditor, jus suum in solventem transferre, l. 5, cod. h. t.

Nisi condemnatus fidejussor solverit. l. 13, *de fidej.* vide 2245.

2272. Non cogitur creditor in aliam formam nummos accipere , si ex eâ re aliquod damnum passurus sit , l. 99 , h. t.

Nec in alio loco quâm in quo *debitor* promisit , l. 9 , de eo qu. cert. vide 712.

Si illo aut illo loco , petitor electionem habet ubi petat , reus ubi solvat si ante petitionem , l. 2 , paragr. 3 , eod. tit.

Si Ephesi & Capuae , Ephesi partem , Capuae partem petat. ibid. paragr. 4.

Item , non cogitur si deterior res sit , l. 3 , de reb. cred.

Vel reprobi nummi , l. 24 , paragr. 1 , de pign. act. . 102 , h. t.

Nec aliud pro alio , l. 2 , §. 1 , de reb. cred. veluti nomen pro pecuniâ , l. 16 , cod. h. t.

Nec partem duntaxat , si totum debeatur. l. 21 , de reb. cred. l. 41 , paragr. 1 , de usur. nisi Prætoris auctoritate. d. l. 21.

2273. OBSIGNATIONE totius debitæ summæ solemniter factâ , liberatio contingit , l. 9 , cod. h. t. vide 1079 , 1097 , 1156.

Si eo loco quo debetur. d. l. 9 , vide 712.

Item , Prætor denegat actionem si debtor offerret pecuniam quæ peteretur , & creditor nollet accipere. l. 30 , h. t.

Et tenetur creditor si sine culpâ suâ debitor eam perdiderit , l. 72 , h. t.

Vel si oblatam pecuniam aliâ die accepturus creditor distulit , & mox pecunia quâ Respublica utebatur quasi æroſa jussu Præsidis sublata est , l. 102 , h. t.

Secùs si inopportuno tempore vel loco debitor obtulerit. l. 39 , h. t.

2274. Iniquum est cogi eum judicium accipere qui vult solvere , l. 73 , de procur. l. 16 , judic. solvi.

Si petitor facultatem pecuniæ non habuit , Præses jubet in æde sacrâ deponi. d. l. 73 , vide 1156.

Etiam in pupillaribus pecuniis. ibid. vide 1385.

2275. Quod quis aliquo anno dare promisit aut damnatur , ei potestas est , quolibet ejus anni die dandi , l. 50 , de obl. & act.

Totum enim medium tempus, ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur, l. 70, h. t.

Cum in stipulationibus promissoris gratia tempus adjiciatur, l. 17, de reg. jur.

Item, quod in diem debetur, ante solvi potest, licet peti non possit. l. 137, §. 2, de verb. oblig. vide 684, & quidem statim, l. 70, h. t. intellige nisi dies in favorem creditoris adiectus appareat.

2276. Si Kalendis stichum non dederis, 10 dare spondes? Expectanda sunt Kalendae quamvis stichus mortuus sit, l. 8, de verbor. oblig.

Et licet ad conditionem committi videatur, dies tamen supereft. ibid.

Item, si dictum sit, si Kalendis in Italiā non veniret 10 dare spondes? Non ante peti potest quam exploratum sit ante eam diem, eum venire non posse. l. 10, de verb. oblig.

2277. Quoties dies in obligatione non ponitur, praesenti die, debetur, l. 41, §. 1, de verb. oblig. l. 14, de reg. jur.

Nisi si locus adiectus spatium temporis inducat. d. paragr. 1, vide 713.

Item, modicum tempus statuendum est non minus 10 dierum ut exactio celebretur, si pecunia sine die constituta sit, l. 21, paragr. 1, de pecun. const.

Nec cum sacco debitor adire debet, l. 105, h. t.

Quando dies comprehensa non est, modicum spatium datum videretur, l. 23, in f. de oblig. & act.

Secus si dictum sit, decem hodiē spondes? cum possit vel eo die pecunia peti, l. 118, paragr. 1, de verb. oblig.

Cum in puris stipulationibus nullum laxamen detur. Cujac. ibi.

2278. Auditur debitor si fateatur se debere, paratumque dicat solvere, daturque ei dies ad solvendum cum competenti cautelâ, l. 21, de judic.

Et quidem prorogatur, l. 31, de re judic.

Duorum mensium, ibid. vel 4 mensium exemplo condemnati, vide 2046, & ita Goth. in d. l. 21, in Gallia trium, sine prorogatione. Ordin. 1669, 6, 1.

Item, humanum est propter fortuitos casus dilatationem accipi, l. 36, de judic.

Veluti si patrem, vel filium, vel uxorem amisit. ibid.

Nec magnum damnum est in morâ modici temporis, l. 21, eod. tit.

2279. Contraxisse unusquisque in eo loco intelligitur, in quo ut solveret se obligavit, l. 21, *de oblig. & act.*

2280. DIES solutionis sicut summa pars est stipulationis, l. 1, §. 2, *de edendo.*

Nec antequam dies venit compensabitur, l. 7, de compens. vide 834.

Item, minus solvit qui tardius solvit, l. 12, §. 1, de verb. sign.

Nam & tempore minus solvitur, d. paragr. 1.

Cum solidum non solvitur non minus quantitate quam die, l. 85, h. t.

Et tempore plus petitur. §. 34, inst. de action.

2281. Delegatione non interpositâ, cessio nominis revocari potest, re integrâ, l. 3, *cod. de novat.*

Unde exigere à debitore potest, si ei denuntiatum non sit. d. l. 3.

Vel si lis contestata non sit. ibid.

2282. PRO SOLUTO datum vicem venditionis obtinet, l. 4, *cod. de evict.*

Idcirco meliorem industriâ vel eventu fundum pro pecuniâ debitâ datum non justè petit qui dederat, l. pen. cod. h. t.

Contrarium non postulaturus si minoris distraxisset qui acceperat. ibid.

2283. Liberationem probat redditio CHIROGRAPHI ab ipso creditore facta, l. 7, *cod. de remiss. pign. & Goth. in l. 15, cod. h. t. vide 1765.*

Videtur enim convenisse ne peteret, l. 2, §. 1, de pacis. vide 1100.

Nisi si contrâ voluntatem creditoris, l. 15, cod. h. t.

Confessio vero solutionis plus probat quam si chirographum fuisset redditum, l. 14, cod. h. t.

Verum

Verum probatā solutione, chirographum condicī potest, l. ult. cod. h. t. vide 693.

Item, solutio debiti in scriptis concepti, non nisi quinque testibus idoneis probatur. l. 17, sive 18, de testib. vide 1215. In Galliā probatio testibus improbatur si pluris 100 libr. agatur. Ordin. 1667, 20, 2, multò magis ex nudā subscriptione.

2284. *Tenetur debitor exemplar APOCHÆ pro reddituum vel usurarum perceptione subscribere, vel antapocham dare, ut debitum probetur l. 19, cod. de fide instrum.*

2285. *Si quis acceptam quantitatem falso scripsit, figuraento veritatis extingui non potuit obligatio, l. 13, cod. h. t.*

Nec si per errorem universum se recepisse cavit, l. 6, cod. h. t. & ibi gl. in v. cavit

Nec si sub spe futuræ numerationis, l. 21, eod. t.

Cum non videntur data quæ eo tempore accipientis non fiunt, l. 127, de regul. jur. vide 2643.

Nec si pecunia numerata non fuit, l. 14, §. 2. cod. de non num. pec.

Verum intrâ 30 dies agere debet creditor. ibid. an exceptio non numeratae pecuniae sit in usu? Vide 633.

2286. *Quoties res debita ad creditorem pervenit & ex nihilo absit, nec repeti poslit, competit liberatio. l. 61, h. t. vide 2732.*

2287. *Post solutum fine ullo pacto, actiones inutiliter ceduntur, l. 76, h. t.*

Cum nulla obligatio superfit. ibid. vide 2704.

Nisi si ante solutionem convenisset, ut mandarentur actiones. d. l. 76.

Item, utiliter ex post facto, ceduntur fideicommisario qui obligatam rem luit, l. 57, de legat. 1º.

Per jurisdictionem Præsidis. ibid.

Quia coactus solvit, non ut principalem obligatiō nem extingueret, sed ut ab obligatione se liberaret. Loïs. du deguerp. lib. 2, cap. 8, n. 83; Molin. lect. dolan. n. 23.

2288. *Rem immobilem quam habet meliorem, offerre*

debitor potest, facta per judicem aestimatione. auth.
hoc nisi. cod. h. t.

At si creditor paratus sit emptorem praestare, oportet debitorem rem tunc distrahere, ut in pecunia satisfiat creditori. *ibid. vide 1086.*

2289. Non potest improbus videri, qui ignorat quantum solvere debeat. *l. 99, de regul. jur.*

2290. Aditio hereditatis aliquando pro solutione cedit, *l. 95, paragr. 2, h. t.*

Hereditas enim ipsa, heredi protinus in articulo ipso aditionis, id quod debet videtur exsolvere. Cujac. in d. paragr. lib. 28, quæst. Pap. t. 4, col. 743, ex l. 41, paragr. 2, de evict. l. 50 & 71, de fidej.

Hæc solutionis species dicitur BREVIMANU facta ad exemplum. *l. 43, paragr. 1, de jure dot.*

TIT. IV. De acceptilatione.

Cod. VIII, 44.

2291. ACCEPTILATIO est imaginaria solutio. *paragr. 1, insit. qu. mod. toll. oblig.*

Ex quâ omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, *l. 19, paragr. 1, h. t.*

Fit vel donationis gratiâ, *l. 2, cod. h. t.* vel ex causâ, *l. 9, de præscr. verb.*

His verbis, quod ego tibi promisi, habesne acceptum? Habeo, *l. 6, h. t.*

Sive accepta facis? Facio. *l. 7, h. t.*

2292. Si AQUILIANA stipulatio intervenerit, omnibus ex causis liberatio fit, *l. 18, §. 1, h. t. vide 147.*

Cùm omnes præcedentes obligationes novat & perimit, *l. 4, de transact.*

Et omnis via agendi percluditur. *l. ult. cod. h. t.*

2293. Si ex pluribus obligatis uni accepto feratur, cæteri quoque liberantur, *l. 16, h. t. vide 2223.*

Quoniam velut solvisse videtur, is qui acceptilatione solitus est. *d. l. 16.*

Idem, si ex pluribus reis stipulandi, unus acceptum fecerit. *l. 13, paragr. 12, h. t. vide 2221.*

2294. Acceptilatione per fidejussum, reus liberatur, *l. 13, paragr. 7, h. t.*

Si acceptatio inutilis fuit, solemnitate deficiente, tacitâ pâctione id actum videtur ne peteretur. l. 27, paragr. 9, de pâctis.

TIT. VII. Judicatum solvi.

2298. Stipulatio præatoria, officio judicis constituta, judicatum solvi, id est, litis æstimationem solvi. §. 1, instit. de satisd.

In quantum judex pronuntiaverit, l. 9, h. t.

Tres clausulas in unum collectas habet, de re judicata solvendâ, de re defendendâ, de dolo malo absit, l. 6, h. t.

2299. Satisfactionem judicatum solvi, præstat ille qui alterius defensionem subit. paragr. si verò 6, instit. de satisd.

Cùm nemo alienæ rei, sine satisfactione defensor idoneus intelligitur. d. paragr. 6, vide 181.

Nec expromissor, l. 110, de regul. jur.

Jure gallico locum non habet in criminalibus. Goth. h. t.

In civilibus hæc satisfatio exigitur tantum ab actore, si alienigenasit, fugitivus, aut erro, Fabrot. in parat. Cujac. h. t.

Idem, si quis jure devoluti impetravit beneficium. Fabrot. ibi. ille enim satisdare cogitur pro 500 libris. Ordin. 1667, 15, 13.

TIT. VIII. Ratam rem haberi, & de ratificatione.

Cod. II, 46, V. 74, 16.

2302. Rem RATAM habere hoc est comprobare, agnoscere quod actum est à falso procuratore, l. 12, paragr. 1, h. t.

Interdùm hæc stipulatio (quæ præatoria est) ex conventione interponi solet, ut putâ si quid procurator aut vendat, aut locet, aut si ei solvatur. l. 10, h. t.

Ratificatione Domini retrò recurrit ad tempus quo hypotheca convenit, l. 16, §. 1, de pign. & hypot.

Mandati actione adstringit, l. 60, de reg. jur.

Etiam in maleficio. l. 194, paragr. 2, eod. t.

2303. Non tunc demum ratam rem haberi, cum primum Dominus certior factus est exigitur, sed cum laxamento & amplitudine accipiendum, nec minimo, nec maximo temporis spatio, l. 12, paragr. 2, h. t. l. 13, de solut.

Si ratam rem non habuerit Dominus, & quantum abest, & quantum lucrari potuit, praestantur, l. 13, h. t. id est, intrinsecè non verò extrà rem. Goth. ibi.



L I B E R X L V I I .

T I T. I. *De privatis delictis.*

2305. D ELICTA propriè sunt privata, CRIMINA publica, l. 17, paragr. 18, de ædil. edict.

Delinquitur aut proposito, aut impetu, aut casu, l. 11, paragr. 2, de pœn. vide 2495.

2306. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditio-

nem facere potest, l. 176, paragr. 1, de regul. jur.

Item, deteriore loco est, qui in simili delicto peti-

toris partes sustinet, l. 2, ne qu. cum qu. vide 671.

Paria enim delicta mutuâ pensatione dissolvuntur, l. 39, solut. matrim. vide 243.

Undè si ex utrâque parte turpitudo versetur, melior est conditio possidentis, l. 5, §. 1, de column. & one-
ratur petitor, l. 196, de regul. jur.

Nec ex delicto exceptio datur, nec replicatio doli.
d. l. 196, l. 4, §. 13, de doli mali & met. vide 2170.

2307. Numquām plura delicta concurrentia faciunt ut nullius impunitas detur. l. 2, h. t. nec actiones præ-
fertim pœnales de eādem re concurrentes alia aliam
consumit. l. 172, de regul. jur.

2308. Ignoscitur ei qui his qui vicē dominorum sunt,
obtemperavit, l. 11, paragr. 7, quod vi aut cl. l.
199, de regul. jur. vide 524, 1808, 806.

Ad ea quæ non habent atrocitatē facinoris, vel
sceleris. dd. ll. & l. 20, de oblig. l. 17, §. 7, in f. de
injur.

2309. Executio quorundam delictorum heredibus data est, l. 1, paragr. 1, h. t.

Heres enim furti agere potest. d. paragr. 1, & legis aquiliæ. ibid.

Sed injuriarum actio heredi non competit. d. paragr. 1, nisi post litem contestatam. l. 13, de injur. vide 2358.

2310. Ex dolo defuncti heres in solidum tenetur, pro eâ parte quâ heres est, l. 199, §. 2, de regul. jur.

Et quoties actio ex contractu descendit, l. 49, de oblig. & act. vide 854.

In quo doli præstatio vel bona fides ineſt, l. 194, paragr. 3, de regul. jur.

Actiones verò quæ poenales sunt, ex maleficio, adversus heredem non tranſeunt, veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, l. 111, paragr. 1, eod. tit.

Nisi post litem contestatam, l. 26, & l. 33, de oblig. & act. l. un. cod. ex delict. def. l. 87, de regul. jur.

Vel si possideat, aut dolo fecerit quominus possideat, l. 1, h. t. vide 2011.

In quantum ad eum pervenit, ne alieno scelere ditetur, l. un. cod. ex del. defuncti. sufficitque si vel momento ad eum pervenit, l. 169, de regul. jur.

Idem, si quæſtio principalis ablatæ pecuniaæ movatur, l. ult. ad l. jul. pecul.

Nam est constitutum turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crima extinguantur, l. 5, de column.

Jure canonico heres indistinctè tenetur sarcire damnum ex delicto defuncti, 16, qu. 6, cap. 3 & 12, qu. 2, cap. 36, actione rei persecutoriæ. Molin. ad dec. int. 111, de regul. juris & ita apud nos.

TIT. II. De furtis.

Cod. VI, 2.

2314. FURTUM à furvo, id est, nigro, vel à fraude, vel à ferendo & auferendo dictum est, l. 1, h. t.

Fures vocamus qui occultè , & sine armis hujusmodi delinquent . Novel . 134 , cap . ult .

Furtum est contrectatio rei fraudulosa , lucri faciendi gratiâ , l . 1 , paragr . 3 , h . t .

Invito domino , à sciente , l . 46 , paragr . 7 , h . t . Näm factum & animum exigitur , l . 41 , § . 1 , ad l . aquil . l . 53 , § . 1 , de verbis signif . vide 2390 .

Nec committitur sine affectu furandi , l . 37 , de usurp . & usuc .

Et nisi sit cui fiat , l . 43 , paragr . 5 , h . t .

Idcirco sola cogitatio furti faciendi sine effectu , non facit furem . l . 1 , paragr . 1 , h . t . vide 2441 .

2315. Qui verbis fraudem adhibuit , fallax est magis quam furtum facit , l . 43 , paragr . 3 , h . t .

Sed quia dolo fecit , de dolo tenetur . d . parag . 3 .

Is qui se simulat creditorem ut nummos accipiat , furtum facit , l . 43 , h . t .

Vel si indebitos nummos sciens accepit , l . 18 , de cond . furt .

Vel si nomen veri procuratoris assumpsit . l . 80 , paragr . 6 , & l . 43 , § . 1 , h . t .

2316. Ope & consilio furtum fit , l . 50 , paragr . 1 , h . t . vide 596 .

Etiam si inimicitarum causâ . d . paragr . 1 , modò contrectatio fecuta sit , l . 52 , paragr . 19 , h . t .

Et ex ope sine consilio , si scalam sciens vel ferramenta commodavit , l . 54 , paragr . 4 , h . t .

Non autem ex solo consilio , l . 36 , h . t . & paragr . interdùm 12 , instit . de obl . qu . ex del . vide 2441 .

Nec consilium habuisse nocet , nisi & factum secundum fuerit . l . 53 , paragr . 1 , de verb . sign .

2317. DOMINUS ipse furtum facit rei suæ , quoties eam aufert ab eo qui retinendi causam habet , l . 59 , h . t . vide 2321 .

Etiam ob impensas in re commodatâ factas . ibid .

Furtum facit COLONUS , si clam deportaverit fructus ob mercedem pignori constitutos , l . 61 , paragr . 8 , h . t . etiam tacitè . Goth . ibi .

Vel si exacto conductionis tempore , fructus invitato domino percepit , l . 67 , inf . h . t .

Idem, si quis rem pignori dat, & eam subripit, l. 19, paragr. 5, h. t. vel vendidit. *ibid.* paragr. 6.

SOCIUS potest rei communis furtum facere. l. 45, h. t.

2318. IMPUBES furtum facere potest si jam doli capax sit, l. 23, h. t. vide 2499.

Et proximus pubertati. paragr. in summâ 18, instit. de obl. qu. ex del. vide 270, 2484, 2171.

Fallit si ex ope tantum ejus factum sit. l. 23, inf. h. t.

2319. Contrâ UXOREM datur actio rerum amotarum, non furti, l. ult. paragr. ult. cod. h. t. l. 2 & 3, cod. rer. amot. vide 1323.

Quæ socia rei humanæ atque divinæ, domus suscipitur, l. 4, cod. de crim. expil.

Nec post mortem mariti expilatae hereditatis criminis accusatur, l. 5, expil. her. & d. l. 4.

Sed actione in rem vel ad exhibendum, heredibus mariti subvenitur. d. l. 4, vide 1324.

Si quis uxori res mariti subtrahentis opem consilium vè accommodaverit, furti tenebitur, l. 52, h. t.

Quamvis ipsa non teneatur. *ibid.* paragr. 1.

2320. Furtum fit si quis usum alienæ rei in suum lucrum convertat. l. 54, paragr. 1, h. t.

Etiam in re commodatâ vel depositâ, l. 76, h. t. vide 728, 846.

Et à fullone & sarcinatore si forte acceptis utatur. l. 82, h. t.

Item, rem alienam commodando furtum fit, species enim lucri est ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi aequirere, l. 54, paragr. 1, h. t.

Vel si pignore creditor utatur, l. 54, h. t.

Quamvis locare prædia recte possit, l. 23, de pign. cum fructus imputentur in debitum, l. 1 & 2, cod. de pign. act. quos percepit vel quos percipere debuit, l. 3, eod. t.

Fructus vero retinere potest si debitor gratuitâ pecuniâ utatur, l. 8, in qu. caus. pign. ad modum legitimum usurarum. *ibid.*

Furtum quoque facit, qui jumenta sibi commodata longius duxerit, invito domino. l. 40, h. t. vide 728.

2321. Furti habet actionem is cuius honestâ causâ interest, *l. 11, 76, §. 1, h. t.*

Modò bona fide possideat, *l. 12, paragr. 1, h. t.*

Etiam contrâ dominum, pùtâ si rem pignori datam subripuit, *l. 12, §. 2, l. 19, §. 5, h. t. vide 2342: vel fruendam datam, l. 15, paragr. 1, vide 2317.*

Item, & colonus, l. 14, paragr. 2, h. t.

Et omnes quorum periculo res sunt. *ibid. §. 16, l. 12 & 18, h. t. vel qui custodiam præstant, l. 48, paragr. 4, h. t. vide 2335.*

Si qui accepit solvendo non sit, actio furti ad dominum redit, *l. 12, h. t. inst. de oblig. qu. ex det. paragr. undè constat. 14.*

Näm qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est. *d. l. 12, vide 2196.*

2322. Fur est tametsi mutato consilio rem domino posseà reddidit, *l. 65, h. t.*

Nemo enim tali peccato pœnitentiâ suâ nocens esse desiit. *ibid.*

Nec prodest si ad evitandam pœnam, ante judicium restituat rem quam rapuit. *l. 5, vibon. rapt.*

2323. Et à TUTORE furtum fit, in rebus pupillari- bus, *l. 23, h. t. l. 2, paragr. 1, de tut. & rat.*

2324. Qui rem furtivam habet, exhibere debet venditorem ad vitandam suspicionem, *l. 5, cod. h. t.*

Nec à tranfeunte & ignoto emissé dicere convenit. *ibid.*

Eamq; domino restituere cogitur, quamvis pretio non soluto, *l. 2, cod. h. t. l. 23, de rei vind.*

Cùm debuit cautiùs negotiari. *d. l. 2.*

Nisi in foro vel loco publico bonâ fide emit. Goth. ix d. l. 2.

Vel si ab hostibus licito commercio res empta sit. *l. 6, de captiv.*

2325. Qui novit furem, furti non tenetur, *l. 48, §. 1, h. t.*

Qui celat, hoc ipso tenetur, *ibid. vide 2376.*

2326. Si fur nummos credendi animo dedit, accipien- tis, non facit, *l. 13, de reb. cred.*

Quod verò ex re furtivâ redigitur, furtivum non est, *l. 48, in f. h. t. vide 361.*

2327. Ex EPISTOLA interceptâ datur actio furti, ei cui interfuit eam habere. l. 14, §. ult. h. t. vel haberri.
2328. Columbarum furtum sit, quandiu consuetudinem habent revertendi, l. 8, paragr. 1, fam. ercisc. Idem, de apibus. *ibid.* vide 1993.
2329. Sunt lenius puniendi, quibus non ita patet furandi copia. Cujac. VI. obs. 8.
Et grayius puniendi, quibus major patet. ibid. vide 2498.
2330. Pro furto, omnino quodlibet membrum abscindiri interdictum est, Nov. 134, cap. ult.
2331. Furta DOMESTICA si viliora sunt publicè vindicanda non sunt, l. 11, §. 1, de pen. intellige questionibus servos & libertos affiendo.
In Galliâ, capitali pœnâ puniuntur. Declar. 4 Mart. 1724, modò viliora non sint.
2332. Etiamsi extincta sit res furtiva tamen furti remanere actionem constat, l. 46, h. t.
2333. Furti actione non tenentur successores, l. 15, cod. h. t. vide 2310.
Tenentur verò de condicione furtivâ, quia rei habet persecutionem, l. 7, §. 2, de cond. furt. vide 701, 2403., de actione heredis, vide 2309.
Singuli ex furto tenentur in solidum, l. 1, in f. si is qui testam.
De furibus nocturnis & effractoribus, vide 2379. furtum ignorantia non excusari, vide 2703.

T I T. III. *De tigno juncto.*

2233. TIGNI appellatione continetur omnis materia ædificio, vel vineæ necessaria l. 1, paragr. 1, h. t.
Et omne genus materiæ ex quo ædificia constant, l. 62, de verb. sign.
Lex 12 tab. alienis ædibus vel vineis junctum ne quidem furtivum solvere permittit, ll. 1, h. t. 23, paragr. 6, de rei vind.
Sed datur actio in duplum, l. 1, h. t. quæ nouæ esse in usu quoad duplicationem.

Ne ædificia diruantur, vel vinearum cultura tur-
betur. *ibid.*

TIT. V. Furti adversus nautas, caupones, stabularios.

2335. Qui navem exercet tenetur de furto nautarum,
l. un. h. t. vide 306, 748.

Quamvis nec ipsius ope, nec consilio factum sit.
ibid.

Idem, de eo qui cauponam vel stabulum exercet,
si ab his quos ibi habet, *d. l. un. modo res ipsi config-
natæ sint.*

Si rem receperit salvam fore caupo vel nauta, furti
actionem habet, non dominus, quia recipiendo pér-
iculum custodiæ subit. *ibid. paragr. 4, vide 2321.*

2346. Caupo præstat factum eorum quoque qui ha-
bitandi causâ ibi sunt, *ibid. paragr. ult.*

Nam inhabitatores perpetuos ipse quodammodo eli-
git qui non rejicit. *ibid.*

Sed viatorum factum non præstat. *ibid. vide 307.*

Namque eos sibi eligere caupo vel stabularius non
videtur, nec repellere potest iter agentes. *ibid.*

2337. Si nautæ damnum dederint, *vide 306.*

TIT. VII. Arborum furtim cœsarum.

2338. Qui arbores & maximè vites cœciderint, tan-
quam latrones puniuntur, *l. 2, h. t. unde capitale
crimen est. Goth. ibi.*

*In Galliâ non nisi si succendant in silvis. Declar. 13
novemb. 1714.*

**TIT. VIII. Vi bonorum raptorum, & de
turba.**

Cod. IX, 33.

2341. VIS est & tunc quoties quis id quod deberi sibi

putat non per judicem reposcit, l. 7, ad l. jul. de vi
priv. l. 13, quod met. caus.

Vel occupat, l. 8, ad l. jul. de vi priy. vide 2317.

235.

Dolus habet in se vim, l. 2, paragr. 8, h. t.

2342. Qui ante sententiam possessionem rei suæ vio-
lenter invadit, dominium ejus amittit, l. 7, cod.
unde vi. *Vid. 11^o. 526 - 2688, § 20.*

Rem sibi obligatam rapiens crimen committit, l.
3, cod. h. t. l. 7, cod. ad l. jul. de vi pub.

Et jus crediti amittit. *ibid.* & l. 7, ad l. jul. de vi
priv.

Sicut & ille qui vim adhibuit debitori suo, ut ei
solveret, l. 12 inf. qu. met. caus.

Præterquam si à fugiente abstulerit. l. 10, paragr.
16, qu. in fr. cred. vide 2079.

2343. De vi publicâ, vide 2434, armatâ 2109.

TIT. IX. *De incendio, ruina, naufragio, &c.*

2344. Publicè interest nihil rapi ex hujusmodi casi-
bus, l. 1, paragr. 1, h. t.

*Unde tales raptore ut latrones puniuntur, l. 7, h.
t. extrà ordinem, & severissimè, l. 1, inf. ad l. jul.
de vi priv.*

Unicuique verò licet, naufragium suum impunè
colligere, l. ult. h. t. vide 2558, 1994.

*Item, & colligere ut servari possint, l. 4, §. 1, h.
t. vide 2377.*

De rate in alieno fundo delatâ. vide 1943.

2345. Qui data operâ in civitate INCENDIUM fece-
rint, si humiliores, bestiis objici solent, si in aliquo
gradu id fecerint, capite puniuntur, l. ult. paragr.
1, h. t.

Idem, in silvis. Declar. 13 novemb. 1714.

*Qui acervum ftumenti juxta domum positum com-
buserit, igni necari jubetur, l. 9, h. t.*

*Item, incendiarii capite puniuntur, sive ob inimi-
citas, sive prædæ causâ incenderint intrà oppidum,*

& plerumque vivi exuruntur, l. 28, paragr. 12, de pæn.

Qui casam aut villam, aliquod lenius. *ibid.*

2346. Qui negligenter sine dolo ignes apud se habuerint, fustibus vel flagellis cæduntur, l. 4, de off. *Præf. vig.*

Si incendium subsecutum sit, l. 3, §. 1, eod. t.

De rebus naufragis. vide 2558.

TIT. X. *De injuriis, & famosis libellis.*

Cod. IX, 35, 36.

2347. INJURIA ex eo dicta quod non jure fiat, & hoc generaliter, l. 1, h. t. *vide 523.*

Specialiter dicitur contumelia, à contemnendo. d. l. 1.

2348. Fit aut re aut verbis. *ibid. paragr. 1.*

Ex affectu facientis consistit, l. 3, §. 1, h. t. *vide 2390, 2353.*

Infertur aut in corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam pertinet, l. 1, paragr. 2, h. t.

Atrocius fit aut personâ, aut tempore, aut loco, aut reipsâ, l. 7, paragr. ult. h. t.

Ad tempus quo facta est refertur, l. 21, h. t.

2349. Si quis de honoribus decernendis alicui, passus non fit, injuriarum non tenetur, quamvis hoc contumeliæ causâ. l. 13, §. 4, h. t.

2350. Injuria aut directò fit, aut per consequentias, l. 1, paragr. 3, h. t.

Veluti cum sit liberis, servis, uxori, vel nurui. *ibid.*

Spectat enim ad nos injuria quæ in his fit qui vel potestati nostræ, vel affectui subjecti sunt. *ibid.*

Ita ut nec pæctio contraria filii, patri noceat, l. 30, de pæctis.

Sed pater injuriam filio factam remittere potest, l. 17, paragr. 13 h. t.

Nisi patris persona vilius abjectaque sit, filii honestâ, d. paragr. 13.

Vel si filius fam. injuriarum egerit. ibid. paragr. 21,
absente patre. ibid. paragr. 14.

UXOR non agit ex injuriâ viro factâ, quia defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus æquum est, *l. 2, h. t. præterquam si vir agere non possit.*

Si quis fecit injuriam servo ut domino fieret, age-re poterit dominus suo nomine, *l. 15, paragr. 35, h. t.*

Nisi leviter servus percussus sit, vel maledictus leviter. *ibid. §. 44, propter vilitatem servorum, quod non obtinet apud nos, cum servi non sint qui nobis deserviunt.*

Idem, si alterius esse existimavit, non cæfurus eum si meum scisset, ibid. paragr. 45.

C. 2351. Injuriâ convenitur qui convicci consilio, aliquid injuriosum dixit, l. 5, cod. h. t.

Verum lubricum linguæ ad pænam facile trahendum non est, l. 7, paragr. 3, ad l. jul. majest. vide 2192.

Nequidem in crimen majestatis, cum temerariis & infanis parcendum sit. *ibid.*

Qui Imperatoris nomina lacestâ crediderit, & obrectator temporum fuerit, si id ex levitate processerit contemnendum est, si ex infaniâ miseratio-ne dignissimum, si ab injuriâ remittendum donec ad principem referatur, *l. un. cod. si qu. imper.*

Non condemnatur qui nocentem infamavit, *l. 18, h. t.*

Peccata enim nocentium nota esse & oportet, & expedit. *ibid.*

Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, perseverantiâ solâ judicium animi fit. l. 48, de regul. jur.

2352. Injuriam non facit qui dolo capax non est, l. 3, paragr. 1, h. t.

Nec magistratus jure potestatis agens, l. 13, paragr. 6, h. t. vide tamen 529.

Vel reipub. causâ, l. 33, h. t.

Nec si quis corrigendi animo, aut emendandi, l. 15, §. 38, h. t. sive magistratus vel parens, l. 16, paragr. 2, de pæn. vide 532.

Nec si ab eo qui jure publico utitur, l. 13, paragr. 1, h. t. vel suo, vide 2659.

Juris enim executio non habet injuriam. d. paragr. 1, vide 524.

2353. Injuriam facit & ille qui nescit cui facit, *l. 3, paragr. 2, h. t.* si scit se injuriam facere. *ibid.*

Etiam ab eo cui sim ignotus, l. 18, §. 3, h. t.

Si manus adversus eum levatae sint, quamvis pulsatus non sit, utili injuriarum actione tenetur, l. 15, paragr. 1, h. t.

2354. Et ille qui mandavit injuriam fieri, & qui mandatum suscepit, tenentur, *l. 11, paragr. 3, h. t.* *vide 805, 2440.*

Nec in criminibus excusatur qui suscepit mandatum, l. 5, cod. de accus.

Nec qui domino obtemperavit, l. 17, §. 7, inf. h. t. vide 2308, 549.

In maleficio ratihabitio mandato comparatur. l. 194, paragr. 2, de regul. jur.

2355. Nulla injuria est quæ in volentem fiat, *l. 1, paragr. 5, h. t.* *vide 249, 2080.*

Nec in eum qui semel fieri voluit, l. 9, §. 1, de aqu. & aqu.

2356. Injuriarum causa non publici judicii, sed privati continet querelam, *l. 7, cod. h. t.*

Ex bono & æquo concepta est, l. 11, paragr. 1, h. t. l. 10, de sepulc. viol.

Idcirco dissimulatione ABOLETUR. d. paragr. 1.

Et annuo tempore præscripta est, l. 5, cod. h. t.

Item, salutatione, epulis, osculo. Goth. in l. 11, §. 1, h. t.

Et acceptâ satisfactione, l. 17, paragr. 6, h. t.

Et nudâ voluntate non minus quam tempore. ibid.

Remissa ex pœnitentiâ non recolitur, l. 11, paragr. 1, h. t.

Quamvis à minore remissa sit, l. 37, de minor. vide 260.

2357. Hæc astio famosa est, *l. 7, h. t.* & damnatum infamia notat, *l. 1, de his qui not.*

Humiliores fustibus subjiciuntur, coeteri vel exilio

- temporali , vel interdictione certæ rei coercentur , l.
ult. h. t. vide 2496.
- 2358.** Nec heredi , nec in heredem datur , l. 13 , h. t.
l. 10 , §. 2 , si qu. caut. quæ ex convicio nascitur , l.
15 , paragr. 14 , h. t.
- Semel autem lite contestata ad successorem perti-
net , l. 13 , h. t. vide 2310.
- Item , quoties funeri testatoris vel cadaveri fit inju-
ria , heredi quodammodo facta dicitur , l. 1 , paragr.
6 , h. t.
- Semper enim heredis interest defuncti existimationem
purgare. *ibid.*
- Idem* , si monumento facta sit. *ll. 27 , 37 , h. t. vide*
2366.
- 2359.** Qui agit injuriarum certum dicat quid injuriæ
factum sit , l. 7 , h. t.
- Nec debet vagari cuim discriminé alienæ existima-
tionis. *ibid. vide 239 , 2394.*
- 2360** Injuriarum agi potest , si superioris vicini fumi-
gandi causâ fumum immittit , l. 44 , h. t. vide 469.
- Vel* si quid superior proiecit , vel infundit , d. l. 44.
- Et in eum qui aliquem inquinaverit , vel luto obli-
nieriit , quidvè aliud ad injuriam contaminaverit ,
graviter animadverti solet. l. 1 , paragr. 1 , de extr.
erim.
- 2361.** Quæ in publico in honorem alicuius positæ sunt ,
nullomodo detrahi possunt , l. 14 , de priv. credic.
- Quæ infamandi alterius causâ , tollantur de medio.
l. 37 , h. t.
- 2362.** Injuriarum agi potest , si quis tabulas *testamen-*
tarias apud se depositas pluribus præsentibus legit ,
hoc animo ut judicia secreta divulgarentur. l. 1 , §.
38 , depos. l. 41 , ad l. aquil. vide 1605.
- 2363.** Qui famosum LIBELLUM , quamvis inventum
manifestaverit , quasi auctor capitali delicto subju-
gatur , l. un. cod. de fam. lib.
- Si ob carmen famosum damnatus est , intestabilis*
fit , l. 21 , de *testib.* vel ob librum , l. 5 , §. 9 , h. t.
- Et testimonium ejus non recipitur. l. 26 , qui *test.*
fac. pos.

2364. Ne potentiores viri humiliores injuriis afficiantur, ad religionem praesidis pertinet. l. 6, paragr. 2, de offic. Praef.

2365. Qui curavit convicium alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur. l. 15, paragr. 10, h. t. vide 2441.

TIT XII. *De sepulchro violato.*

Cod. IX, 19.

2366. Qui cadavera expoliant severissimis puniuntur, l. 3, §. 7, h. t. etiam manu praecisa. Goth. ibid.

Si armati & more latronum, etiam capite plectuntur. d. paragr. 7.

Qui corpora extraxerint, vel ossa eruerint, humilioris fortunae summo suppicio afficiuntur, honestiores deportantur, l. ult. h. t. vide 2496.

De injuriâ funeri vel monumento factâ, vide 2358.

TIT. XIII. *De concussione.*

Cod. XII, 62.

2368. CONCUSSIO est terror injectus, pecuniae vel rebus alicuius extorquendae causâ. Cujac. h. t.

De l. Jul. repetundarum, vide 2466.... de peculatu, 2411....

TIT. XIV. *De Abigeis.*

Cod. IX, 37.

2370. ABIGEI propriè hi habentur qui pecora ex pastuis, vel ex armentis substrahunt, l. 1, §. 1, h. t.

Et abigendi studium quasi artem exercent. ibid.

Qui enim bovem aberrantem, vel equos relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur, ibid.

Numerus abactorum, aut furem, aut abigeum facit, l. 3, h. t.

10 Oves, porci 5 vel 4, equus unus vel bos, abigeatus crimen faciunt. l. 3, h. t.

Qui sæpius abigerunt, licet semper unum vel alterum pecus, tamen abigei sunt. l. 3, §. 2, h. t.
2371. Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent, l. 1, h. t.

At non ubique, sed ubi frequentius est id genus maleficii. *ibid.*

Cur ita? Vide 2498.

Alioquin in opus & nonnumquam temporarium dantur. d. l. 1.

Qui cum gladio abigunt, bestiis objiciuntur. l. 1, paragr. 3, h. t.

TIT. XV. *De prævaricatione.*

2373. PRÆVARICATOR est qui colludit cum reo, l. 1, paragr. 6, ad S. C. Turpill. vide 2476.

Et causam adversariis suis donat. l. 212, de verbis sign.

Quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, proditione causâ suâ, l. 1, h. t.

Item, prævaricari est vera crimina abscondere. l. 1, paragr. 1, ad S. C. Turpill.

2374. Qui delatorem suum corrupit, pro victo habetur, l. ult. h. t.

Ut confessus de criminis, l. 2, de bon. eor. qu. ant. Fallit in causâ sanguinis. d. l. ult.

Ignoscendum enim est ei qui sanguinem suum qualiter redemptum voluit, l. 1, de bon eor. qu. ant. vide 149.

2375. Pronuntiatus prævaricator infamis est, l. 4, h. t. vide 172.

Et eadēm poenâ afficitur, quā tenetur reus qui per prævaricationem absolutus est. l. 6, h. t.

TIT. XVI. *De receptatoribus.*

Cod. IX, 39.

2376. Pessimum genus est RECEPTATORUM, sine quibus nemo latere diū potest, l. 1, h. t.

Perinde puniuntur atque latrones. *ibid.* l. 1, cod. de his qui latr. quod intellige de receptatoribus furum &

latronum, non rerum furtivarum. Goth. ibi. si dolo & quasi participes, non si miseratione moti, vide 2325.

Ejus enim qui affinem vel cognatum latronem recipit, par non est delictum. *l. 2, h. t.*

2377. Receptatores rerum furtivarum non minus delinquunt quam adgressores, *l. 3, §. 3, de incend.*

Crimen non dissimile est rapere, & raptam rem scientem delictum servare ei qui rapuit, *l. 9, cod. ad l. Jul. de vi pub.*

Nisi ignarus recepit. *d. paragr. 3.*

Vel si ad hoc recepit ut custodiret, & salvas facheret ei qui amiserat. d. §. 3, vide 2344.

2378. Si non indicavit reum. vide 2325, si ope, & consilio. 2316.

TIT. XVIII. *De effractoribus, & expilatoribus.*

2379. Atrociores sunt nocturni effractores, *l. 2, h. t.*

Ideò fustidus cæsi in metallum dari solent. ibid. in Galliâ supplicio rotæ afficiuntur. Edict. jan. 1534.

Qui ædes alienas aut villas expilaverint, effregerint, & expugnaverint, si quid in turbâ cum telo fecerint capite puniuntur, *l. 11, ad l. Jul. de vi pub. indistinctè d. Edicto.*

Telorum appellatione omnia ex quibus nocere possunt accipiuntur. *ibid. vide 2109.*

Fures nocturni in poenam operis temporarii puniuntur, *l. 1, de fur. baln.*

Si telo se defendunt nec cuiquam percusserunt, metalli poenâ, vel honestiores relegationis, adficiendi erunt. *d. l. 1.*

2380. Qui injuriæ causâ januam effregit, quamvis inde per alios res motæ sunt, non tenetur furti, *ll. 53, 39, de furt. intellige criminaliter, quasi latro.*

Nisi inimicitiae causâ sive ut alter furaretur, sive non. *l. 50, §. 1, de furt. vide 2316, perraro injuriæ causâ ab inimicitiae causâ distinguitur.*

2381. Famosos latrones in his locis ubi grassati sunt,

furcâ fingendos placuit , l. 28 , §. 15 , de pœnis.

Ut & conspectu deterreantur alii , & solatio sit cognatibus interemitorum . d. §. 15.

2382. Illi qui violenter aggrediuntur , aut cum armis , aut sine armis , in domibus , in itineribus , vel in mari , pœnis legalibus subjiciuntur , Novel. 134 , cap. ult. id est , morte .

2383. Si quis latrocinantem interemit . vide 2444.

TIT. XX. Stellionatus.

Cod. IX , 34.

2385. Nomine STELLIONATUS continetur fallacia ; impostura , dissimulatio , & quidquid turpiter fit in fraudem alterius , quod proprii criminis nomen non habet . Cujac. parat. cod. h. t.

Maxime si quis rem alii obligatam dissimulata oblicatione distraxerit , vel permutaverit , vel in solutum dederit , ll. 3 , §. 1 , h. t. ult. cod. h. t.

Vel pignori , ll. 16 , §. 1 , 36 , §. 1 , de pign. act. vide 1045.

Vel , si in dando auro in pignore , æs subjecisset . l. 36 , cod. h. t. si duobus vendidit . vide 2460.

2386. Hoc crimen infamia sequitur . l. 13 , paragr. ult. de his qui not.

TIT. XXI. De termino moto.

2387. Terminum motorum non multa pecuniaria est , sed pro conditione admittentium , coercitio & pœna , l. 1 & 2 , h. t.

Extraordinariâ animadversione , l. 1 , cod. de accus.

Idem , in his qui faciem locorum convertunt , finalium quæstionum obscurandorum causâ . l. 3 , inf. h. t.

2388. De finibus regundis , vide 553....

LIBER XLVIII.

TIT. I. *De publicis judiciis.*

2390. CRIMEN contrahitur si & voluntas nocendi intercedat, *l. 1*, *cod. ad l. C. de fiscar.*

Maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguunt. *l. 53, de furt.* vide 2495.

2391. Capitalia judicia sunt ex quibus poena, mors aut exilium est. *l. 2, h. t. l. 10, de jure patr.*

2392. Culpa similis est, tam prohibita discere quam docere. *l. 8, cod. de malef.*

2393. Statim debet questio fieri ut nexius puniatur, innocens absolvatur, *ll. 1, 5, cod. de cust. reor.* vide 123.

Levia crima audire & discutere DE PLANO Proconsulem oportet, *l. 6, de accus.* vide 331.

Judicij publici causâ damnatus infamis est. *l. 7, h. t.*

TIT. II. *De accusationibus, & inscriptionibus.*

Cod. IX, 2, 1. X, 11, 13.

2394. ACCUSATIO est criminalis judicij persecutio. *Cujac. h. t.*

INSCRIPTIO est accusatoris libellus. *Cujac. ibid.*

Quo profitetur apud Prætorem se Titium reum deferre, designando loco & die criminis, *l. 3, h. t.*

Quia qui famosam actionem intendit non debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, *l. 7, de injur.* vide 239.

Sine vinculo inscriptionis, in capitali judicio accusator non admittitur, *l. ult. cod. h. t.*

Nec in crimen publico, *l. 3, cod. de his qui accus.*

Cum omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, *l. 30, cod. ad l. Jul. de adult.*

In Galliâ inscriptio requiritur, ob falsi accusationem,
Edicâ jul. 1737. tit. 2, art. 3.

Item, denuntiatur subscribere tenetur, dum nec suam,
nec suorum vindictam prosecutur. Ordin. 1670, tit.
3, art. 6.

Ut alterutram partem digna legum terrere possit
auctoritas, l. 16, cod. h. t.

Ne facile quis profiliat ad accusationem, cum sciat
inultam sibi non futuram, l. 7, h. t.

Turpe enim est delatoris nomen. l. 3, cod. de injur.
& ibi. Goth.

2395. Non admittitur qui crimen publicum instituere
 properat, nisi fidejussor de exercendâ lite adhibitus
 fuerit, *l. 3, cod. de his qui accus.*

Nec mulier admittitur, l. 12, eod. t. l. 8, h. t.

Nec infamis audiendus est, l. 8, h. t.

Nec minus 50 aureos habens, l. 10, h. t.

Nec qui jàm duos reos vel delatos habet, l. 8, h. t.
l. 16, cod. de his qui acc.

Fallit in his omnibus, si suas suorumque injurias
exequantur. d. l. 16, ll. 1, 11, h. t. hi soli admittuntur
in Galliâ, nisi si quis subscriptione delator extiterit.

2396. Non audiendus FRATER contrâ fratrem, si
 crimen magnum capitale, ac non leve instituit, in modo
 exilii pñâ plectendus est. *l. 13, cod. de his qui accus.*

2397. Accusatores muniti sint idoneis testibus, vel
 apertissimis documentis, vel indicijs indubitatis, ac
 luce clarioribus, *l. ult. cod. de probat. vide 2500.*

Indicia autem certa quæ jure non respuuntur, non
minorem probationis quam instrumenta continent
fidem. l. 19, cod. de rei vind.

2398. Qui ab accusatione citrâ abolitionem destiterit,
 punitur, *l. 1, §. 7, ad S. C. Turpill. vide 2476.*

Et amplius agere & accusare prohibetur, l. 2, eod.
tit.

Et infamia notatur, l. 2, cod. eod. t. vide 2375.

Ei enim qui cooperit arguere, aut vindicta proponatur
si vera detulerit, aut supplicium si fefellerit,
l. 7, cod. de calyma.

Item, CALUMNIATORES infamia sequitur, l. 3;
§, cod. eod. tit. vide 172.

Pro qualitate admissi plectuntur. d. l. 3.

Vel similitudine supplicii, l. ult. eod. t.

Qui verò justo errore ductus ad accusationem processit absolvetur, l. 1, §. 3, ad S. C. Turpill.

Nec utique qui non probat protinus calumniari videtur. ibid.

Si justam habuit rationem, l. 3, cod. de column.

Item, calumniæ pœna in paternæ mortis accusacione cessat. l. 4, eod. t.

2399. *Reus purgare se debet, nec antè potest accusare quām fuerit excusatus, l. 5, de publ. jud.*

In pari vel minori criminis, l. 19, cod. de his qui accus.

Ut non relatione criminum, sed innocentia purgeatur, l. 5, de publ. judic.

Secūs si graviora criminis objiciat, l. 1, cod. de his qui accus.

Et in adulterâ crimen retorquente. l. 13, §. 5, ad l. jul. de adult. vide 2429.

2400. *Hisdem criminibus quibus quis liberatus est, non debet Præses pati eundem accusari, l. 7, paragr. 2, h. t.*

Præterquam si novus accusator suum dolorem persequatur, doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam, tunc enim magnâ ex causâ admitti debet. ibid. difficillimè apud nos ex regulâ non bis in idipsum, nisi collusoriè primus accusaverit.

2401. *In Galliâ accusatores privatum tantum damnum persequuntur, procuratores fisci publicam pœnam. Goth. in tit. ad S. C. Turpill. in v. criminum, vide 2395.*

2402. *Civilis actio criminalem non consumit, & similiter è contrariò, l. un., cod. qu. civ. act. vide 2198.*

Sed ei adjungitur, ut utraque unâ sententiâ dirimatur, l. 3, cod. de ord. judic.

Fallit in actione injuriarum, & in quibuscumque quæ vindictæ private, non pecuniæ persecutionem habent. Cujac. in parat. cod. qu. civil. act.

2403. Accusationes omnium ferè criminum 20 annis exceptione excluduntur, *l. 12, cod. ad l. Corn. de fals.*

Quædam 5 annis, *vide 2471, 2422.*

Condemnationes 30 annis ex die executionis in effigie.

Etiam fiscus à bonis reorum hâc exceptione summovetur, *l. 2, paragr. 1, de requ. vel abs.*

Et quidem per 20 annos, si bona non occupaverit, *ibid. vide 2549.*

2404. Crimen mortalitate extinguitur, *l. ult. ad l. Jul. majest.*

Adversus heredes non transit, pœna enim incipere ab herede ita demum potest, si vivo reo accusatio mortua sit, *l. 20, h. t.*

Vel si quæstio principalis ablatae pecuniæ moveatur, l. ult. ad l. Jul. pecul. vide 2333, 2310, 2420.

Vel in crimen majestatis, l. 6, cod. ad l. Jul. majest. vide 2417.

Vel adulterii post mortem mulieris, l. ult. ad. l. Jul. de adult. vide 2422.

Vel repetundarum. l. 2, de l. Jul. repet. vide 2466.

2405. Apud eos reus accusatur & damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur, *l. ult. h. t.*

Secùs in minoribus delictis, l. 5, cod. de jur. omn. jud.

Vel ubi reus reperitur, l. 1, cod. ubi de crim. undè dictum, ubi te invenero, ibi te judicabo.

Eum verò accusare non licet qui Reip. causâ abest, *l. 12, h. t. l. 15, paragr. 1, ad l. Jul. de adult.*

Abesse autem intelligitur si non sui commodi causâ, sed coactus absit. *l. 36, ex quib. caus. maj. vide 269.*

2406. Senatus censuit ne quis ob idem crimen, pluribus legibus reus fieret, *l. 14, h. t.*

Item, non debere cogi heredes accusatorum, exse- qui crima, l. 19, h. t.

Fit enim ex lege abolitio accusatore mortuo, vel ex justâ causâ impedito. *l. 10, ad S. C. Turpili.*

TIT. III. *De custodiâ, & exhibitione reorum:*

Cod. IX , 4 , 5. Nov. 134 , c. 9.

2407. CARCER ad continendos homines , non ad puniendos haberi debet , l. 8 , paragr. 9 , de pœnis , vide 1483 , 2505.

Idcirco in carcere damnari , vel vinculis contineri pena interdicta est , ibid. l. 35 , eod.t.

Diligens verò custodia etiam vincire permittit , l. 1 , paragr. 7 , de fugit.

Sed ubi criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit , ità fieri debet ut cruciatio desit , l. 1 , cod. h. t.

Pœnis carceris perimi , innocentibus miserum est , noxiis non satis severum. ibid.

2408. An in carcere recipienda sit persona , an fidejusforibus committenda , vel etiam sibi , æstimatur vel pro criminis qualitate , aut personæ. l. 1 , h. t.

2409. SEXU dispare in carcere separari debent , l. 3 , cod. h. t.

Quinimò mulieres in carceribus non includebantur. Nov. 134 , cap. 9 , vide 2688 , paragr. 45 , quod hodie non obtinet.

2410. Nemini licet privati carceris exercere custodiam. l. 1 , cod. de privat. carcer. inhib.

2411. Ubi primus dies Paschalis extiterit , nullum teneat carcer inclusum , omnium vincula dissolvantur , l. 3 , cod. de Episc. aud.

Exceptis his à quibus contaminarentur potius gaudia , lætitiaq; communis. ibid.

Hujusmodi liberatio relaxatio est , potius quam vera dimissio , Goth. ibi. Apud nos dimissio est donec Judex redintegrandum dixerit , sed haçtenus in levioribus delictis , absolutionem verò nunquam imitatur.

2413. Qui de carcere eruperunt , sive effractis foribus , sive conspiratione cùm cæteris , capite puniendi sunt , l. 1 , de effract. mitius apud nos erga carceratos.

Quod si per negligentiam custodum , lenius. ibid.

Hi qui conspirationem detexerunt , à pœnâ relevandi sunt , l. 13 , h. t.

Hujusmodi

Hujusmodi pœna tenetur commentariensis cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit , l. 4 , cod. h. t.

Eâdem severitate ejus adjutor , si commentariensis necessitate aliquâ procûl ab officio egerit . d. l. 4.

TIT. IV. Ad legem Julianam majestatis.

Cod. IX , 8.

2416. Majestatis crimen illud est quod adversus populum , vel adversus securitatem ejus committitur , l. 1 , paragr. 1 , h. t.

Proximum est sacrilegio . l. 1 , h. t.

2417. In reis majestatis eâdem severitate VOLUNTAS sceleris , quâm effectus punitur , l. 5 , cod. h. t. quod in cæteris criminibus non obtinet , vide tamen 2423 ,

2441.

Etiam post mortem , fisco vindicatur eorum substantia , l. ult. h. t.

Et crimen instauratur , nisi à successoribus purgantur , l. ult. cod. h. t.

Ut filii eorum perpetuâ egestate fordentibus , eis sit mors solarium , & vita supplicium , l. 5 , paragr. 1 , cod. h. t. l. 10 , cod. de bonis proscr.

Licet in cæteris , defuncto reo , accusatio perimitur , l. 20 , de accus. vide 2404.

Nec filius alieni criminis successor constituitur , l. 26 , de pæn.

Item , neque vendere , neque ullo modo alienare potest , qui incidit in hoc crimen , l. ult. cod. h. t.

Nec rectè ei solvitur à debitoribus . d. l. ult. in cæteris secùs 2269.

2418. Si quis Imperatori maledixerit , vide 2351.

TIT. V. Ad legem Julianam de adulteris coercendis.

Cod. IX , 9. Nov. 134 , c. 10 , Nov. 143.

2419. ADULTERIUM in nuptam , stuprum in virginem viduamvè committitur , ll. 6 , paragr. 1 , 34 , paragr. 1 , h. t.

In sponsâ quoque vindicatur , quia nec spem matrimonii violare permittitur , l. 13 , paragr. 3 , h. t.

Sine dolo malo non committitur. l. 43 , h. t.

2420. Constante matrimonio , ejus qui maritus non est accusatio non admittitur , l. 26 , h. t.

Probatam enim à marito uxorem , & quiescens matrimonium non debet alius turbare. *ibid.*

Cùm maritum genialis thorivindicem esse oportet , l. 30 , cod. h. t.

Nisi si quis priùs lenocinij maritum accusaverit. d. l. 26 , vide 2427.

Vel de adulterio uxoris suæ quid acceperit , l. 1 , paragr. 2 , h. t.

Vel deprehensam in adulterio retinuerit. d. §. 2 , l. 2 , cod. h. t. tacita enim lenocinii species est adulteram retinere. *Goth. in l. 2 , paragr. 2 , h. t.*

Copia accusandi defertur patri , fratri , patruo , & avunculo , quos verus dolor ad accusationem impellit , l. 30 , cod. h. t.

Item , defuncto marito , adulterii rea mulier postulatur , l. 11 , paragr. 8 , h. t.

Maritus , etiam defunctâ uxore , intrâ duos menses probationes adulterii præstare potest , propter dotis quæstionem. l. 36 , cod. h. t. & propter paœta dotalia. *vide 2404 , 2333.*

2421. Adultera olim capitali pœnâ subjecta , ll. 9 , 30 , cod. h. t.

Hodiè verberata in monasterium mittatur , auth. sed hodiè. cod. h. t.

Quam intrâ biennium viro recipere licet. *ibid.*

Quo transacto vel mortuo viro , tonsa ibi dum vivit permaneat. *ibid.* *Apud nos marito dos adjudicatur , deductis alimentis in favorem monasterii , sive domus refugii.*

2422. Reus adulterii intrâ 5 annos à die criminis admissi , postulari potest , defunctâ quoque muliere , l. 11 , paragr. 4 , h. t.

Hoc crimen verò quiquennio sopitum non excitatur , l. 29 , paragr. 5 , h. t. l. 5 , cod. h. t.

Ex quo commissum adulterium dicitur. d. l. 5.

Qui autem per vim stuprum intulit, sine præfinitione hujus temporis accusari potest, l. 29, in f. h. t. l. 5, inf. de vi publ.

Item, marito præscriptio sive exceptio opponitur, si aggressus accusationem adulterii destitit, ll. 2, paragr. 1, h. t. 16, cod. h. t.

Vel si uxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur. l. 26, cod. h. t. retentâ uxore. l. 11, cod. h. t. vide 2427.

2423. Adulteri sive sacrilegi nuptiarum gladio puniuntur, tam ex vetere jure, l. 30, in f. cod. h. t. quam ex jure novellarum. Nov. 134, cap. 10, in princ. usi nostro iniquitas temporum prævaluit.

Et similibus poenis, qui medii ministri impio criminis facti sunt. d. c. 10.

Sollicitatores autem alienarum nuptiarum extrâ ordinem puniuntur, l. 1, de extr. crim.

Etsi effectu sceleris potiri non possunt. d. l. 1, vide 2436.

Propter voluntatem perniciosa libidinis. *ibid.*

2424. Deprehensa in adulterio notatur, quamvis absoluta sit, l. 43, paragr. 12, de ritu nupt.

Quia factum lex, non sententia notaverit. d. paragr. 12, in f.

In viro secùs, in quo sententia non lex infamiam infert. Goth. ibi.

Quia major à muliere quam à viro pudicitia requiritur. *ibid.*

2425. Patri datur jus occidendi adulterum cum filia quam in potestate habet, l. 20, h. t.

Domi suæ vel in domo generi, l. 22, §. 2, h. t.

In ipsâ turpitudine deprehensa, l. 23, h. t. quod moribus nostris nimis alienum est, verum si forte eveniret, minore severitate puniretur.

Hoc jus non datur marito, quod plerumque pietas paterni nominis, consilium pro liberis capit, l. 22, paragr. 4, h. t.

Mariti vero calor, & impetus facile decernentis, fuit refranndus. d. paragr. 4.

Ultimum tamen supplicium marito remitti potest,

qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, l. 38, paragr. 8, h. t. l. 1, inf. ad l. Corn. de sicar.

Impetu tractus doloris , cùm sit difficillimum iustum dolorem temperare. d. paragr. 8.

Adulterum uxoris suæ marito quoque occidere permittitur , sed non quemlibet ut patri , l. 24 , h. t.

Nám ut liceat viro , oportet deprehensum domi suæ, non etiam saceri in adulterio uxoris , eum qui leno fuerit , qui autem ludicram antè fecerit , in scenam saltandi , cantandivè causâ prodierit. ibid.

Judiciumvè publico damnatum , neque restitutum: ibid.

Vel si per tres ex scripto contestationes , eum monuerit , & posteà invenerit eum convenientem suæ uxori , in suâ domo , aut in popinis , aut in suburbanis. Nov. 117 , cap. 15.

Si in alio loco posteà talem invenerit cùm suâ uxore loquentem , quasi ex hoc solo adulterii criminis subjacentem , nullâ aliâ ratione quæstâ , à judice punietur. d. cap. 15.

Et habebit maritus licentiam exsequi crimen. ibid. 2426. Qui stuprum sibi vel suis PER VIM inferentem occidit, dimittitur , l. 1 , paragr. 4 , ad l. Corn. de sic.

Item , luxuriantes contrà naturam ultimis subditi sunt suppliciis. Nov. 77 , l. 31 , cod. h. t.

2427. Maritus LENO quasi adulter punitur , l. 8 , h. t.

Sive quid acceperit , sive deprehensam retinuit , l. 2 , paragr. 2 , h. t.

Idem , de eo qui in adulterium matris fam. domum suam præbuit , l. 8 , h. t. vide 2423.

Lenocinium facit qui occasione prostitutionis quæstum facit , l. 4 , paragr. 3 , de his qui not. l. 43 , paragr. 7 , de rit. nupt.

Nec minùs est quām corpore quæstum exercere. ibid. paragr. 6 , imò magis. Goth. ibi.

2428. Qui duas simul habuit uxores , infamis est , ll. 18 , cod. h. t. 2 , cod. de incest. 1 , inf. de his qu. not.

Et stupri crimine tenetur. l. 18 , cod. h. t. intellige quasi per vim illati , ignorantia enim secundæ uxoris ,

vis adhibitæ effectum habet : BIGAMIAM jure civili, capitalem esse hinc colligit Roman. singul. 533 e cum hujusmodi stupri paena sit capitalis. Goth. ibi vid 2436.

2429. Adulterii accusationem non habet mulier, *l. 1, cod. h. t.*

Cum virgine vel viduâ commissi, sed cum alienâ uxore habet. Goth. in l. 1, cod. h. t. ex Nov. 134.

Habet quoque crimen retorquendo, & potest judex & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis, sed ut vir quoque damnetur, *l. 13, paragr. 5, h. t.*

Periniquum enim videtur ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat. *d. paragr. 5.*

2430. Nec ejus quæ potentibus in cauponâ ministerium præbuit, nec in eam pro vilitate ejus, stupri & adulterii accusatio admittitur, *l. 29, cod. h. t.*

Domina verò tabernæ non est à vinculis juris excepta. *ibid. unde adulterium in eâ puniri potest. Goth. ibi.*

T I T. VI. *Ad l. Julianam de vi publicâ.*

Cod. IX, 12.

2434. *Omnis VIS armata, publica semper est. Cujac parat. cod. h. t.*

Vim vi repellere licet, *l. 12, paragr. 1, quod met. caus. vide 526.*

Et arma armis, *l. 2, §. 27, de vi & de vi arm.*

Modò confessim non ex intervallo, *l. 3, paragr. 9, eod. tit.*

Et inculpatæ tutelæ moderatione. *l. 1, cod. undè vi.*

2435. Vis est majoris rei impetus qui repelli non potest, *l. 2, qu. met. caus.*

Quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videtur, *l. 1, eod. t.*

Vim accipimus atrocem & eam quæ adversus bonos mores fit. *l. 3, paragr. 1, eod. t.*

2436. Punitur hujus l. poenâ qui per vim stupravit, *l. 3, paragr. 4, h. t.*

Pœna est aquâ & igni interdictio , l. 10 , *inf. h. t.*
Qui vacantem mulierem rapuit , vel nuptam , ultimo suppicio punitur , l. 5 , *paragr. 2 , h. t.*

RAPTORES virginum honestarum , vel quarumlibet viduarum foeminarum , capitis suppicio plectuntur , l. un. *cod. de raptu virg.*

Qui mulierem aut puellam interpellaverit , donum pretiumvè quo persuadeat dederit , perfecto flagitio capite punitur , l. 1 , *inf. de extr. crim. Ordin. 1579 , art. 42 , & Edict. novemb. 1730 , art. 1 , vide 2423 , Corrupti comites summo suppicio afficiuntur. ibid. Imperfecto flagitio in insulam deportatur. d. l. 1.*

Persuadere enim est plus quam compelli , atque cogi sibi parere. l. 1 , §. 3 , *de servo corr. vide 596.*

2437. Qui sine vi virginem aut viduam honestè viventem STUPRAVERIT , si honestus sit , publicationem dimidiae partis bonorum patitur , si humilis , corporis coercionem. *Item , l. Julia 4 , instit. de publ. judic.*

Item , & decenter dotare eam arbitrio Judicis , ex usu damnatur juxta Concil. Trid. sess. 24 , cap. 6.

Omnibus bonis , si raptæ sint , l. un. *paragr. 1 , cod. de rapt. virg.*

Nec sit facultas raptæ , raptorem suum sibi mari- tum exposcere. *d. paragr. 1.*

2438. Actores , id est , authores SEDITIONIS , & tumultus populo concitato , pro qualitate dignitatis , aut in furcam tolluntur , aut bestiis dejiciuntur , aut in insulam deportantur , l. 38 , *paragr. 2 , de pœnis.*

De vi privatâ. vide 2105 , 235.

TIT. VIII. *Ad l. Corneliam de sicariis , & beneficis.*

Cod. IX , 16. Nov. 17 , cap. 7.

2440. Hac l. tenetur qui hominem occiderit , l. 1 ; *h. t.*

Mandator cædis pro homicidâ habetur , l. 15 , §. 1 , *b. t. in Edit. Goth.*

Nec interest occidat quis, an causam mortis præbeat, *l. 15, h. t.*

Nulla habitâ differentiâ, cuius conditionis hominem interemit, *l. 1, paragr. 2, h. t.*

Idem, in eo qui falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis capitali iudicio damnaretur, *l. 1, paragr. 1, h. t. vide 1220.*

• Et in judice qui pecuniam accepit in capitali causâ, ut publicâ lege reus fieret. *ibid. vide 2467.*

SPADONES quidem facere capitale crimen est, *l. 4, in f. h. t. l. 1, cod. de Eunuch. & in medico, & in eo qui se sponte excidendum præbuit, d. l. 4.*

2441. Tenetur hâc l. qui cum telo ambulaverit, hominis necandi causâ, sicut his qui hominem occiderit, *l. 7, cod. h. t.*

Tametsi generaliter cogitationis pœnam nemo patiatur, *l. 18, de pœnis, vide tamen 2314.*

Cum in maleficiis voluntas spectatur non exitus, *l. 14, h. t.*

Unde & consilia puniuntur, & conjurations & latronum conscientia, *l. 16, de pœn.*

2442. CONATUS sine effectu non punitur in Gallia. Goth. in *l. 7, cod. h. t.* modò simplex sit, & latens in animo, ac nemini detecta cogitatio. Goth. in *l. 18, de pœn.*

Ut enim cogitatio ab hominibus ignoratur, ita ab iisdem puniri non potest. Goth. *ibid.*

Quid enim obfuit conatus cum injuria nullum habuit effectum, *l. 1, paragr. 2, quod qu. juris. vide 2365.*

Punitur tamen apud nos, si ad proximum actum per venerit, & rectè excipit. Goth. ibi. si conatus mediis ad extremum finem tendentibus conjunctus sit, præsertim in gravioribus. *vide 2452, 2423.*

2443. Si quis non occidendi animo hominem occidit, absolvit potest, *l. 1, paragr. 3, h. t. vide 2495.*

Qui autem gladium strixerit & in eo percusserit, indubitate occidendi animo admisit. *ibid.*

Sed si clavi aut cucumâ non occidendi animo, lenienda pœna est. *ibid.*

In hâc autem lege , culpa lata pro dolo accipitur. *l. 7 , h. t. vide 238.*

2444. Defensor propriæ salutis , in nullo peccasse videtur , *l. 3 , cod. h. t. vide 526 , 2434.*

Undè si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit , non ut homicida tenetur. *ibid.*

Jure enim cæsus videtur , qui inferendæ cædis voluntate præcesserat , *l. 4 , cod. h. t.*

Idem , in aggressorem nocturnum in agris , vel obfidentem vias , atque insidianem prætereuntibus , *l. liceat , cod. h. t.*

Meliùs namquè est his occurrere & mederi , quam injuriâ acceptâ vindictam perquirere. *ibid. & l. 1 , cod. qu. lic. unic.*

Idem , in nocturnum furem , sed ità demum si parcere ei sine periculo suo non potuit , *l. 9 , h. t.*

Interdiù deprehensum furem , ità si is se telo defendat , *l. 4 , §. 1 , ad l. Aquil. l. 54 , §. 2 , de furt.*

Ut tamen utroque casu id ipsum cum clamore testifetur. *d. §. 1 , quod in urbe non in agris adstringitur. Goth. in d. §. 1.*

2445. Infans vel furiosus si hominem occiderit , *l. Corneliam non tenetur , l. 12 , h. t.*

Cùm alterum innocentia consilii tuetur , alterum fati infelicitas excusat. *d. l. 12.*

2447. Tenetur hâc *l.* qui hominis necandi causâ VENENUM confecerit , dederit , *l. 1 , §. 1 , h. t.* vendiderit , vel habuerit , *l. 3 , h. t.*

Licet pigmentarius sit , si temerè dederit , *l. 3 , §. 3 , h. t. vide 530.*

Plùs est enim extinguere veneno quam occidere gladio , *l. 1 , cod. de malef.*

2448. Eorum scientia qui MAGICIS artibus contra salutem hominum vel pudicitiam moliuntur , severissimis legibus vindicanda , *l. 4 , eod. t.*

Sileat omnibus divinandi curiositas , transgressor gladio feriatur , *l. 5 , eod. t.*

Ars quidem mathematica damnabilis est , & interdicta. *l. 2 , cod. eod. t. , id est , genethliaca , des horoscopes , Cujac. in l. 2.*

2449. Sicarii & venefici solent capite puniri , l. 3, paragr. 5, h. t.

Lex enim Corn. de sicariis homicidas ultore ferro persequitur. §. Item, l. Corn. 5, instit. de public. jud.

2450. Titulus codicis ne quis ab Ecclesiâ extrahatur, non est in usu in Galliâ, ubi solent delinquentes & debitores in Ecclesiam capi. Goth. in tit. cod. de his qui ad Eccles. vide 2688, paragr. 52.

Templorum enim cautela non nocentibus, sed læsis datur à lege, undè etiam indè extrahuntur, & supplicio afficiuntur homicidæ, adulteri, & virginum raptiores. Nov. 17, cap. 7.

Si quis per industriam occiderit proximum, vel per insidias, ab altari meo evelles, ut moriatur. Exod. 21, 14.

2451. De lege regiâ, & quanti sit tristissimi & periculosi eventus, vide 622, adde hanc legem de instanti mortis in prægnante non esse intelligendam, cùm solummodo eam humari vetat antequâm excidatur, quod tractum temporis inducit, & tamen non servatur, sed præcipiti & dirâ festinatione nonnumquâm filii successionis cupiditate motâ, persæpè vivus ex occisâ matre exciditur, quapropter tam lamentabilis usus emendatio, & nefandi abusus justis & piis cautelis coercitio, digna vox esset humanitate Regnantis, per quam solam Dei servatur imitatio.

TIT. IX. De l. Pompeia de parricidiis.

Cod. IX, 17.

2452. PARRICIDA insutus culeo cum cane, & gallo, & viperâ, & simiâ, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, l. un. cod. de his qui par.

Prius virginis sanguineis verberatus, l. 9, h. t.

Hâc poenâ punitur qui parentis, aut filii fata prosperavit, sive clam, sive palam. d. l. un.

Hæc paena non est in usu in Galliâ parricideæ supplicio rotæ afficiuntur apud nos,

Idem, si emit venenum ut patri daret, quamvis non potuerit dare, l. 1, h. t. vide 2441.

Idem committitur in matre, avo, & aviâ, h. t.

Conscii etiam extranei, eâdem poena afficiuntur, l. 6, h. t.

2453. Etiam in parricidio furiosus impunitus est, paragr. 2, h. t.

Nâm sufficit furore ipso eum puniri. *ibid.*

Diligentiusque custodiendum esse, aut etiam vinculis coercendum. *ibid.* vide 1483.

TIT. X. De l. Corneliat de falsis, & de S. C. Liboniano.

Cod. IX, 22, VII, 58.

2454. *FALSUM* est quidquid in veritate non est, sed pro veritate adseveratur. *Cujac.* in parat. cod. h. t.

Falsi species sunt delere, mutare, subjicere, subscribere. *Paul.* 5, *Sentent.* 25, *paragr.* 4.

Quasi falsum fecit qui diversa inter se testimonia præbuit, l. 27, h. t. vide 1220.

Et qui contrâ signum suum falsum præbuit testimonium. *ibid.* *paragr.* 1.

Et qui sibi adscribit in testamento, volente testatore. *Cujac.* in parat. cod. *de his qui sibi adsc.* ex Liboniano, vide 1795.

Et qui celavit vel amovit testamentum. l. 14, cod. h. t.

2455. Poena falsi vel quasi falsi deportatio est, & omnium bonorum publicatio, l. 1, in f. h. t. vide 1220.

Et capitale supplicium, si id exigat magnitudo commissi, l. 22, in f. cod. h. t. vide 2440.

Veluti ab eo qui officio publico fungitur, même comme clerc ou communis, *Edict. mart.* 1680, & *Declar. 20 aug.* 1699.

2456. Qui nummos aureos raserit, tinxerit, vel fin-

xerit, capite punitur, l. 8, h. t. vel argenteos. Paulus, sentent. 25, paragr. 1.

Vel si quid in aurum, vitii addiderit, l. 9, h. t.

Vel argenteos nummos adulterinos flaverit. ibid.

Si MONETAM publicam extrinsecus sibi signavit, peculatus crimen tenetur, l. 6, paragr. 1, ad l. Jul. pecul.

Si falsâ fusione, maiestatis crimen committit, & flamarum exustionibus mancipatur, l. 2, cod. de fals. mon. indistinctè apud nos morte afficitur. Declar. 9 Jul. 1697.

Idem, de eo qui cùm prohibere tale quid possit, non prohibuit, l. 9, paragr. 1, h. t.

Vel ministerium præbuit, l. 2, cod. de fals. mon.

Qui MENSURAS publicas probatas corruperit, vel pondere fallavit, relegatur. l. 32, paragr. 1, h. t.

2457. Falsum est si quis alienum chirographum imitatur, aut libellum, l. 23, h. t.

Vel rationes intercidat, vel describat. ibid.

Non qui alias in computatione, vel in ratione mentiuntur. *ibid.*

Si à debitore, prælato die pignoris obligatio mentiatur, falsi crimen locus est, l. 28, h. t. vide 1197.

2458. Qui compositis per scelus codicillis, in severitate l. Corn. inciderunt, non possunt defensiones eorum recusando, crimen evitare, l. 8, cod. h. t.

Nec ex eo quod illis negent uti. d. l. 8.

Eiautem qui per errorem protulit ignoscitur. l. 31, h. t.

2459. Falsi NOMINIS vel cognominis adseveratio, pœnâ falsi coercetur, l. 13, h. t.

Licito verò jure mutatur, si sine fraude, nullo ex hoc præjudicio futuro. l. un. cod. de mut. nom.

2460. Qui duobus in solidum eandem rem diversis contractibus vendidit, pœnâ falsi coercetur, l. 21, h. t.

Nisi impubes sit, cum dolus malus in eam ætatem non cadat, l. 22, h. t. vide 2445, 270.

* Si rem alii obligatam? Vide 2385.

2461. Debitor morandæ solutionis gratiâ falsi crimem objiciens, ad solutionem compellitur, *l. 2, cod. h. t.*

Salvâ exsecutione criminis. *ibid.*

2462. Non excluditur falsi querela nisi 20 annor. præscriptione, *l. 12, cod. h. t. vide 2403.*

Vel factâ transfectione, *l. 7, cod. h. t. vide 149.*

Vel morte rei ante sententiam, *l. 12, h. t.*

TIT. XI. *De l. Juliâ repetundarum.*

Cod. IX, 27, XII, 62.

2466. Hæc lex pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu, potestate, legatione, officio, ministeriovè publico cepit, *l. 1, h. t. in munere*, ut quadruplum exsolvat, *l. 1, cod. h. t.*

Exceptis sobrinis, proprietivè gradu cognatis, à quibus licet accipere, *l. 1, paragr. 1, h. t.*

Ad eos quoque pertinet, qui ex cohorte eorum sunt. *d. l. 1.*

Et in comites judicum, hoc judicium datur, *l. 5, h. t.*

In heredes locum habet intrâ annum duntaxat, à morte ejus qui arguebatur, *l. 2, h. t.*

2467. Hâc l. plerumque exilio puniuntur, vel etiam durius & capitali pœnâ, si ob hominem necandum pecuniam acceperint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant, *l. 7, in f. h. t. vide 2440.*

Item, ne testimonium publicè dicere possint, *l. 6, paragr. 1, h. t.*

Nec ad testamentum testes adhiberi, *l. 15, de testib.*

Nec judices esse, nec postulare. *d. paragr. 1.*

2468. *De peculatu.* *vide 2471.*

TIT. XII. *De l. Juliâ de annonâ.*

Cod. IV, 59.

2469. Hâc lege statuitur adversus eum qui contra an-

monam fecerit, vel societatem coierit, quo annona carior fiat, l. 2, h. t.

DARDANARII cuiusque mercis, & locupletiores qui fructus suos æquis prætiis vendere nolunt, dum minus uberes proventus expectant, interdici & relegari solent, l. 6, de extr. crim.

Humiliores ad opus publicum dari. *ibid. aux galeres.*

Item, MONOPOLIUM excercentes conventionibus pacificando, ut species non minoris quam inter se statuerint venundetur, vel ut ne opus alteri commissum alter impleat, bonis propriis expoliati perpetuate damnantur exilii. *l. un. cod. de monop.*

TIT. XIII. Ad l. Jul. peculatus, & de sacrilegiis, & de residuis.

Cod. IX, 28, 29.

2471. PECULATUS, est furtum pecuniae publicae, aut sacrae, vel fiscalis, l. 9, paragr. 2, h. t. & Cujac. h. t. Ante quinquennium admissum objici non oportet, l. 7, h. t. hodiè vicennium. *Goth. in d. l.*

Capitale est in judicibus. *l. un. cod. de cr. pecul.*

2472. SACRILEGIUM est furtum rei aut pecuniae sacrae ex loco sacro, vel religiosæ ex religioso. *Cujac. h. t.*

Capite punitur. *l. 9, h. t. etiamsi in loco profano admissum sit. Goth. ibi.*

2473. De RESIDUIS tenetur qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem, retinuit, ll. 2, 4, §. 3, h. t.

Et ille apud quem publica pecunia resedit. *d. §. 3. Si ab eo qui in potestate constitutus est? Vide 2466.*

2474. Judicia peculatus, & de residuis, & repetundarum, adversus heredes exercentur, *l. ult. h. t.*

Cum in his quæstio principalis ablatae pecuniae moyeatur. *ibid.*

TIT. XVI. *Ad S. C. Turpillianum & de abolitionibus.*

Cod. IX, 45, 42.

2476. *Hujus S. C. pœna pecuniaria est in eos qui ab accusatione desistunt. Cujac. h. t. vide 2398.*

Tergiversari est in universum ab accusatione desistere, l. 1, paragr. 1, h. t.

Calumniari est falsa crimina intendere. *ibid.*

Prævaricari vera crimina abscondere. *ibid.*

2477. *ABOLITIO aut publicè fit ob diem insignum, aut publicam gratulationem, l. 8, h. t.*

Vel ob rem prosperè gestam, l. 9, h. t.

Aut privatim fit, actore postulante. l. 10, h. t.

Generalis abolitio leviorum duntaxat criminum gratiam impertit. Goth. h. t.

Nec ad crimen falsi pertinet, l. 17, h. t.

Nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit, l. ult. cod. de gen. abol.

Unde indulgentia Principis, quos liberat notat. ibid.

2478. *Privatam abolitionem Princeps solutius, & cinnentibus oculis, & quasi dormiens concedit. Goth. h. t.*

Hæc famam restituit. l. 1, cod. de sentent. poss. l. 1, paragr. 10, in f. de postul.

TIT. XVII. *De requirendis, vel absentibus damnandis.*

Cod. IX, 40. Nov. 134, cap. 5.

2480. *ABSENS nec punitur, nec damnatur l. 1, h. t.*

Nisi pecuniariis pœnis, & usque ad relegationem, l. 5, de pœnis; quod fallit in Galliâ, quinimò severius damnantur, vide 2510.

Ubi gravius puniendus est, vel capitalis causa, absentis requirendus adnotandus est, ut copiam sui præstat, l. 1, paragr. 1, h. t.

De requiren. vel absen. 49

Damnatur & adnotatur bonorum ob-signatione in Gallia, Ordin. 1670, 17, 15.

Post annum bona ob-signata in fiscum coguntur, l. ult. h. t. in Gallia post quinquennium. Ordin. 1670, 17, 28.

Nisi habeat descendentes & ascendentess. Nov. 134, in f. quod extendimus in qualescumque successores legitimos, & sic confisatio abrogata est apud nos. Dupier, lib. 1, qu. 6, vide 2688, paragr. 18.

2481. Nihil ei qui profugit à debitoribus solvi debet, ne per hoc fuga ejus instruatur. l. ult. in f. h. t.

TIT. XVIII. De quæstionibus.

Cod. IX, 41.

2483. QUÆSTIONEM intelligere debemus tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem, l. 15, paragr. 41, de injur.

Non ad poenam, l. 21, h. t.

Quæstionis enim habendæ causâ nemo damnandus est. d. l. 21.

2484. De minore 14 annis quæstio habenda non est, l. 10, h. t. l. 1, paragr. 33, ad S. C. Silan.

Terreri tantum solent, & habenâ vel ferulâ cædi. d. paragr. 33.

Nisi si non multum à puberi ætate absint, & ministri vel participes cædis sunt, l. 14, ad S. C. Silan. vide 270.

Quod non solum in servis, sed in omnibus aliis causis obtinet. d. l. 14, in f.

2485. Et mulier torquetur, l. 3, §. 1, cod. h. t.

Sed differtur quæstio quamdiu prægnans est, l. 3, de pœnis. l. 18, de statu hom. vide 2501.

2486. A tormentis incipiendum non est, ll. 1, h. t. 8, cod. h. t.

Sed tantummodo ex indiciis certis. d. l. 8, & argumentis, l. 1, paragr. 1, h. t.

Vel si suspicionibus urgeatur, l. ult. h. t.

Ita ut sola confessio deesse videatur. d. paragr. 1.

Nec in omni causâ & personâ, l. 8, cod. h. t.

496 Lib. XLVIII , Tit. XVIII.

Nec ex unius testimonio. l. 20 , h. t. ne vel ob meā
tum , falsum confiteri , vel suam vexationem redimere
compellantur. Ordin. 1254.

2487. Ità quæstionem habere oportet , ut reus salvus
sit vel innocentiae vel suppicio. l. 7 , h. t.

2488. Qui de se confessus est in caput aliorum non
torquebitur , l. 16 , paragr. 1 , h. t.

Nec super conscientiā alienā , l. ult. in f. cod. de
accus.

Ne alienam salutem in dubium ducat , qui de suā
desperavit. Paul. sentent. 1 , 12 , paragr. ult.

Apud nos torquetur si damnatus est morti , & ei quasi
creditur dum ipse confessus est.

Interrogandus est reus generaliter quis id fecerit ?
Non specialiter an Lucius Titius ? Quod magis sug-
gerentis quām requirentis videtur. l. 1 , §. 21 , h. t.
nisi Lucius Titius conscientius sit ejusdem criminis.

2489. Reorum confessiones pro exploratis facinoribus
haberi non oportet , si nulla alia probatio judicem
instruat , l. 1 , paragr. 17 , h. t.

Perindè D. Augustus constituit , neque adeò fidem
quæstioni adhibendam , l. 1 , h. t.

Nonnumquām enim aut metu , aut quā alia de
causā , in se confitentur , l. 1 , paragr. 27 , h. t.

Et in alias. ibid. paragr. 23.

Unde mentietur qui ferre poterit , mentietur qui ferre
non poterit. Grotius de jure belli.

Quare res est fragilis , & periculosa , & quæ veri-
tatem fallat. d. paragr. 23.

Idcirco quæstionis fides nec semper , nec tamen
numquām habenda. ibid.

Item , vocantibus eos à quibus apprehensi , custo-
ditivē sunt , facile credi non oportet , l. 4 , cod. h. t.

Ex his , rei depositionem supplicii tempore neminem
onerare colligit. Goth. in l. 3 , §. 1 , ad S. C. Silan.
ubi confessio seu depositio morientis & offensi , non
auditur , quamvis adversus servos.

Non obstat quod nemo moriens arbitratur divini
timoris immemor , l. ult. cod. ad l. Jul. repet. cùm
nec testatori credatur , vide 1187,

2490. A suspectissimo incipiendum est , l. 1 , §. 2 , h. t.
Et à quo facillimè posse verum scire Judex credide-
rit. *ibid. id est* , à debiliore.

TIT. XIX. *De pœnis.*

Cod. IX , 47. Nov. 134 , cap. 13.

2491. Facti quæstio in arbitrio est judicantis , pœna
verò à legis auctoritate reservatur , l. 1 , §. 4 , ad
S. C. Turpill.

Et non nisi quâque lege , vel quo alio jure , huic
delicto imposta , l. 131 , §. 1 , de verb. signif.

Multa nomen est specialis peccati , cuius animad-
versio pecuniaria est. *ibid.*

*Item , pœna irrogatur , non quia peccatum est , sed ne
peccetur. Cujac. h. t.*

*Quia revocari præterita non possunt , sed carentur
futura. ibid.*

2492. Ibi est pœna , ubi noxia est , l. 22 , cod. h. t.

Delicta enim & noxae , caput sequuntur , l. 1 , pa-
ragr. 18 , depositi.

Näm unusquisque ex suo admisso sorti subjicitur ,
nec alieni criminis successor constituitur , l. 26 , h. t.

*Idcirco nullum patris delictum , innocentis filio
pœna est , l. 2 , paragr. 7 , de Decur.*

Ut ab honoribus prohibeatur. *ibid. vide tamen*

2417.

Nec casus patris aufert dignitatem filio jam quæsi-
tam. l. 34 , paragr. ult. de ritu nupt.

2493. Perspiciendum est judicanti ne quid aut durius ,
aut remissius constituatur , l. 11 , h. t.

Nec severitatis , aut clementiae gloria affectanda est.
ibid.

Planè in levioribus causis , pronior ad lenitatem esse
debet. d. l. 11.

Pœnae enim molliendæ sunt potius quam asperan-
dæ , l. 42 , h. t.

Et in pœnalibus causis benignius interpretandum ,
l. 197 , paragr. 2 , de regul. jur.

In gravioribus verò pœnis severitatem legum cùm

498 Lib. XLVIII , Tit. XIX.

aliquo temperamento benignitatis subsequi oportet ;
l. II , h. t.

Verum non remitti poenam facile publice intereat ,
ne ad maleficia temere quisquam prosiliat . l. 14 ,
cod. h. t.

2494. Viro bono non convenit credere alicujus inter-
esse quod animo sanguinis satisfactum non fuisset ,
l. 6 , paragr. 1 , de serv. expert.

Enim vero poenae non irrogatae indignatio , solam du-
ritiem continet . l. 7 , eod. t.

2495. Consideranda sunt 7 , modis criminis , causâ ,
personâ , loco , tempore , qualitate , quantitate , &
eventu , l. 16 , §. 1 , h. t. vide 2305.

Item , aut facta puniuntur , aut dicta , aut scripta ,
aut consilia , l. 16 , h. t.

Alios enim suadendo juvisse , sceleris est instar . ibid.
vide 596 , 2316.

Item , delinquitur aut proposito , aut impetu , aut
casu , l. 11 , §. 2 , h. t.

Refertque & in majoribus delictis consulto aliquid
admittatur , an casu , l. 5 , §. ult. h. t. vide 2390 ,
2443.

De conatu. vide 2442.

2496. Acriter coercentur qui contemnere judicium
possunt , ob infamiam suam & egestatem , ll. 35 , de
injur. 1 , paragr. ult. h. t.

Et in eos qui inopiam laborant , corpus torquendum
est , l. 7 , paragr. 3 , de jurisd.

Et suo corpore luent , l. 6 , in f. cod. de sepulc. viol.
undè qui non solvit in ære solvat in cuto.

Item , severilis puniuntur famosi , quam integræ fa-
mæ homines , l. 28 , §. ult. h. t.

Et humiles quam honesti , ut 2437 , 1366 , 2357.

Honestiores enim fastibus non subjiciuntur , l. 28 ,
§. 2 , h. t. nec in metallum dantur . ibid. §. 5.

2497. Plura delicta concurrentia non faciunt ut ullius
impunitas detur , l. 2 , de priv. delict.

Nec ob aliud delictum poena minuitur . d. l. 2 , vide
2307.

2498. Supplicia exacerbuntur quoties nimium multis

personis grassantibus exemplo opus sit , l. 16 , in f. h. t. vide 2371.

Item , gravius vindicantur admissa in propinquos . l. 28 , §. 8 , h. t.

2499. Palam delinquentes ut errantes majore poenâ excusantur , l. ult. in f. de ritu nupt.

Clam committentes , ut contumaces plectuntur ibid.

Impunitas delicti propter ÆTATEM non datur , l. 7 , cod. h. t. si modò in eâ quis sit , in quam crimen cadere potest. ibid. vide 270 , 2484 , 2318.

2500. De SUSPICIONIBUS non debet aliquis damnari , l. 5. h. t. vide 2397.

Satiùs enim est impunitum relinqu facinus nocentis , quam innocentem damnare . d. l. 5.

Nec pœnâ capitali damnatur , nisi qui ita convictus fit , ut vix etiam ipse ea quæ commisit negare sufficiat , l. 16 , cod. h. t.

Vanae autem voces populi , non sunt audiendæ , quando absolvì noxiū , aut innocentem condēnare desiderant . l. 12 , §. 1 , cod. h. t.

2501. Prægnantis mulieris pœna differtur quoad pariat , l. 3 , h. t.

Quamvis ultimo supplicio damnatae , l. 18 , de statu hom.

In cæteris non differtur supplicii pœna , quidquid damnatus alleget , etiam si pro salute Principis , l. 6 , h. t.

Quis enim dubitat eludendæ pœnæ causâ , ad hæc recurrere ? Ibid.

Magisque puniendi qui tam diu conticuerant , quod pro salute Principis habere se dicere jactant. d. l. 6.

2502. Interdum punire permittitur , deinde scribere ad Principem reorum appellationum vel relationis causâ , l. 6 , §. 9 , de injust. rupt. vide 2529.

Si res moram non recipiat , putâ seditio prærupta , factioque cruenta. ibid. vide 2536.

Non pœnæ festinatione , sed præveniendi periculi causâ . d. §. 9.

Idem , apud nos si damnatus in supremo tribunali ad

500 Lib. XLVIII , Tit. XIX.

Principem recurrat , non verò si appellatio legitima sit.

2503. Damnatus ille est , ubi damnatio tenuit , l. 2 , inf. h. t.

Cum si provocet nondum damnatus videtur , l. 2 , §. ult. h. t. vide 2531 , 135.

Poenam verò suā dictam sententiā , Præsidi Provinciæ revocare non licet. l. 15 , cod. h. t. vide 2041.

2504. Illegitima poena est de falso præcipitari , l. 25 , inf. f. h. t.

Veneno necari , l. 8 , h. t. vel fame , l. 10 , de interd. & rel.

Vel carcere perpetuò contineri , l. 8 , §. 9 , h. t.

Vel quæstiōni subjici , l. 21 , de quæst.

Item , facies quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata , minimè maculetur. l. 17 , cod. h. t.

2505. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit , aliquatenus poena ejus sublevanda erit. l. 25 , h. t.

2506. Ultimo suppicio damnatus statim & civitatem , & libertatem perdit , l. 29 , h. t. si appellationi locus non sit.

Itaque præoccupat hic casus mortem. ibid.

2507. Qui civitatem tantum amisit , putà in opus publicum perpetuò datus , quæ juris gentium sunt habet , non quæ juris civilis , l. 17 , paragr. 1 , h. t.

In metallum damnati , si valetudine aut ætatis infirmitate inutiles operi deprehendantur , à Præside dimitti possunt , si cognatos habeant à quibus alantur , & non minus 10 ann. poenæ suæ functi sint. l. 22 , h. t.

2508. Solus Princeps potest dare remeatum exuli , l. 4 , inf. h. t.

2509. Poena tempore determinata contrà sententiæ fidem , ulterius non porrigitur , l. 8 , de postul.

Idcirco in 5º. interdictus , post 5 ann. postulare non prohibetur. d. l. 8.

Vel si ad tempus de ordine motus est , l. 3 , paragr. 1 , de Decurion.

Neque exageranda est sententia quæ modum in-

terdictioni fecerat. *d. paragr. 1, l. 1, cod. de his qui in exil.*

Dùm crimen ignominiam importat, in perpetuum de ordine movetur. *l. 5, de Decur.*

2510. Qui relegationi in tempus non obtemperat, perpetuo relegatur, *l. 4, h. t.*

Si in perpetuum daminatus esset, deportatur. *d. l. 4.*

Si deportatus, poena capitis irrogatur. *ibid. l. 28, paragr. 13, h. t.*

Qui in opus publicum damnatus refugit, duplicito tempore quod ei supereft damnari solet, *l. 8. paragr. 7, h. t.*

Ubi decennii tempus supereft, aut perpetuatur poena, aut in opus metalli transfertur. *d. paragr. 7.*

CONTUMACIA enim cumulat poenam. *l. 4, h. t.*
2511. Iterdictus certâ civitate, nec in urbe Româ morari debet, *l. ult. de interd. & releg.*

Nec in civitate in quâ versatur Princeps, vel per quam transit. *ibid.*

Si de Provinciâ certâ, nec in Italiâ, *l. ult. cod. serv. export.*

Ne qui caretur minoribus, fruatur majoribus. *l. 5, de serv. export.*

2512. His datur multæ dicendæ jus, quibus publicè judicium est, & non aliis. *l. 2, §. ult. de judic.*

2513. *Extrema NECESSITAS excusat à pœnâ furti.*
Goth. in *l. 122, de regul. jur.* quod enim non est licitum in lege, necessitas facit licitum. cap. quod non est extra. de reg. jur. vide *524, intellige si panem furatus sit, aut modicum ad emendum panem.*

Attamen non ignoscitur ei qui obtentu paupertatis, turpissimam vitam egit. *l. 43, §. 5, de riu nupt.*

2514. Remissa propter inopiam multa exigi non debet, *l. 6, paragr. ult. de off. Præsid.*

Quamvis postea sit solvendo. glos. ibi. in v. reprehensa.

TIT. XX. *De bonis damnatorum.*

2517. Depositum à reo capitalis judicii, cuius bona publicata sunt, in publicum deferendum est, nec ei qui dedit restituendum, *l. 31, depos.*

- Malè enim meritus , ut exemplo ad deterrenda maleficia sit , etiam egestate laborare debet. *ibid.* vide 2417.
2518. *In publicatis uxoribus bonis , omnes omnino maritus salvæ actiones contra fiscum habet , l. 4 , h. t.* vide 2555.
- Et pupillus in bonis tutoris. *l. 5 , cod. de bonis proscr.*
2519. Pannicularia , id est , spolia ejus qui ad suppli- cium ducitur , spiculatores , sed non ultrà sibi vindicent , *l. 6 , h. t.*
- Cætera ad ea servantur quæ jure Præsidum solent erogari. *ibid.*
2520. Damnatione bona publicantur , cùm aut vita adimitur , aut civitas , *l. 1 , h. t.* vide 2480.
- Non si deceperit pendente appellatione , *l. 11 , h. t.*
In fraudem verò res alienatæ revocantur , *l. 45 , de jure fisci.*
- Vel si non aquisitæ. *ibid.*
2521. Antè concepti filii , & potest damnationem nati , portiones ex bonis patrum damnatorum accipiunt , *l. 1 , paragr. 1 , h. t.*
2522. *Si absens damnetur , vide 2480 , abrogatio conficationis.* *ibid.*
Si testamentum fecerit , 1493 ; de abolitione , 2477.
- TIT. XXIV. De cadaveris punitorum.**
2527. Corpora animadversorum quibuslibet petenti- bus ad sepulturam danda sunt , *l. 3 , h. t. l. 11 , cod. de relig. & sumpt.*
- Item , & Medicis. Goth. in l. 3 , h. t.*
2528. *Ubi furcæ fingendæ ? Vide 2381.*
-
- LIBER XLIX.
- TIT. I. De appellationibus , & relationibus.**
- Cod. VII , 62 , 61. Nov. 23 , 49 , 93 , 119 ; cap. 4 , 82 , cap. 46 , 12 & 14.
2529. *A PPELLATIO est querela non acquiescentis A sententiæ minoris Judicis. Cujac. h. t.*

RELATIO est *consultatio Judicis ad Principem.*
ibid. vide 2502.

2530. Appellandi usus quām sit necessarius , nemo est qui nesciat , *l. 1, h. t.*

Cūm iniquitatem judicantium , vel imperitiam corrigat. *d. l. 1.*

Licet nonnunquam benē latas sententias , in pejus reformat. *ibid.*

Nec ex hoc judicem oportet , injuriam sibi fieri existimare. *l. 20, cod. h. t.*

2531. Provocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatio , *l. 1, inf. ad S. C. Turpill. intellige in criminalibus.*

Quamvis injusta appellatio visa sit , *l. 6, paragr. 1, de his qui not. inf.*

Si omnia provocationis tempora lapsa sunt , retro infamis est. *d. paragr. 1, vide 175.*

2532. Cuilibet provocare permittitur nomine ejus qui ad supplicium ducitur , *l. 6, h. t.*

Etsi resistat qui damnatus est , perire festinant. *d. l. 6.*

*In Galliā non admittuntur renuntiationes appellatio-
nis in criminalibus. Goth. ibi. nec unquam consensus
reis nocet. Ordin. 1670, 25, 3. Item , nemo audi-
tur perire volens. Goth. ibi.*

*Item , executio pænae semper remittitur ad Curiam
licet appellatum non sit. d. Ord. 26, 6.*

2533. A senatu ad Principem non appellatur , *l. 1, &
quib. appel.*

Nec ab executori sententiæ. *l. 4, h. t. quod fallit
jure gallico. Goth. ibi.*

2534. Non solent audiri appellantes , nisi hi quorum
interest , *l. 1, de app. recip.*

Hi verò audiuntur , licet à sententiâ inter alios dic-
tâ appellaverint. *l. 5, h. t.*

2535. Intrâ 10 dierum spatium à recitatione senten-
tiæ numerandum , libellos appellatorios (*sive Apof-
tolos , l. 6, inf. cod. h. t.*) offerre debet. *Nov. 13,
cap. 1.*

*In Galliā post 10 & post 20 annos. Goth. in
hodiè. cod. h. t. & usque ad 30 apud nos.*

2536. Si res dilationem non recipit, non permittitur appellare. *l. 7, de appell. recip. vide 2502.*
2537. DESERTA provocatio existimatur intrà dies solemnitatibus præstitutos, moxque *fiscale* debitum exigitur. *l. 18, cod. h. t.*
2538. Si plures damnati sint, hi soli appellasse videntur quorum nomina libellis sunt comprehensa, *l. 3, paragr. 2, h. t.*
Ejus qui appellavit victoria, ei quoque prodest qui non appellavit, l. 1 & 2, cod. si un. ex plur. in Gallia non prodest. Goth. in d. l. 2.
Et unius loco numerantur. l. 9, de paci. intellige si correi sint, vide 2221.
2539. Non videtur acquiescere qui appellat, adversus eos quorum nomina comprehensa non sunt in libello. *l. 3, paragr. 1, h. t.* nec præscribendum ab his cùm omnium una causa sit. *ibid.*
2540. Omissa in judicio persequuntur apud eum qui de appellatione cognoscit, *l. 6, paragr. 1, cod. h. t.*
Quæ non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur. l. 4, cod. de temp. & repar.
2541. Qui appellat prior agit. *l. 29, de judic.*
2542. Mediocriter poenam sustinere debet, qui temere appellat, *l. 6, paragr. 4, cod. h. t.*
Plectitur verò qui conviciatur Judici à quo appellat, l. 8, h. t.
Et infamia notatur. l. 42, de injur.
2543. Si error CALCULI in sententiâ sit, sine provocatio remedio corrigitur, *l. 1, paragr. 1, qu. sent. fine app.* nec veritati affert præjudicium, *l. un. cod. de err. calc.*
Nisi sententia vel transactio intervenit. ibid. super errem calculi.
Calculi error & post vicennium admittitur. l. 8, de adm. rer. ad civ. pert.
2544. Lite pendente nulli licet Imperatori supplicare. *tit. cod. ut lite pend. vide 2688, §. 42.*
Qui licitam provocationem omisit, perpetuò silere debet. l. 3, cod. eod. t.
2545. Tertiò provocare non licet. *tit. cod. ne lit. in 411.*

Nihil innovandum appellatione interposita, t. nih.
innov.

2546. Qui appellavit si aliam causam habeat, non pos-
test eundem Judicem ex eo recusare, l. un. ap. eum
à quo. vide 2688, paragr. 1.

Nec utetur hoc prætextu, quasi ad offensum Judi-
cem non debeat experiri, cùm possit denuò prove-
care. d. l. un.

T I T. XIV. *De jure fisci.*

Cod. X, 1, VII, 73.

2547. Non puto delinquere eum qui in dubiis quæstio-
nibus, contrà fiscum facilè responderit. l. 10, h.t.

Præsertim agentem actione pænali ad pænam, & ac-
tione privilegiatâ. Goth. in d. l. 10.

Item, quod communiter omnibus prodest, hoc
rei fiscalis utilitati præfertur. l. 1, paragr. 14, cod.
de cad. toll.

2548. A fisco concessâ cùm adjacentibus & fructibus
& omni jure tradenda sunt, l. 2, cod. de bon. vac.

Item, fiscus bona concedendo, videtur etiam obli-
gationes concedere, l. 21, de verb. signif.

Beneficia enim Principis quâm plenissimè interpre-
tare debemus, l. 3, de const. Princ.

Ea verò ipsi Principes solent interpretare. l. 43, de
vulg. & pup. vide 27.

2549. Quæcumque quæstio apud fiscum 20 ann. silentio
præscribitur, l. 3, de requ. vel. absent. l. 13, de
div. temp. veluti si bona vacantia non occupaverit, l.
2, paragr. 3, de requir. vel absent.

Exceptis casibus in quibus minora tempora servan-
tur. d. l. 13.

Usucapio adversùs fiscum non procedit, l. 18, de
usurp. & usuc.

Ex bonis verò vacantibus nondum nuntiatis, emp-
tor diutinâ possessione capit. ibid.

Vacantium honorum nuntiatio quadriennio finitur,
l. 1, paragr. 2, h.t.

Vel quinquennio ex causâ commissi. l. 2, cod. de
peccig.

2550. Fiscus semper idoneus est, & solvendo, l. 2, in f. de fundo dot.

Nec solet fiscus satis dare. l. 1, §. 18, ut legat. seu fideic.

2551. Fiscus semper habet jus pignoris, l. 46, §. 3, h. t.

Quamvis specialiter id non exprimatur, l. 2, cod. in qu. caus. pign.

Idcirco præfertur omnibus hypothecam non habentibus.

Goth. in l. 4, cod. de priv. fisc.

Etiam adversus causam dotis posteriorem, l. 2, cod. eod. t. vide 2518.

Item, in postquæsitis, licet obligata sunt quæ habituras esset debitor, l. 28, h. t. vide 1068.

Si fiscus priori creditori successit, ipsius jure utitur. l. 3, §. 7, h. t.

Si posteriori, habet privilegium suum. l. 6, h. t.

2552. Imperator vel Augusta heredes institutit, jus commune cum cæteris habent, l. 7, cod. qu. test. fac. poss.

Nec ex imperfecto testamento capere possunt, l. 3, cod. de testam.

Item, fiscus succedens iisdem conditionibus parere debet, l. 60, paragr. 1, de cond. & dem.

Et fideicommissario cedit, modò dies venerit, l. 48, paragr. 1, h. t.

Item, quod Principi relictum est, si ante conditionis eventum vitâ functus est, successori ejus debetur, l. 56, de legat. 2.

Fallit si Augustæ, l. 57, eod. t. quamvis in cæteris Augusta privilegium fisci habeat. l. 6, in f. h. t.

2553. Si intestati legitimus heres non est, fiscus succedit, ll. 1, 4, cod. de bon. vac.

2554. RESPUB. minorum jure uti solet, l. 4, cod. qu. ex. caus. maj. vide 2707.

Idem judicatum erga Regem. Guid. Pap. decis. 302.

Omnibus chirographariis creditoribus præfertur, l. pen. in f. de priv. cred. sive de reb. aut. jud. poss.

Etiam ex nudo pacto, debentur civitatibus usuræ. l. 30, de usur.

2555. Fiscalium poenarum petitio creditoribus post-

ponitur, *ll. 17, 37, h. t. un. cod. pæn. fisc. cred.*
vide 2688, paragr. 46.

Nec possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt, *l. 11, h. t.*

Id enim honorum cuiusque intelligitur, quod æri alieno superest. l. 11, h. t. l. 39, §. 1, de verb. signif.
2556. Prius heredes quam successores, fiscus convenire debet, *l. 47, h. t. l. 1, cod. de cony. fisc. deb.*

2557. Fiscus ad omnium vestigialium præstationibus immunis est, *l. 9, paragr. ult. de public. & vict.*

Item, Edictum ædilitium non pertinet ad venditiones fiscales. l. 1, paragr. 3, de ædil. edict.

2558. Res NAUFRAGE expulsæ ad litus, ad dominos pertinent, nec fiscus sese interponit, *l. 1, cod. de naufr. vide 2344, 1994.*

Quid enim jus habet fiscus in calamitate, ut de rem luctuosâ compendium sectetur. *ibid.*

Imò intrà annum sub tutelâ regiâ sunt. Edicto 1681, lib. 4, tit. 9, art. 1, quo exacto, nullis requirentibus, dividuntur inter Regem vel Dominum feudi hoc jus habentem, & Praefectum maris (l'Amiral) ibid. art. 26.

2559. Fiscus ex suis contractibus USURAS non dat, sed ipse accipit, *l. 17, paragr. 5, de usur.*

Dare verò solet si in locum privati successit. *ibid.*

Si quis instrumenta in causam fisci pertinentia cum possit exhibere non exhibet, ea subtrahita esse creduntur, & nocitura ejus causæ. *l. 2, paragr. 1, h. t.*

Si contrà fiscum judicatum est, intrà triennium retractari potest, *l. un. cod. de sent. adv. fisc.*

Et ultrà, si prævaricatio, vel fraus probetur. *ibid.*

Si sine advocate fisci, nihil actum est. *l. 7, h. t.*

Fisco solvens, privilegio succedit. *l. 2, cod. de his qu. in pr. vide 2638.*

TIT. XV. De captivis, & de postliminio, &c.

Cod. VIII, 51.

2560. Retrò creditur in civitate fuisse qui ab hostibus advenit, *l. 16, h. t.*

Si reversus non est, quasi tunc decepsisse videtur
cum captus est. l. 18, h. t.

TIT. XVI. *De re militari.*

Cod. XII. 36.

2561. MILES qui in commeatu agit, non videtur
Reip. causâ abesse, l. 1, h. t. id est, vagando. *Glossa ibi.*

Sed tantum cum discedere signis sine periculo non
potest, l. 45, ex qu. caus. maj.

Videtur quoque abesse, dum domum vadit aut re-
dit, l. 35, paragr. 9, eod. t. modò licentium habeat.

In eâ causâ sunt qui à militibus affervantur minif-
teriis, l. 10, eod. t.

Inter milites non sunt recipiendi judicio publico
damnati, l. 4, paragr. 7, h. t.

Nec ille qui metu criminis, nomen militiae dedit, si
jam reus postulatus est, l. ult. h. t.

Nec si in fraudem civilium munerum, l. 2, cod. qui
milit. pos.

Vel si litis causâ militiam adpetierint, l. 1, pa-
ragr. 8, eod. t.

Privilegia militum ad alienam injuriam porrigi non
oportet. l. 40, de adm. & peric. tut.

TIT. XVII. *De castrensi peculio.*

Cod. XII, 37, 31.

2562. CASTRENSE peculium est quod à parentibus
vel cognatis, in militia agenti donatum est, l. 11.
h. t.

Vel eunti in militiam, l. 1, cod. h. t.

Dum in potestate est. d. l. 1.

Et quod ipse filius fam. in militâ acquisivit, quod
nisi militaret acquisitus non esset. dd. ll.

Vel in palatio Principis, l. un. cod. de cast. omn.
palat.

Vel quovis Principis beneficio, etiam fœminæ. l.
7, cod. de bon. qu. lib.

In eo nullum jus patris est. *ibid. l. 3, cod. h. t.*
 Et filiifam. vice patrum fam. funguntur, *l. 2, ad S. C. Maced.*

Actionem persecutionemque eastrensum rerum, semper filius etiam invito patre habet, *l. 4, §. 1, h. t. vide 794.*

In his cessat S. C. Macedonianum. *l. 1, §. ult. & l. 2, ad S. C. Maced.*

2563. QUASI CASTRENSE est quod togâ, foro, vel beneficiis Ecclesiasticis acquiritur. *l. 34, cod. de Episc. & Cler. auth. præsbyteros, post l. 34, eod. t. l. 7, cod. de assiss. l. 4, cod. de advoc. div.*

2564. Cætera de peculio, *vide 793....*

TIT. XVIII. *De veteranis.*

Cod. XII, 47.

2565. VETERANIS itâ demum vacatio jure conceditur, si post vicesimum annum honestam vel causariam missionem consecuti sunt. *l. ult. cod. de his qui non impl. vide 1419.*

L I B E R L. ff. t. 1.

TIT. I. *Ad Municipalem, & de incolis.*

Cod. X, 38, 39.

2568. MUNICIPES dicimus suæ cuiusque Civitatis cives, *l. 1, paragr. 1, h. t. five municipii. Goth. ibi.*

Vel eodem municipio nati, l. 228, de verb. sign.

INCOLA est qui aliquâ regione domicilium suum contulit, *l. 239, paragr. 2, eod. t.*

Unde cives origo, incolas domicilium facit. *l. 7, cod. de incol.*

2569. DOMICILIUM est ubi quis negotiatur, contra-

Y iij

310 Lib. XLIX. Tit. XVIII.

hit , festos dies celebrat , l. 27 , paragr. 1 , h. t.

Ubirerum & fortunarum summam constituit , undē non est discessurus si nihil avocet , undē cùm profectus est peregrinari videtur , l. 7 , cod. de incol.

Non ubi colendi causā diversatur , l. 27 , paragr. 1 , h. t.

Nec ubi studiorum causā , nisi 10 annis transactis .
l. 2 , cod. de incol.

Nec ubi sola domus possessio est , l. 17 , §. 13 , h. t.

2570. Duobus locis domicilium quis habere potest , l. 6 , paragr. 2 , h. t.

Licet difficile est , l. 27 , paragr. 2 , h. t.

Saltem & pluribus , si in his ex æquo negotietur , l. 5 , h. t.

Senatoria dignitas domicilii adjectionem dedisse , potius quam permutasse videtur , l. 11 , de senat. dignitatis dictum. l. 8 , cod. de incol.

2571. Difficile est , sine domicilio esse quemquam , l. 27 , paragr. 2 , h. t.

Nisi si quis domicilio relicto , naviget , vel iter faciat , quærens quod se conferat . ibid.

2572. Placet etiam FILIOSFAM. domicilium habere posse , l. 3 , h. t.

Non utique ubi pater , habuit , sed ubicumque ipse domicilium constituit . l. 4 , h. t.

2673. MULIERES ex personā mariti domicilium habent , l. 13 , cod. de dignit. scilicet posterioris. ibid.

Viduae mariti domicilium retinent , sicut & dignitatem . l. 22 , paragr. 1 , h. t. vide 52.

2574. Re & facto domicilium transfertur , non nudā protestatione , l. 20 , h. t. & ibi glos.

Ubi velit modò ei interdictum non sit , l. 31 , h. t.

Privilegium fori supervenientis , inutile est ei qui jam in jus vocatus est , l. 7 , de judic. vide 313.

Nec mutatio fori , seu domicili prodest post suscep-
tam cognitionem , l. 19 , de jurisd.

Quamvis miles vel clericus factus esset , l. ult. cod.
de in jus voc.

2575. MILES ibi domicilium habere videtur , ubi me-
ret , l. 23 , paragr. 1 , h. t.

Si nihil in patriā possideat . ibid.

TIT. II. *De Decurionibus, & filiis eorum.*

Cod. X, 31, Nov. 38.

2576. Nulli patriæ suæ administratio, sine speciali permisſu Principis permittitur. *tit. cod. ut nulli patr.*

Imò apud nos cæteris p̄eponuntur quorum non interest, modò jus eligendi à Principe concessum sit.

2577. Decuriones dicti sunt, ex eo quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum consilii publici gratiâ conscribi solita sit. *l. 239, paragr. 5, de verb. signif.*

2578. Magistratus municipales cùm unum magistratum administrent, unius hominis vicem sustinent, *l. 25, ad municip.*

Proindè cùm officium sit individuum, periculum commune est, nisi alter vel cautio solvendo esset quo tempore conveniri potuit, l. 11, eod. t. vide 2613.

Item, ea quæ magis imperii sunt quam jurisdictio- nis facere non possunt, l. 26, eod. t.

CONSULES dicti ab eo, quod plurimum Reip. consulerent. *l. 2, paragr. 16, de orig. iur.*

2579. TERRITORIUM est universitas agrorum, intrà fines cuiusque civitatis, *l. 239, §. 8, de verb. signif.*

Dictum ab eo quod magistratus ejus loci, intrà fines terrendi jus habent. *ibid.*

TIT. IV. *De muneribus, & honoribus.*

2580. MUNUS est publicum officium, ex quo com modum ad cives pervenit, *l. 239, paragr. 3, de verb. sign.*

Sive administratio Reipubl. sine dignitate. Cujac. h. t.

HONOR est administratio cum dignitate. ibid.

2581. Nec honor nec munus, in eādem domo conti nuari oportet, *l. 1, cod. h. t.*

Nec ad iterationem quisque compellitur, cum alii nondum initiati sunt, l. 52, cod. de Decur.

Nisi si alii idonei non sint, l. 14, paragr. ult. h. t. vide 2590.

Item, honorem sustinenti, munus imponi non potest, l. 10, h. t.

Munus verò sustinenti, honor deferri potest. *ibid.*

2582. Hospitia militum per vices suscipiuntur, l. 3, paragr. 13, h. t.

Civilia enim munera per ordinem pro modò fortunarum, sustinenda sunt, l. 1, cod. de mun. patr.

Ne sine discriminè & frequenter iisdem oppressis, simul viris & viribus Respub. destituantur, l. 3, paragr. 15, h. t.

Item, ne tenuis vitæ homines, sub prætextu adventus officiorum seu militum lumine unico, vel brevi suppellestili ad aliorum usus translati, vexentur, Præses Provinciæ providebit, l. 6, paragr. 5, de off. *Præsid.*

2583. Magistratus in municipio creatus, fungi munere cogitur, remedii quibus tutores solent cogi ad munus agnoscendum, l. 9, h. t. vide 1377.

Et invitatus judicare cogitur, l. 13, paragr. 2, de vac. & excus.

Civitatis Princeps dicitur. l. 15, §. 9, de excusat.

2584. Consideratur persona, origo natalium, facultates, de honoribus sive munieribus gerendis cum quaeritur, l. 14, §. 3, h. t.

Et ætas annorum 25, l. 8, h. t.

Annus autem cæptus, pro pleno habetur favoris causâ. *ibid.* vide 1869.

Secus in septuagenariis. vide 2593, 1413.

2585. Gradatim honores deferuntur, ut à minoribus ad majores perveniatur, l. 11, h. t.

Nec priùs majorem magistratum quisquam, nisi minorem suscepit gerere potest, l. 14, §. pen. h. t.

2586. Cæteris cæstantibus, cæteros honoris ordine præcellit, qui plures liberos habet, l. 6, §. ult. de Decur.

Et pater non habenti filios antefertur, *l. 9, cod. de Decur.*

Et qui aliquo honore functus est, *l. 1, de albo scrib.*
2587. Exactio tributorum onus patrimonii est, *l. 3,*
paragr. 11, h. t.

Nec inter fordida munera habetur. *l. 17, §. 7, ad munic.*

TIT. V. De vacatione, & excusatione munorum.

Cod. X, 45, 47, & sequ.

2390. Ab honoribus ad honores eosdem, quinquennii datur vacatio, *l. 2, cod. de mun. & hon.*

Triennii ad alios. *d. l. 2.*

Intervalla temporum in continuandis oneribus invitatis, non etiam volentibus concessa sunt, *l. 18,*
ad munic.

Nisi si alii non sint idonei qui hoc munere fungantur, *l. 14, paragr. ult. h. t. vide 2581.*

Quoties enim penuria est eorum qui magistratum gerant, immunitas ad aliquid infringitur, *l. 11,*
paragr. 2, de mun. & honor.

Non ita tamen ut impuberes admittantur. *l. 2, §. 1, de jure imm.*

2591. Ante 3 menses nominari debent magistratus municipales, ut si querimonia eorum justa videatur, aliis subrogetur, *l. 1, cod. de magistr. mun.*

2592. Omnis EXCUSATIO suâ æquitate nititur, *l. 1, h. t.*

A muneribus verò quæ patrimoniis injunguntur, nulla prærogativa excusat, *l. 6, paragr. 4, de muner.*

Quia rei propriæ coherent, *l. 11, h. t.*

Et ipsi minores eis subjugari solent, *l. 7, cod. de mun. patrim.*

Et mulieres, *l. 9, eod. t.*

Et surdus & mutus, *l. 7, §. 1, de Decur.*

Quando Ecclesia? Vide 2092.

Omnis pro modo fortunarum, l. 1. cod. de mun. patrim.

2593. Septuagenarius personalium munerum vacatio-
ne perfruitur, l. 10, cod. de Decur. vide 1413.

Namque majores nostri penè eundem honorem se-
nibus, quām magistratibus tribuebant, l. 5, de jure
immun. vide 75.

Semperquè senectus venerabilis fuit. *ibid.*

Verum si septuagesimus annus solummodo incep-
tus sit, vacatione non utetur, l. 3, eod. t. vide 1413.

Item, non excusat si munus honori suscep-
to co-
hæreat, l. 2, §. 1, h. t.

Vel si anteā ad munus vocatus sit, l. 5, §. 7, de jure
immun.

Vel si maximè munus pecuniæ erogationem ha-
beat, nec facile in civitate sufficientes inveniantur.
l. 5, eod. t. vide 2581.

2594. Valetudo excusat. *tit. cod. qui morbo*, & l. 13,
h. t. vide 1413.

Non podagra, nisi rebus propriis intercessum com-
modare non possit, l. 3, cod. *qui morbo*.

Nec si minus audiens sit, l. 2, §. 6, h. t.

Nec corporis debilitas in his quæ consilio implentur.
l. 2, §. pen. h. t.

2595. Quinquè liberorum numerus excusat, l. 8, h.
t. l. ult. cod. de his *qui num.*

Viventium, præterquām si in bello filius amissus
sit, l. ult. h. t. cur ita? *Vide* 1415.

A susceptis muneribus non excusat, l. 2, §. 3, h. t.
si posteā liberos suscipiat. *ibid.* l. 5, §. 7, de jure
imm.

Plures nepotes ex filio *præmortuo* pro uno tantum
numerantur. l. 2, §. 7, de excusat. tut.

2596. Imperfectæ excusationes non juvant, l. 15, §.
11, de excusat. tut.

Idcirco 65 anni & 3 liberi non excusant l. 1, in
f. h. t.

2597. Nec 3 tutelæ simul injunctæ diversarum do-
muum à munib. civilibus excusant. l. 3, cod. de
excus. mun.

2598. Et liberalium studiorum antistites , & medici immunitatem habent , l. 1 , cod. de decr. Decur.

Si in numero eorum sint , quibus beneficium conceditur , l. 1 , cod. de profess. vide 1419.

Non autem philosophi à muneribus quæ sumptibus expediuntur , l. 8 , paragr. 4 , h. t.

Etenim verè philosophantes pecuniam contemnunt. ibid.

Et turpe est , ut patriæ functiones ferre non possint , qui etiam fortunæ vim se ferre profitentur , l. 8 , cod. de profess.

Excusantur verò philosophi approbati. d. l. 8 , & philosophiae preceptores , l. ult. eod. t.

Non tamen pueros primas litteras docentes. l. 2 , paragr. ult. h. t.

2599. Qui MILITAT excusatur , l. 3 , paragr. 1 , de muner. vide 1419.

Sed non à jam suscepto munere , si defugiendi oneris municipalis gratiâ , militia suscepta sit. l. 4 , paragr. ult. de muner. vide 2561.

2600. CLERICI personalium munerum expertes sunt , l. 6 , cod. de Episc. & Cler.

Et ostiarii & acolyti. d. l. 6.

Quando realium ? Vide 2099.

2601. Ei qui certâ conditione muneribus vel honoribus se adstrinxerit , cum aliâ compelli non posset invitatus , fides servanda est & conditio , l. 2 , de jure imm.

Nec privilegium amittit in cæteris. l. 2 , cod. de his qui sp.

2602. Personis datæ immunitates , heredibus non relinquuntur , l. 1 , paragr. 1 , de jure imm.

Si generi posterisque datæ , ad eos qui ex foeminiis nati sunt non pertinent. l. 1 , in f. eod.

2603. Eodem tempore idem duas curas operis non administrabit , l. ult. paragr. 1 , h. t. vide 2581.

Nisi sponte susceperit. l. 1 , §. 1 , de oper. pull.

TIT. VII. *De legationibus.*

Cod. X, 63.

2606. Si quis legatum hostium pulsasset, contrà ius gentium committit, l. ult. h. t.

Quia sancti habentur legati. *ibid.*

2607. Præcipitur civitatibus, ne plures quam ternos legatos mittant, l. 4, paragr. 6, h. t.

Nec debitores Reipub. l. 4, h. t.

TIT. VIII. *De administratione rerum ad ciuitates pertinentium.*

Cod. XI, 30. Nov. 95.

2609. Bona CIVITATIS abusivè publica dicta sunt, l. 15, *de verb. sign.*

CIVITATES enim privatorum loco habentur. l. 16, *eod. t.*

2610. Si is qui bona Reip. jure administrat, mutuam pecuniam pro ea accipiat, potest rem ejus obligare, l. 11, *de pign. & hypot.*

Si ad utilitatem civitatis pecuniæ versæ sunt, l. 27, *de reb. cred.*

Alioquin, ipsi soli qui contraxerunt, non civitas tenebuntur. d. l. 17.

2611. Etiam diligentiam debent magistratus, l. 6, h. t. sive administratores rerum civitatum, l. 17, paragr. 7, *de usur.* & pecuniæ quæ apud curatorem reip. remansit usura exigenda est, l. 9, h. t.

Non tamen de pecuniâ quam exigere non potuit, d. l. 9, h. t.

Nec de eâ quam ex detimento solvit. l. 24, *ad munic.*

2612. Fidejussiones magistratum poenalibus actionibus non adstringuntur, l. 17, paragr. ult. *ad munic.* vide 2238.

Eos enim damnum Reip. præstari satis est. *ibid.*

2613. Prior convenientius est qui geslit, exemplo tutum, l. 3, h. t. vide 1320.

Licet in solidum teneantur curatores communis officii. d. l. 3, vide 2578.

Si pro indiviso, non si separatim eis mandatum sit. l. 2, cod. qu. quis. ord.

2614. Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet. l. 2, paragr. 1, h. t.

2615. In fortē inquietari non debent debitores pecuniae publicae, maximè si parient usuras, l. 33, de usur.

Modò benè collocatae. *ibid.*

Id est, sub pignoribus idoneis. *ibid. paragr. 1.*

Item, veteres conductores fundorum publicorum novis præferuntur si facta per alios augmenta suscipiant, ll. 4, ult. inf. cod. de loc. pr. civit.

Quamvis ingenti augmento, si perpetuarii sint. d. l. ult. in princ.

2616. *De Magistratibus municipalibus.* vide 2578.

TIT. X. *De operibus publicis.*

Cod. VIII, 12.

2619. Qui opus publicum extruxit, tenetur & ejus heres usque ad annos 15 ex opere perfecto, si quid vitii in ædificatione pervenerit. l. 8, cod. h. t.

2620. Præscriptio temporis juri publico non debet obsistere contrà ornatum, & commodum, ac decoram faciem civitatis, l. 6, cod. h. t. vide 2089.

Nec licet ædes ruinas in hortum convertere, l. 3, cod. de ædif. priv. vide 373.

Nisi consensu magistratum, & vicinorum non prohibentium. *ibid.*

2621. Pecunia in opera nova legata, prius in tutelam eorum operum quæ sunt convertetur, l. ult. h. t.

Si satis operum civitas habeat. *ibid.*

Si sufficiens pecunia non sit, in aliud convertetur Principis auctoritate, l. 4, de adm. rer.

Si illico modo celebrari jussit? *Vide 1663.*

2622. Juxtā publicas ædes non licet ædificare, nisi 15 pedum spatio interjecto. l. 9, cod. de ædif. priv. vide 552.

2624. *Si quis opus fieri pollicitus est, vide 2628; de pon-tibus, 2099.*

TIT. XI. *De nundinis.*

Cod. IV , 60.

2625. Sub prætextu privati debiti, in MERCATI-BUS atque nundinis concurrentibus, molestia non debet inferri. *l. un. cod. h. t.*

2626. Nundinis impetratis à Principe, non utendo decennii tempore usus amittitur. *l. i , h. t.*

TIT. XII. *De pollicitationibus.*

Cod. V , 11.

2628. POLLICITATIO est offerentis folius promis-fum, *l. 3 , h. t.*

Si ob justam causam, tenebitur ex pollicitatione, *l. i , paragr. 1 , h. t.*

Inter jura & privilegia municiporum hoc est, ut ex pollicitatione eis debeatur. Cujac. *h. t. ex l. 6 , paragr. 1 , inf. de muner.*

Quamvis sine causâ, modò cæperit facere opus quod Rēip. pollicitus est, *l. i , paragr. 2 , h. t.*

Tunc enim & heredes conveniuntur. *l. ii , h. t.*

2629. VOTO patresfam. obligantur puberes sui juris, *l. 2 , paragr. 1 , h. t.*

Non si filiusfam. sine patris auctoritate. *ibid.*

Præterquam religionis causâ, modò 16 ann. comple-verint. *Ordin. 1579 , art. 28.*

TIT. XIII. *De extraordinariis cognitioni-bus, & si Judex litem suam fecisse dicatur.*

Cod. VII , 49.

2631. Judex litem suam facit, cùm dolo sententiam dixerit, si evidens arguitur ejus vel gratia, vel ini-micitia, vel fordes, *l. 15 , paragr. 1 , de judic.*

Et quasi ex maleficio tenetur, *l. 5 , paragr. 4 , de obligat. l. ult. h. t.*

Existimationis dispendio , l. ult. cod. de pœn. jud. qu.

Et veram æstimationem litis præstat , l. 15 , paragr. 1 , de jud. d. l. ult.

Si per imprudentiam tenetur in quantum de eâ re , æquum religioni judicantis visum fuerit , l. ult. h. t.

Summus verò magistratus non potest in jūs vocari.
Goth. in l. 13 , de peric. & com.

2632. Qui diffidentiā justæ sententiae pecuniam vel judici , vel adversario dedit , amittit actionem , l. 1 , cod. de pœn. jud. qu.

Adversario dare licet apud nos , etiam in criminalibus.

Qui accepit in criminali causâ , confiscatis omnibus bonis , in exilium mittitur. auth. novo jure , cod. eod. t. intellige de eo qui crimen publicum suo nomine persequitur , quod non licet hodiè , vide 2395 , 2401.

2633. In heredem judicis hæc actio non competit. l. 16 , de judic.

T I T. XIV. *De proxeneticis.*

Cod. V , 1.

2635. PROXENETA conciliator est sive nuptiarum ; l. ult. cod. de sponsal.

Sive licitorum contractuum. l. ult. h. t.

2636. Proxenetica jure licito petuntur , l. 1 , h. t.

Ità tamen ut modus adhibeatur , & quantitatis & negotii , l. ult. h. t.

Non in nuptiis , nisi de hoc convenerit , l. ult. cod de sponsal.

Si pactum intercessit , non ultrà vicesimam partem dotis petuntur. d. l. ult. si dos ad 200 usque libras auri pertingit , si majoris quantitatis , non ultrà 10 lib. auri. ibid.

2637. Proxeneta non tenetur ex eo quod nomen laudavit , l. 2 , h. t. vide 878.

Nisi si dolo , vel calliditate. d. l. 2.

TIT. XV. *De censibus.*

Cod. XI, 57, IV, 47.

2638. Actiones à fisco præstantur *ei qui pro cæteris tributum solvit*, ut omnes pro modo prædiorum conferant. *l. 5, h. t. vide 2559, 1078.*

2639. Relevatur à censu qui frui certis ex causis non potuit, putà si agri portio chasinate (*un'abîme*) perierit, si vites mortuæ sint vel arbores aruerint, *l. 4, paragr. 1, h. t. vide 388, 1015.*

Modò non ipse exciderit. *ibid.*

2640. Censualis professio domino fundi præjudicare non solet, *l. 7, cod. de donat.*

Quamvis in finalibus quæstionibus census auctoritas sit sequenda, *l. 11, fin. regund. vide 554.*

Census enim & monumenta publica potiores sunt testibus. *l. 10, de probat.*

TIT. XVI. *De verborum significatione.*

Cod. VI, 38.

2641. MUNUS est donum cum causâ, *l. 194, h. t.*
Item, officium publicum. *l. 239, paragr. 3, h. t.*

2642. NATORUM appellatio & ad nepotes extenditur, *l. 104, h. t.*

Etiam posthumos, *l. 164, h. t.*

Appellatione FILII nepos videtur comprehendiri, & PATRIS nomine avus quoque demonstratur, *l. 201, h. t.*

Liberorum appellatione nepotes, pronepotes, cæterique qui ex his descendunt continentur, *l. 220, h. t.* sive virilis, sive fœminini sexus sunt, *l. 56, paragr. 1, h. t.*

Et in partem filii succedunt, *l. 1, paragr. 4, de suis & legit.*

NURUS appellatio etiam ad pronurum, & ultrâ porrígenda est, *l. 50, h. t.*

Appellatione PARENTIS etiam avus, & proavus, & deinceps continentur, & mater, & avia, & proavia. *l. 51, h. t.*

2643. Propriè BONA dici non possunt , quæ plus in-
commodi quam commodi habent , l. 83 , h. t.
Et nisi quod æri alieno supereft , l. 39 , §. 1 , h. t.
Habere enim sicut pervenire , cum effectu accipien-
dum est , l. 164 , in f. h. t. vide 2285.
SOLVENDO esse nemo intelligitur nisi qui soli-
dum potest solvere , l. 114 , h. t.
LOCUPLES est qui satis idoneè habet , pro magni-
tudine rei quam actor restituendam esse petit. l. 234 ,
paragr. I , h. t.
2644. Videtur RES ei abesse cui pretium abest , l. 14 ,
h. t. vide 409.
2645. Perfecisse ædificium is videtur qui ita consum-
mavit ut jam in usu esse poslit. l. 139 , paragr. I , h. t.
2646. Natura CAVILLATIONIS hæc est , ut ab evi-
denter veris per brevissimas mutationes , disputatio
ad ea quæ evidenter falsa sunt perducatur. l. 177 ,
h. t.
2647. DIES dicitur de mediâ nocte ad medium noc-
tem , l. 8 , de feriis.
Major pars est horarum septem primarum , l. 2 ,
paragr. I , h. t.
Dies utilis est , quo experiundi potestas est , l. 1 ,
de div. temp. præscr. vide 1114.
Quid in dilationibus? Vide 124.
2648. PARTITIO dimidium significat , si portio ad-
jecta non sit. l. 164 , paragr. I , h. t. l. 43 , de usuf.
2649. PALAM est coram pluribus , l. 33 , h. t.
1º. MULIERIS appellatione , etiam virgo viri po-
tentis continetur , l. 13 , h. t.
2º. Ter enixa videtur , etiam quæ trigeminos pe-
perit , l. 137 , h. t.
3º. PLEBS est , cæteri cives sine senatoribus , l.
238 , h. t.
4º. Verbum RECTE , pro viri boni arbitrio est , l.
73 , h. t.
5º. CORAM Titio , non videtur præsente eo fe-
cisse nisi Titius intelligat , l. 209 , h. t.
6º. FAMILIÆ appellatione , etiam liberi homines
qui bonâ fide serviunt continentur , l. 25 , paragr. 2 ,
de Ædil. Edic̄t. Vide 1677.

Et hi qui in potestate sunt. *d. paragr. 2.*

7°. Semper SEXUS masculinus, etiam foemini-
num sexum continet in *animale legato*, *l. 62*, *de
legat. 3°.*

8°. SPONSIO appellatur, omnis stipulatio pro-
missioque, *l. 7*, *h. t.*

9°. Adiectio PLURISVE, non infinitam pecuniā
continet, sed modicam, *l. 192*, *h. t.*

10°. Corpora quoque, PECUNIÆ appellatione
continentur, *l. 178*, *h. t.*

Item, & jura, *l. 222*, *h. t.*

11°. CONFESTIM sic erit accipendum, ubi pri-
mū potuit, *l. 2*, *paragr. 3*, *ad S. C. Tertyll.*

12°. Non ex opinionibus singulorum, sed ex com-
muni usū NOMINA exaudiri debent, *l. 7*, *paragr.
2*, *de suppel. leg.*

14°. LUCRUM non intelligitur, nisi omni danno
deducto, *l. 30*, *pro socio.*

Neque DAMNUM, nisi omni lucro deducto. *ibid.*

15°. SUPREMUS intelligitur, etiam post quem
nemo sit, proximus etiam antè quem nemo sit, *l. 34*,
de vulg. & pup.

Item, proximus est quem nemo antecedit, supre-
mus est quem nemo sequitur, *l. 92*, *h. t. vide 1922.*

Etiam & ille qui solus est, *l. 155*, *h. t.*

16°. PATERFAMILIAS est, qui in domo domi-
nium habet, *l. 195*, §. 2, *h. t.* licet pupillus sit. *ibid.*

17°. RATIONES reddere jussus, intelligitur sum-
mam pecuniaꝝ, quæ ex reliquis colligitur, jussus
dare, *l. 69*, *paragr. 4*, *de evict.*

18°. Plena PUBERTAS. id est, 18 anni, *l. 40*,
paragr. 1, *de adopt.*

19°. Incipit AESTAS ab æquinochio verno, *l. 1*,
paragr. 32, *de aqu. quotid.*

Et ad æquinoxium autumnale refertur. *ibid.* & *l.
un. paragr. 8*, *ne qu. in flum.*

Sic senis mensibus æstas, atque hiems dividitur. *d.
paragr. 32.*

20°. Verba Judicis (etiam impropriando si opus sit)
reducuntur ad intellectum juris & materiæ subjectæ, &

ialis ejus mens præsumitur , qualis esse debet. Molin. tit. 1, §. 60, glos. in v. par maiu souveraine , n. 16.

Item , potius improprianda sunt verba quam quod sint superflua. Barbosa. axiom. 216, n. 5.

21º. Replicatio est exceptionis exceptio. Cujac. in tit. de except.

22º. DIU , id est , decennium , vide 2249.

Cætera ex indice.

TIT. XVII. De diversis regulis juris antiqui.

2650. Regula est quæ rem quæ est , breviter enarrat , l. 1, h. t.

Non ex REGULA jus sumitur , sed ex jure quod est , regula fit , l. 1, h. t.

In his quæ contrà rationem juris constituta sunt , non possumus sequi regulam juris , l. 15 , de legib.

Regula exceptione firmatur argum. l. 4, in f. de penit. leg. vide 1742.

2651. Secundum naturam est COMMODA cuiusque rei , eum sequi quem sequuntur incommoda , l. 10, h. t.

Æquum est enim ut cuius participavit lucrum , participet & damnum , l. 55 , pro socio.

Idcirco ex quâ personâ quis lucrum capit , ejus factum præstare debet , l. 149, h. t.

Non aspernari debet obesse sibi factum ejus , cui etiam profuerit , l. 10, si qu. om. caus.

Item , qui ex personâ auctoris utitur , uti debet cum suâ causâ , suisque iitiis. l. 13 , paragr. 1 , de acq. vel amitt.

2652. Non debet cui PLUS licet , quod minus est non licere , l. 21 , h. t.

Undè qui potest invitis alienare , potest & ignorantibus , & absentibus , l. 26 , h. t.

Et cui est donandi , eidem & vendendi & concedendi jus est. l. 123 , h. t.

2653. IMPERITIA culpæ adnumeratur , l. 174 , h. t. l. 9 , paragr. 5 , locat. vide 516, 530.

Item , culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. l. 36 , h. t.

2654. Pro FACTO accipitur id, in quo per alium moræ sit quominus fiat, l. 39, h. t.

Et pro impletâ conditio, si per eum cuius interest fit, quominus impleatur. l. 121, h. t.

2655. CONSILII non frauduleti nulla obligatio est, l. 47, h. t. vide 879.

Quia nemo ex consilio obligatur, l. 2, in f. mandati.

Si verò dolus & calliditas intersit, de dolo actio competit. d. l. 47, vide 237.

Ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa, l. 1, de dolo malo, vide 2170.

Item, nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam. l. 75, h. t.

2656. Culpâ caret qui scit, sed prohibere non potest, l. 50, h. t.

Nec ullum crimen patitur, l. 109, h. t.

Fallit si armatus inermem interfici passus est. Goth. in d. l. 50.

Qui cùm prohibere posset, nummos adulterinosflare non prohibuit, eadē pœnā tenetur. l. 9, paragr. 1, de l. C. de fals.

2657. Cujusque rei potissima pars PRINCIPIUM est, l. 1, de orig. jur.

2658. Nemo plūs juris ad alium transferre potest quam in se haberet, l. 54, h. t.

Unde emptoris eadem causa est, quæ fuit auctoris, l. 198, paragr. 3, h. t.

Nec debeo melioris conditionis esse quam AUCTOR meus, l. 135, paragr. 1, h. t. vide 2015.

Quia qui in jus dominium alterius succedit, jure ejus uti debet, l. 137, h. t.

Et quod ipsis qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstat, l. 185, h. t.

Cùm enim quis in alii locum successerit, non est æquum ei nocere hoc quod adversus eum non nocuit in cuius locum successerit. l. 198, paragr. 2, h. t.

2659. Nullus videtur DOLO facere qui suo jure utitur, l. 55, h. t. nec publico, vide 2352.

Nihilque dolo creditor facit qui suum recipit. l. 171, h. t. vide 2079.

2660. Invito BENEFICIUM non datur , l. 69 , h. t. vide 1964.

Quod cuique pro eo præstatur , invito non tribuitur , l. 198 , in f. h. t.

Item , ubi PERSONÆ conditio locum facit beneficio , ibi deficiente personâ deficit beneficium , l. 68 , h. t.

Unde privilegia quæ personæ sunt , ad heredem non transeunt , l. 156 & 151 , h. t.

Quodque pro quibusdam introductum est , inferre eis jacturam minimè rationi convenit æquitatis , l. 19 , in f. cod. de fide instr.

Sive quod favore quorumdam introductum est , ad læsionem eorum inventum non videtur , l. 6 , cod. de leg. & const.

Nec contrà ipsorum commodum. l. 25 , de legib.

2661. Nec pacificando nec stipulando , quisque ALTERI cavere potest , l. 73 , §. 4 , h. t. vide 2187.

Heredi verò nostro cavere concessum est , l. 10 , de pactis dotat. vide 1186.

Cùm nemo alieno nomine lege agere potest , l. 165 , h. t.

Unde hoc vulgare , excipiens de jure tertii non auditur.

Nec pacisci , l. 27 , paragr. 4 , de pact. nisi suâ interesseret , l. 38 , paragr. 20 , de verb. oblig. vide 2201.

Nec debet alteri per alterum iniqua conditio inferri , l. 74 , h. t. vide 208.

Neque jus corrumpi , l. 9 , de liber. caus.

Quia non debet alii nocere , quod inter alios actum est , l. 20 , de jurejur. vide 2688 , paragr. 5.

Factum enim cuique suum , non adversario nocere debet , l. 197 , h. t. vide 1229.

Nec alienum factum promittendo obligatur , l. 83 , de verb. oblig.

Nec res inter alios judicata nocet , l. 10 , de jurejur. vide 2148.

Nec alterius jusjurandum , l. 3 , paragr. 3 , eod. t.

Nec alterius dolus , l. 11 , de doli mali & met. vide

Nec scientia, l. 5, de jur. & fact.

Item, unicuique sua mora nocet. l. 133, §. 2, h. t.

2662. Quod INITIO vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere, l. 29, h. t.

E contrà quæ semel utiliter constituta sunt durant, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, l. 85, paragr. 1, h. t.

Intellige de consummato & perfecto. Goth. ibi. vide 1789.

2663. In omnibus quidem, maximè tamen in jure, AÉQUITAS spectanda est, l. 90, h. t. vide 22.

Quisque in omni contractu bonam fidem præstare debet, l. 59, paragr. 1, mandat.

Quoties enim nihil sine captione investigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniuritatis, l. 200, h. t.

2664. Non solent quæ ABUNDANT vitiare scripturas. l. 94, h. t. vide 1524, 2689.

2665. In eo quod PLUS sit, semper inest & minus, l. 110, h. t.

In toto & pars continetur, l. 113, h. t.

Item, cùm principalis causa non consistit, nec ea quidem quæ sequuntur locum habent. l. 138, l. 171, paragr. 1, h. t. vide 1154, 1642.

2666. Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi, l. 122, h. t.

Nec quod contrà juris rationem receptum est. l. 183, h. t.

2667. Legem contractus dat nisi si convenerit ne dulius præstetur. l. 23, h. t.

2668. Non omne quod LICET, honestum est. l. 186, & l. 157, h. t. vide 1243.

2669. In toto jure, generi per SPECIEM derogatur, l. 80, h. t. l. 99, §. ult. de legat. 3^o. vide 1647.

Et illud potissimum quod ad speciem directum est. d. l. 80.

Semper specialia generalibus insunt. l. 189, h. t. vide 1740.

2670. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam pœnam non incidit, l. 196, h. t.

2671. EXPRESSA nocent, non expressa non nocent,
l. 155, h. t. vide 350, 1530.

Et nonnumquam actus legitimi tacite recipiunt;
quæ aperte comprehensa vitium afferunt. l. 77, h. t.

2672. Omnis DEFINITIO injure civili periculosa est,
l. 202, h. t.

Parum est enim ut non subverti posset. *ibid.*

2673. Non potest videri desiisse HABERE, qui nun-
quam habuit, l. 208, h. t. vide 1547.

Unde quod quis si velit habere non potest, id repu-
diare non potest. l. 134, paragr. 1, h. t.

2674. Naturæ æquum est, neminem cum alterius de-
trimento & injuriâ fieri locupletiorem, l. 206, h. t.

Aut damnum sentire per alterius lucrum, l. 6, *inf.*
de jure dot.

LOCUPLETIOR est qui necessariam rem emit;
licet eam perdidit, l. 47, §. 1, *de solut.* vide 370.

Vel hoc ipso quod non est pauperior factus. d. §. 1.

Et qui pretium accepit, licet postea deperdat, l.
18, *qu. met. caus.*

Qui pretium donavit locupletior non est, nisi red-
munerationis causâ. l. 25, paragr. 11, *de her. petit.*
vide 370, 257.

2675. Plus est præstare CUSTODIAM quam exactissi-
mam diligentiam. *Fab. ration.* in l. 52, paragr. 3
pro socio, vide 738.

Non tamen ut venditor fatale damnum, vel vim
magnam præstet, l. 2, *in f. de peric. & comm.* vide
307, 896.

Quia custodia adversus vim parum proficit, l. 31
de act. empt.

Nisi in eo qui mercedem accepit pro custodiâ, l.
40, *locati.*

Ille enim hujus periculum custodiæ præstat. d. l. 40
& *in se recipit.* vide 997.

2676. Non sic homo supinus, imò magis stultus in-
venitur, ut suum NOMEN ignoret, l. ult. cod. de
hæred. inst.

Nec verissimile est, in suum nomen quemquam
errasse. d. l. *inf.*

2677. Nefas est TRISTES CASUS expectare , l. 34 ;
parag. 2 , de contrà empt.

Neque civile , neque naturale est casum adversam-
que fortunam spectari , l. 83 , §. 5 , de verb. oblig.

Item , sèpè de facultatibus suis amplius quam in
his est , sperant homines , l. 10 , qu. & à quib.

Nec adventitii casus computandi sunt. l. 6 , eod. t.
vide 16.

2678. Qui me POTIOR est cùm ego te superaturus
sim , multò magis adversus te obtinere debet , l. 14 ,
paragr. 3 , de div. temp. pr.

Fallit si tertius creditor primùm per sententiam
superavit , secundum enim creditorem vici se non
intelligitur , l. 16 , qui potior. in pign. vide 1075.

Quia nec sucessit in primi locum , nec res judi-
cata alii prodest. d. l. 16.

2679. Dolo facit , qui petit quod redditurus est. l. 133 ,
in f. h. t. vide 2168.

2680. Nemo qui condemnare potest , absolvere non po-
test. l. 37 , h. t.

2681. Prætoris gesta confirmata , quamvis servus esset ,
ob utilitatem eorum qui apud eum egerunt , l. 3 , de
off. Præt.

Communis enim ERROR jus facit. l. 3 , in f. de
suppell. leg.

2682. Minùs quam perfecta LEX est quæ vetat aliquid
fieri , & si factum sit non rescindit. fr. vulp. de
legib. vide 1241.

2683. Satis absurdum est creditoribus jus suum perse-
quentibus legitimum auxilium denegari , legatariis
verò qui pro lucro certant , leges accommodare. l.
ult. paragr. 5 , cod. de jure delib. vide 2693.

2684. Qui FRAUDEM se fecisse audet dicere , audiri non
debet , l. 5 , cod. de serv. pign. l. 30 , cod. de transact.
Nec heredes ejus. d. l. 5.

2685. Nemo videtur dolo exsequi , qui ignorat cau-
sam , cur non debeat petere. l. 137 , paragr. 1 , h. t.

2686. Nec dominis ita ex ÆDIFICIIS transferre licet ,
ut integris depositis , publicus deformetur aspectus.
l. 2 , cod. de ædif. priv. vide 373 , 1634.

2687. Sol occasus suprema tempestas esto, l. 12 tabul. de sacris.

Nec tamen ad rescindendum pactum sufficit, quod hoc secundâ horâ NOCTIS intercessisse probetur, l. 20, cod. de transact.

Cùm nullum tempus sanæ meritis majoris 25 ann. consensum repudiet. d. l. 20.

Posse & nocte signari testamentum nulla dubitatio est. l. 22, paragr. 6, qui test. fac. poss.

2688. Quædam rubricæ digestorum, codicis, & novellarum pro regulis juris habentur, veluti :

1º. Apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellendum. digest. 49, 12, vide 2546.

